

C.
a. 31. $\frac{7}{16}$

Thilo
nos

Platonis
opera
omnia
IX.
2.


No 389.

40

(2)

THE
OFFICE OF THE
SECRETARY OF THE

NAVY DEPARTMENT
WASHINGTON



NOV 17 1892
RECEIVED
NAVY DEPARTMENT

NOV 17 1892
RECEIVED
NAVY DEPARTMENT

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



VOL. IX. SECT. II.

CONTINENS

P H I L E B U M.

G O T H A E
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

MDCCCXLII.

Londini apud Black et Armstrong.

PLATONIS

TV 62

P H I L E B U S.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



C.a. 31. 76.

III a 28

G O T H A E
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

MDCCCXLII.

Londini apud Black et Armstrong.

114

50 VI

PROLEGOMENA
IN
PHILEBUM

DE HERMITE

PHILEBUM PLATONIS

DE HERMITE

PHILEBUM PLATONIS

C. A. D.

88 57

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPE.
1842.

PROLEGOMENA
IN
PHILEBUM PLATONIS.

PROLEGOMENA
IN
PHILEBUM.

Philebum Platonis qui recte interpretari voluerint, iis nostra sententia ante omnia duo sedulo agenda sunt. Primum enim omnis disputationis ordinem rationemque diligentissime debent considerare accurateque videre, quidnam illud sit quod in eo libro exponatur et quo id modo fiat. Quod quidem in hoc libro imprimis putamus necessarium propterea, quod quae sit universae disputationis via et ratio, utique difficilior intellectu est. Deinde ad explicandum illustrandumque eius argumentum ex reliquis scriptis Platonis, quae cum eo aliqua cognatione et necessitudine continentur, ea repetant et assumant necesse est, quae obscurioribus locis lucem afferant et quomodo cuncta atque singula cum universa philosophi doctrina cohaereant, ostendere ac patefacere queant. Nam haec demum ubi rite facta fuerint, etiam singularum sententiarum ac verborum interpretatio procedet feliciter, nec ludificabit nos facile vel usus loquendi varietas et inconstantia vel variae scripturae temeritas, quae in hoc quoque libro saepe numero ea est, ut ne optimos quidem codices ubique tuto sequi liceat. Itaque nunc quidem putavimus universe explicandum esse de Philebi argumento ac proposito, accessit iis interpretationis adiumentis, quae ipsius philosophi scripta suppeditant. Multa quidem ex quo tempore eum primum illustravimus, etiam ex aliis collegimus scriptoribus, quae hic afferre licuerit; verum nolimus inter-

ponere, quae legentium iudicium saepenumero magis conturbare quam adiuvari viderentur, quandoquidem qui posterioribus temporibus aut Platonis usi sententiis sunt aut eius opiniones illustrare et exponere studuerunt, ii sententiam philosophi plerumque pervertisse et obscurasse reperiuntur; nisi si forte nonnulla ad historiae fidem retulerunt ex antiquioribus iisque fide dignis fontibus hausta. Itaque hoc usi sumus rei tanquam temperamento, ut si quae viderentur ad Platonem intelligendum aliquid valere, ea paucis memoraremus; sin minus, omnia, quantumvis operose collecta, seponeremus. Et vero intelleximus Philebum quoque plerumque ex ipsius philosophi scriptis commode illustrari posse, atque ibi tantum indigere aliorum scriptorum auxilio, ubi leguntur quae historiae lucem desiderant. Versabimur autem in rei propositae tractatione eo modo, ut singulas dialogi partes ordine deinceps consideremus, ac si quid ad eas dilucidandas faciat, id suo quidque loco in medium afferamus. Quo facto sponte, opinor, intelligetur, quorsum tendat universi dialogi disputatio. Hoc igitur age iam ita peragere instituamus.

Cap. I.

Enarratur sermonis exordium atque illustratur. De loco ac tempore habiti colloquii. De interlocutorum personis. Dialogum ostenditur nec ab initio esse mutilum nec in fine truncatum. Quid Plato in susceptae quaestionis tractatione sequutus sit. Quando librum scripserit et quibus philosophiae opibus instructus. Philebi cum aliis Platonis operibus nexus et coniunctio.

Disputaverant inter se Socrates et Philebus coram familiaribus compluribus de re longe gravissima; quaesiverant enim, quidnam illud esset, quod homini pro summo bono ducendum videretur. Et Philebus quidem, aliis quibusdam consentientibus, quum homini tum omni animanti hoc ut maximum bonum statuerat obtingere, quod gauderent, quod iucundi sensu afficerentur, denique quod voluptates possent percipere. Contra quem Socrates, ea opinione reiecta, ita disputaverat, ut extremum bonorum omnium in mente ac scientia inesse censeret. Neuter de sententia sua sese demoveri passus

erat, usque dum Philebus, disputationis longitudinem, ut videtur, pertaesus, partes suas ad Protarchum, adolescentem amicum sibi et familiarem, deferre constituit. Itaque principio libri hic ipse Protarchus in eo esse narratur, ut interlocutoris personam in se suscipiat atque institutum antea a Philebo sermonem cum Socrate communiter persequatur. Sed hoc priusquam ita fit, de duabus rebus inter se tanquam paciscuntur. Convenit enim inter eos primum hoc, ut rem omni modo exquirendam statuatur nec prius quaerendi finem faciendum censeant, quam quid de ea iudicari oporteat, penitus cognitum sit atque exploratum. Deinde illud communi consensione pro certo ponunt, ubi tertium quiddam repertum fuerit, quod et sapientia et voluptate sit praestabilius, sapientiam ea condicione voluptati anteponebam fore, si illi ipsi, quod praestantissimum videatur, sit cognatior; sin aliter, voluptatem victoriae palmam reportaturam esse (P. 11 — 12. A.).

Insignis est huius exordii brevitatis. Sed in summa brevitate tamen idem illud non pauca habet, quae diligenter excutienda sunt iis, qui omnem dialogi artem rationemque vel intellecturi penitus vel recte iudicaturi sint. Cernitur enim singularis quaedam Platonis sollertia in dialogorum initiis, quae talia fere sunt, ut ipsi disputationum argumento ac temporum, quibus scripsit, rationibus elegantissime conveniant. Atque id ipsum etiam de Philebi exordio ita iudicari oportere plane nobis persuasimus, ut iis nullo modo assentiamur, qui idem illud censuerunt artis ratione paene carere ac propemodum nullum esse. Quamquam utique concedendum est, minus in eo inesse ornamentorum quam in aliis philosophi scriptis. Verum id ipsum non temere sic factum esse, facile docebit diligentior rei consideratio.

Et tempus quidem, quo habitum fingitur colloquium, ne verbo quidem significatur. Hoc unum patet, institutum illud esse vivente adhuc Socrate; is enim principales habet disserendi partes. Nec vero locus indicatur aut describitur, ubi colloquentes convenerint. Illud tantum veluti per occasionem admonemur, sermonem in complurium adolescentium consessu haberi, quandoquidem horum identidem mentio iniicitur, ut p. 15. C., ubi Protarchus nomine ceterorum omnium Socrati respondet haec: *Καὶ πάντα τοίνυν ἡμᾶς ὑπόλαβε*

συγχωρεῖν σοι τοῦδε τὰ τοιαῦτα; p. 16. A., ubi idem iocose: Ἄρ' οὐν, ὦ Σώκρατες, οὐχ ὄρας ἡμῶν τὸ πλῆθος, ὅτι νέοι πάντες ἐσμέν; p. 19. D: ἡμεῖς σοι μετὰ παιδιᾶς ἠπειλήσαμεν ὡς οὐκ ἀφήσομεν οὐκ ἀδέ σε, κ. τ. λ.; p. 19. C: σὺ τήνδε ἡμῖν τὴν συνουσίαν, ὦ Σώκρατες, ἐπέδωκας πᾶσιν; p. 67. A. sqq. al. Suspiciam igitur ex his verisimiliter licet, gymnasium aliquod aut palaestram esse, ubi disputatio habita fingatur. Nam in eiusmodi locis quum adolescentes convenire frequentes solerent, tum Socratem quoque lubenter versatum esse novimus, quo facilius cum aliis colloquendi opportunitatem nancisceretur. Sed plura de loco ac tempore habiti colloqui explorari haudquaquam possunt: quod sane mirum accidit iis, qui Platonem meminerint alias in describendis et illustrandis temporum locorumque rationibus versari copiosissime. At nimirum omisit philosophus, opinor, in Philebo omnem hunc scenicum ornatum propterea, quod sermonem finxit nunc non inchoari demum aut institui, sed potius continuari atque profligari, sicuti fecit etiam in Cratylō. Quocirca legentes tanquam ad mediam disputationem adducuntur, ut scenae descriptioni omnino nullus fuerit locus. Hoc ipsum autem quibus de caussis Plato sic adornaverit quidve ea re spectaverit aut significaverit, postmodo videbimus; neque enim res obscura erit aut controversa, si modo omnia diligenter animadversa fuerint, quae summus dialogorum artifex tanquam per transennas ostendit legentibus.

Jam vero si quaerimus de Philebo et Protarcho, qui cum Socrate colloquentes inducuntur, nec hi quinam sint aut quales, accuratius edocemur. Videntur tamen ambo adolescentes esse non ignobili loco nati atque Sophistarum assectatores et discipuli. Et de Protarcho quidem non est dubium quin id credi oporteat. Is enim p. 19. B. filius Calliae *) appellatur, ac p. 58. A. sq. ipse fatetur Gorgiam Leontinum a se auditum esse de artis rhetoricae praestantia verba facientem. Praeterea aliquoties a Socrate compellatur verbis ὦ παῖ, veluti p. 15. A. p. 53. E. p. 36. D. coll. p. 16. C. Sed maior est dubitatio de Philebo, cuius neque natales ne-

*) Nisi fallor, eius, qui Cratyl. p. 384. A. commemoratur, ubi v. ann.

que studia aut magistri usquam significantur. Quid quod ipsum nomen hominis adeo rarum est, ut qui eo praeter Alciphron. Epist. lib. III. 50. T. II. p. 160. ed. Wagn. usus sit, vix quemquam reperias. Quocirca facile alicui suspicari liceat illud ex re, de qua agitur, confictum esse, si modo aliunde constaret Platonem omnino hac fingendi libertate usquam usum esse. Videmur tamen a vero minime aberrare Philebum quoque existimantes in numero adolescentium haberi oportere. Nam primum quidem Protarchus, ubi reliquorum, qui sermoni intersunt, mentionem iniicit, semper ita loquitur, ac si unus Socrates vir adsit, ceteri omnes sint adolescentes; id quod loci paullo ante memorati satis testabuntur. Neque huic sententiae officit illud, quod Philebus p. 16. B. narratur sodales solemniter ὦ παῖδες compellere consuevisse. Fuit enim ea blanda familiarium alloquutio, qua uti ille potuit, etiamsi ipse esset adolescens, praesertim si fuerit ceteris paullo aetate provector. Neque id adversari videtur huic rationi, quod Socrates p. 36. D. Protarchum alloquitur: ὦ παῖ ἐξείνον ἀνδρός, hoc est Philebi. Hoc enim aliorum pertinere in commentariis ad eum locum consignatis perspicue videmur docuisse. Huc accedit, quod ex loco p. 53. E. colligere licet Philebum fuisse Protarchi amatorem et amicum. Nam res ibi in disceptationem vocata facete a Socrate ex mutua τῶν παιδικῶν ratione declaratur; quod quis est qui sibi persuadeat sine causa ita fieri? Praeterea Philebus si Sophista aut adolescentium reliquorum magister esset, dubium profecto non est quin id alicubi significaretur, praesertim quum rei memorandae opportunitas longe sit frequentissima. Haec igitur efficiunt, opinor, certissime, ut etiam Philebum pro adolescente haberi oporteat. Quod igitur Protarchus in disputando ei succedit et partes ab eo derelictas in se suscipit, id similiter fieri existimandum est atque in Sophista et Politico, in quibus libris in locum Theaeteti adolescentis, qui cum Socrate disputavit, deinde Socrates juvenis succedit, ne scilicet illi per nimiam disputationis longitudinem languor aut taedium afferatur. Et haec quidem de genere et aetate interlocutorum.

Sed gravius est videre, quasnam illi partes in disserendo agant, quandoquidem inde potissimum etiam de abrupti exordii caussis iudicium repeti poterit. Defendit igitur uterque eam sententiam, qua summum bonum

in voluptate ponebatur. Sed aliter id facit Philebus, aliter Protarchus. Ille enim acerrimi maximeque pertinacis causae voluptariae patroni personam sustinet. Id quod Plato, etiamsi sermonem a Socrate cum eo institutum non exposuit, tamen prodidit indicii certissimis. Nam dicitur Protarchus in superiore sermone voluptatem tam studiose tueri conatus esse, ut eam identidem Deam vocaverit eoque nomine maxime praedicaverit; quam ob rem a Socrate p. 12. B. p. 22. C. p. 28. E. leniter carpitur ac ridetur. Praeterea sententiam suam ab initio dialogi tam strenue fortiterque defendisse narratur, ut Socrati nondum in ulla parte concesserit, quandoquidem illud tantum iam constare dicitur, quanam sit utriusque disputatoris opinio. Denique etiam inter eum sermonem, quem Socrates cum Protarcho instituit, subinde cupidius rumpit silentium, nec sibi temperare potest, quin sermone familiarium interpellato aliquid dicat pro voluptate. Ita p. 12. A. acriter contendit voluptatem in certamine cum mente ac sapientia suscepto sine dubio victoriam esse reportaturam, ideoque exclamat graviter: *ἐμοὶ μὲν πάντως νικᾶν ἡδονὴν δοκεῖ καὶ δόξει;* ac similiter p. 22. C. menti omnino abiudicat boni laudem atque virtutem, siquidem eadem voluptas quoque carere existimanda sit. Haec omnia igitur qui paullo diligentius consideraverint, ii certe minime dubitabunt, quin Plato Philebum eum nobis descriperit, qui causam hominum voluptariorum cupide fere nec sine ira aut partium studio egisse putandus sit. Dissimilis vero hoc in genere ei Protarchus est. Is enim etsi eandem, quam ille, sententiam defendendam sumpsit, tamen familiari longe est moderatior ac modestior, ut ab omni alienus sit vanae contentionis studio atque pertinacia. Praeterea etiam haud mediocri pollet ingenii acumine, ut si quid ad eam, quam tuetur, causam vindicandam atque sustentandam facere videatur, id reperiat facillime. Idem veritatis amorem habet perquam laudabilem, ideoque non invitus concedit argumentis, si quae talia a Socrate afferuntur, ut vis ac pondus eorum protenus agnosci debeat. Quin adeo est veri appetens, ut Socrates facillime ab eo impetret, quod ab initio sermonis optat, ut res in disceptationem vocata non prius mittatur, quam ubi ex omni parte fuerit explorata ac pervestigata. Hoc igitur utriusque interlocutoris ingenium est, hi mores, haec disputandi ratio iis propria.

Non parum vero ad librum Platonis refert discrimen hoc ingeniorum rationisque diligenter animadvertisse. Nam ex hac una re, ut modo diximus, intelligi maxime potest atque cognosci, quid de isto sermonis exordio iudicari oporteat, quod multis singulare visum est. Nam quod legentes tanquam impraeparati ad mediam disputationem venire iubentur, quodque pars sermonis iam peracta et absoluta fingitur, quum Protarchus cum Socrate disputare instituit, id plerosque omnes tam male habuit, ut Platonem hic aut omnis elegantiae immemorem fuisse aut aliud quid egisse arbitrati sint. Fatemur tamen aperte, nobis quidem quod illis displicuit placere unice, quandoquidem philosophum censemus haec omnia finxisse et adornasse prudentissime, modo illud teneamus, de quo modo exposuimus, Philebum nobis proponi talem, qui acerrimus et fere contentiosus sit voluptatis defensor ac patronus. Etenim huius disputationem quod philosophus finxit nunc ipsum absolutam esse ac breviter tantum altercationes memoravit, quibus homo tandem est defatigatus, artificio prorsus singulari ac vere admirabili significavit, quid de acribus istis et contentiosis voluptatis tanquam summi boni defensionibus existimandum videretur. Iudicavit enim indignas illas esse quae vel referentur vel examinarentur diligentius, quum causa per se mala atque bestiis fere communis *) isto modo etiam peior redderetur. Quod quis est quin fateatur ingeniosissime excogitatum esse atque cum universi libri argumento adeo congruere, ut prope ad illud consummandum valeat? Atque huic rationi, quam exordio propriam esse censemus, planissime respondet etiam aliud quid, quod ad dialogi finem et exitum pertinet. Est enim is quoque tam repentinus et inopinatus, ut viris doctis non minus offensionem fuerit quam ipsum eius initium. At nimirum eadem illic ratio est, quam hic observare licet. Nam ibi Socrates quum bonorum recensu instituto tandem etiam de vulgaribus voluptatibus iudicare debeat, finito repente sermone, discessum parat relinquitque adolescentes frustra eum de reliquis, quae exponenda supersint, commonefacientes. Qua ratione nos quidem putamus nihil aliud significari, quam supervacaneum esse minimeque necessarium de voluptaria causa explicare

*) Vid. Phileb. extr.

copiosius; apparere enim per se, quid quantumque pretii voluptatibus istis statui oporteat.

Atque haec si vere disputavimus, sponte opinor intelligetur, quo iure dissentiamus a Franc. Patricio *Discuss. Peripat.* p. 338. aliisque viris doctis, qui Philebum putarunt mutilum ad nos pervenisse, utpote initio pariter atque fine truncatum. Est enim ea opinio vana prorsus et inanis, quae ex eo duxit originem, quod cur Plato dialogum talem finxerit, non usquequaque intellectum est. Nec vero assentiendum putamus Fr. Astio, elegantissimi iudicii viro, qui in libro *De Vita et Scriptis Platonis* p. 293 sq. ex initio libri atque fine collegit, dialogum a Platone litteris exaratum esse, quo tempore animum induxerit eundem philosophiae locum pluribus libris illustrare uberius, qui tamen aut non ab ipso confecti fuerint aut temporum iniuria perierint; id enim apparere etiam ex loco p. 50. D., ubi Socrates sese crastino die rei dubiae rationem redditurum polliceatur. Nimirum ita vir egregius facillime intellectum iri arbitratur, cur Philebus dramatico ornatu fere careat atque modo paene mirabili et insolito quum ordiatur tum finiatur. Platonem enim operis primam atque ultimam partem tanquam levi opera in chartas coniecisse, alio tempore perfecturum quae tunc veluti primis lineis designanda statuerit. At enim vero primum quidem nemo quisquam scriptorum veterum de illis Platonis operibus, quae arctiore quadam necessitudine cum Philebo fuerint coniuncta, quidquam memoriae prodidit. Deinde nec locus ille, quo Astius utitur, p. 50. D. id indicat, quod vir doctus voluit. Quod enim Plato Socratem ibi dicentem fecit, velle se rerum quarumdam, si qua opus sit, postero die rationem reddere, indicavit ita philosophus, velle se nunc in tanta argumenti amplitudine et ubertate omnes orationis ambages evitare. Quod ipsum saepius in Philebo ita fecit. Pertinet enim eo, quod Socratem per totum sermonem finxit festinantem atque familiares rogantem identidem, ut ipsum, quum primum promissis suis steterit, sine mora dimittere velint; quam in rem contulisse iuvabit p. 19. D. E. p. 23. B. p. 50. D. Denique si vera sunt, quae de causis dialogi sic a Platone adornati exposuimus, certe non necessarium esse apparet, ut Philebum cum aliis dialogis tanquam trilogia aut tetralogia quadam iunctum et copulatum fuisse suspicemur, quod etiam ideo parum probabiliter statui nobis

persuasimus, quia ipsum prius quam alios sermones, qui ei praemitti debuerint, litteris consignatum fuisse existimare cogemur.

Atque haec quidem de his rebus; pergimus ad alia. Quaesivisse enim hic statim etiam illud iuvabit, quid Platonem impulerit maxime ad rei gravissimae disputationem suscipiendam, et quomodo eam tractandam sibi putaverit. Qua occasione simul exquiremus, quo tempore Philebus ab eo scriptus putari debeat, et cur Socrati et Protarcho haec potissimum sententiae adscriptae sint, in quibus examinandis omnis versatur eorum oratio.

Et illud quidem inter omnes constat, quaestionem de summo bono inde a Socratis demum aetate studiosius agitari coeptam esse. Nam quum ille de singulis virtutibus earumque causis ita disserisset, ut obscuros animi sensus incertasque mentis notitias ad scientiae perspicuitatem explicaret; qui eius disciplinam sectati erant, quaerere etiam de fine virtutis et proposito coeperunt ideoque illud maxime voluerunt definire, quodnam esset summum et extremum bonorum omnium, ad quod denique omnia officia, omnes virtutes, omnia consilia et actiones hominum bene beateque viventium dirigi oporteret *). Fieri solet in magnarum quaestionum initiis plerumque, ut quamvis diligenter studioseque agitentur, tamen varia ac multiplicia erroris pericula afferantur. Id ipsum igitur etiam tunc sic evenit, quum primum de re ad omnem vitam sapienter regendam moderandamque gravissima subtilius disputatum est. Nam primum quidem ipsa summi boni notio peperit difficultates, quam etiam hodie non uno modo definiri solere, quis in philosophia adeo est hospes, ut ignorare putandus sit? Iam vero Socratici etsi in eo consenserunt omnes, positum esse summum bonum in felicitate, tamen haec ipsa in quibusdam rebus quaerenda esset, multum inter se dissenserunt. Deinde a quibusdam etiam via et

*) Iuvabit hic meminisse eorum, quae praeclare scripsit Fr. Köppen in libro: *Politik nach Platonischen Grundsätzen*, p. 47 sq.: *Anders ist die Ansicht der Alten, deren Ethik keine Pflichtenlehre, sondern eine Güterlehre ist, welche das Rechtliche immer mit dem Sittlichen verbinden, und aus dem ursprünglichen Begriff der Vernunft Herrschaft beides herleiten.*

ratio, qua ad summi boni possessionem perveniretur, atque id, quod ex ipso consequeretur et tanquam ultro proveniret, pro ipso bono habita sunt atque pessimo errore cum eo confusa. Auxit denique dissensionis magnitudinem ipsa Socratis ratio, qui pro temporum varietate de iisdem rebus in varias partes consueverat disputare atque bona, quae commendandae virtutis causa crebro memorare solebat, non accurate secernere et distinguere conatus erat. Ita igitur factum est, ut inter eos Socraticos, qui sibi in ethicis potissimum elaborandum statuissent, maxima de his rebus oriretur opinionum discrepantia. Aliter enim iudicavit Aristippus Cyrenaicus, aliter Antisthenes, aliter Euclides Megarensis, aliter Phaedo Eleus et Menedemus Eretriacus, aliter etiam alii, quorum opiniones enumerare longum est ac prope infinitum. Nec vero Socratici tantum in hoc campo sese iactarunt; etiam alii eum locum attigisse videntur, ex quibus inprimis Democritus Abderites nominandus est, quem ferunt in opere, quod *λέως Αναλθρίας* inscriptum fuit, de summo bono ita quaesivisse, ut illud in *εὐδυνία* sive *συμμετρία* et *ἀραοξία* positum vellet, hoc est, in placida quadam animi tranquillitate et aequabilitate, quae nec metu nec cupiditate unquam perturbaretur *). Ex quo libro rumor est a Platone nonnulla esse repetita; quod tamen quam vere narretur, in medio relinquimus.

Quum igitur harum rerum exquirendarum studium tantum exarsisset, ut propemodum omnibus commune videretur, fieri certe non potuit, quin etiam maximus omnium Socratis discipulorum animus suum ad idem illud appelleret. Et certe Platonem rei gravitas tanto magis advertere debuit, quo studiosius iam mature videntur de virtutis vi ac natura magistri Socratis exemplo quaerere instituisse. Etenim nos quidem si quid iudicare possumus, philosophandi initium exinde potissimum fecit, quod illius sententiam, qua virtutem volebat inesse in scientia, ita illustravit, ut quatenus haec scientia a callida utilitatum et commodorum comparandorum peritia diversa esset, si non aperte doceret, at saltem ludificandis magnificis istis virtutis promissoribus facetissime declararet ac patefaceret. Nam primos nostra quidem

*) V. Stob. Eclogg. II. p. 74—76. 344 sqq. 406 sqq. Cicer. De Fin. V, 8, 29. Diog. Laërt. IX, 45.

sententia scripsit dialogos eos, in quibus ipse fere est purus putus Socraticus, necdum ad sublimioris doctrinae laudem adspiravisse videtur. Quinam vero isti sint, paucis significavimus Prolegg. ad Menon. p. 21 sq. et Euthyphron. p. 140 sqq. Ab his igitur progressus ulterius deinde perniciosas Sophistarum artes etiam apertius impugnavit eorumque decretis exagitatis docere omnino instituit, quod ut fieret plurimum sane ipsius interesse debuit, quantum discriminis inter honestum atque iucundum intercederet, et quantopere ii virtuti ac felicitati adversarentur, qui omnia ad sensuum iucunditatem aut perceptionem referrent. Quocirca in aliis libris, veluti in Protagora et Gorgia *), boni et iucundi fines ac terminos certius constituit, ac sophistarum laudatissimorum explosa arte oratoria et dialectica ostendit, non temere esse confundenda pulcri et turpis, boni et mali, honesti atque utilis discrimina, quibus sublatis factum erat, ut omnis virtutis ratio ac disciplina in maximum discrimen perduceretur. Haec igitur quum ita exposuerit, facile suspicari licet, eum nec gravissimam neglexisse de summo bono disputationem. Nec tamen protenus ad eam accessit, sed collectis demum amplioribus sapientiae copiis illam tractavit. Quod quo tempore evenerit, age ita exquirere conemur, ut tanquam lustremus cursum studiorum ab eo emensum.

Instituit igitur et profligatis illis de virtute quaestionibus quum acrius sensisset, quanta esset inter virtutis ac veritatis rationem coniunctio, etiam scientiae vim ac naturam perscrutari instituit. Extiterant enim illa aetate, qui Heraclitum sequuti omnia perpetuo flumine agitari existimantem, rerum vim et constantiam funditus tollerent, nihil per se certum putarent, hominem rerum omnium mensuram esse vellent, res non esse sed videri tantum arbitrarentur, denique de omni re in utramque partem disputarent atque causam inferiorem dicendo superiorem reddi posse affirmarent et contenderent. Erant item qui ab Eleatis profecti omnem veritatis scientiam et cognitionem ad illud unum, quod esse intelligeremus, revocarent eoque notionum varietatem ac

*) Conf. Protagor. p. 333. E. sqq. p. 354. E. sqq. et quae ad eum librum diximus Praefat. p. 3 sqq. et p. 33 sq. ed. 2. Gorg. p. 495 sqq.

multitudinem propemodum totam auferrent. Horum igitur omnium opiniones examinandas atque refellendas esse statuit, ut cognitionis humanae vis et natura atque veritatis ratio tandem certius exploraretur ac perspiceretur. Et initium quidem harum quaestionum longe gravissimarum ab examinandis refutandisque eorundem illorum iudiciis fecisse videtur, qui etiam in scientia iudicanda omnia ad sensus et visa referrent. Fuerunt autem hi Sophistae, adversus quos iam dudum virtutis disciplinam more magistri ita tutatus erat, ut simul aequales suos mentis rationes accuratius investigare et perquirere doceret. Quo verisimilius est, quod nos statuimus, eum hos prius adortum esse, quam aliorum impugnet rationem. Et ansam quidem rei primum videntur dedisse Protagorei. Nam quo maior fuerat Protagorae auctoritas quoque celebratior eius disciplina, eo magis id sibi agendum iudicavit, ut eius rationem ac doctrinam omnem examinaret, convelleret, refutaret. Quocirca in Euthydemo argutam Protagoreorum dialecticam, tanquam inanum tricarum venatricem, exposcit; et in Cratylo eorundem castigavit perversae etymologiae studia, quibus eo delati erant, ut ex umbris vocabulorum, argutius quam verius exploratorum, rerum cognitionem hauriri posse sibi persuaderent; in utroque autem opere tandem apertius significavit, quorsum talia studia omnino referri atque tendere oporteret, siquidem ad veritatis cognitionem essent valitura. Nam dirigenda ea censuit ad notiones mente comprehensas sive ideas, in quibus unis omnem contineri veritatis cognitionem nomine suo dignam iam mature videtur intellexisse, quum per Socraticam institutionem ac disciplinam ad observationem notitiarum menti humanae tanquam inditarum adductus esset. Has enim sensit in se esse constantes, immutabiles, sempiternas, quum sensuum iudicia fluctuarentur perpetuo nec unquam eadem permanerent; has easdem etiam cum eo, quod esset, ipsaque mentis natura cognatas esse tanquam divinavit, in qua sententia magis etiam postea videtur confirmatus esse, quum Eleaticae et Megaricae doctrinae examen instituisset subtilius atque eam cum sua ipsius sententia conciliare studisset. Sed de his postea. Revertimur nunc ad illud, quod diximus, Protagoreos inprimis Platoni videri causas suppeditasse, quibus impulsus denique studia sua ad scientiae pervestigationem transferret. Exposcit igitur eorum dialecticam;

traduxit eorum studia grammatica; et vero etiam virtutis disciplinam, quam nobilissimus Sophista professus erat, ita taxavit, ut eam idonea ratione carere ostenderet, sive ipsa virtutis notitia sive docendi via et consuetudo spectaretur. Postremum fecit in Protagora, in quo libro, sicuti iam antea indicavimus, etiam boni atque iucundi discrimen significavit. Itaque hi tres libri, Euthydemus, Cratylus, Protagoras, arctissimo profecto vinculo inter se continentur, ut nec temporibus multum dissitis literis exarati videantur. Quam quidem sententiam nostram iam alibi expositam *) etiam eo confirmari putamus, quod non modo per eos omnes dominatur par leporis ac festivi ioci hilaritas, verum etiam illud iis commune est, quod Socrates pleraque omnia facetissime ad mentem et sententiam ipsorum Protagoreorum exponit, quo urbanus illi denique confutentur atque rideantur. Quam eandem rationem etiam in aliis nonnullis eorum sermonum tenuit, qui sunt de disciplina virtutis; quod certas quasdam ob causas hic denuo admonuisse non inutile erit. Verum enimvero ipsius scientiae pervestigationem subtiliorem philosophus in Theaeteto demum suscepit, quem librum hoc nomine putamus cum iis, quos diximus, dialogis maximeque cum Cratylo arctius cohaerere. Nam quod nuper quidam Cratylum postea demum scriptum esse sibi persuaserunt **), quum alia illi videntur neglexisse, quae ad causam prudenter diiudicandam faciunt, tum illud quoque eos praeteriit, quod Plato a singulis philosophiae locis perscrutandis pedetentim ad ampliora quaedam eius tanquam spatia lustranda progressus est.

Accessit igitur ad scribendum Theaetetum, opus longe gravissimum, in quo Heracliteorum et Protagoreorum de scientiae et cognitionis natura opiniones subtilissime refellit, atque summo acumine sensualistarum, qui nunc appellantur, rationem omnem labefactat et confutat. Cuius quidem libri scriptionem nostra sententia suscepit eo ipso tempore, quo aliis quoque scriptis Protagoreorum

*) V. Prolegg. ad Cratyl. p. 26 sqq.

***) Veluti Maur. Dittrich. Prolegg. in Cratyl. p. 64 sqq., qui quae ibidem p. 68 sqq. et p. 58. ann. adversus nos disputavit, ea certissime arguunt ipsum non assecutum esse nostram sententiam. Etenim quod suspicati sumus de scripti occasione, id profecto non est eiusmodi, ut philosophum nihil maius sequutum esse statuerimus. v. Prolegg. nostra p. 24.

doctrinam et rationem perstringere et confutare ceperat, sed temporum varietate aliquamdiu intermisit ac postea demum perfecit, quum per itinerum occasionem Megaris esset commoratus *). Sed haec ipsa itinera dici non potest quantum eum in excolenda amplificandaque doctrina sua adiuverint. Nam primum quidem cum eo, quod in Theaeteto instituerat, Heraclitearum et Protagorearum de scientia opinionum examine protenus coniunxit explorationem eorum, quae Eleatici et Megarici statuebant; quod prudentissime fecit sic, ut eorum doctrinam et correxerit sapientissime et cum sua ipsius ratione quodammodo copulaverit atque in unum coniunxerit. Deinde quum primum accuratiorem doctrinae Pythagoricae in primisque Philolaicae accepisset notitiam, etiam huius bonis usus est ad idearum vim naturamque quum logicam tum metaphysicam sive inveniendam informandamque sive patefaciendam atque aperiendam. Ita nati sunt Sophista et Parmenides, quibuscum libris coniunctum denique in publicam lucem edidisse etiam Theaetetum videtur **). Sic igitur paulatim inventa atque perfecta est scientiae et idearum doctrina cum dialectica tum metaphysica. Eadem autem tempora etiam Politici scribendi attulerunt opportunitatem. Quum enim Plato iam inde a Socratis morte sese totum philosophiae studiis dedere constituisset atque eos, qui plerumque gubernarent et administrarent res publicas, magnopere coepisset contemnere, per Pythagoreos, ut videtur, rursus ad rerum civilium contemplationem adductus est. Quod quidem eum habuit eventum, ut instante reditu in patriam imaginem perfecti viri civilis, qui idem esset dialecticus, hoc est philosophus, adumbraret atque depingeret, eiusque artem totam ad divinam mundi gubernationem singulari iudicii elegantia componeret et informaret. Nimirum ita simul et

*) Haec enim nostra sententia est, quam rursus pervertit Ditt- rich. l. c. p. 69., qui nobis affinxit paene mirabilia, de quibus ne somniavimus quidem. Nimirum fieri ita solet, ut quo suppetant reprehendendi argumenta, materies reprehensionis saepenumero temere confingatur. Sed de re ipsa nuper, priusquam libellus Ditt-rici prodiret, egimus dilucidius in Commentat. de Politico Platonis p. 20 sqq., ubi tempus scriptio- nis probe ab editionis tempore distinguendum esse docuimus.

**) V. Prolegg. ad Politic. p. 28 sqq.

suam sentiendi agendique rationem defendit, qua missis civilibus negotiis philosophiae studiis operam dare constituerat, et quid in republica regenda moderandaque tanquam summum spectandum esset, aequales suos grandi sane et magnifico proposito rei exemplo prudenter admonuit. Hunc vero Politicum proxime iunxit Sophistae, cuius rei quum aliae fuerunt causae, de quibus nuper in Prolegomenis ad eum dialogum copiosius explicavimus, tum etiam haec extitit, quod in his libris omnibus una opera atque simul dialecticam, a Megaricis accuratius tractatam, multum locupletavit atque amplificavit. Quemadmodum enim in superioribus libris, qui Socraticum referunt morem et consuetudinem, distinctis formis et generibus notionum, definiendi potissimum artificium, illustraverat, sic in Sophista ac Politico cum primarii argumenti exploratione artificio prorsus admirabili dividendi atque partiendi disciplinam atque institutionem copulavit; in Parmenide autem etiam argumentandi concludendique rationem ad Megaricae rationis imitationem descriptam iuxta cum subtilissima de ideis disputatione exhibuit, ita ut his demum libris absolutis etiam dialecticae disciplinam perfecisse iudicandus sit.

Verum enim vero nec tunc vir divinus in via instituta sibi putavit consistendum esse; imo quo plura vel ab aliis didicerat vel ipse mentis suae acuminis repererat, tanto maiore veritatis indagandae cognoscendaeque studio inflammatus est. Perquisiverat tunc, ut vidimus, a notionum observatione profectus et scientiae vim atque fontes contemplatus denique ideas, earumque vim rationemque et metaphysicam et dialecticam omnem diligentissime rimatus erat. In quibus meditationibus fieri paene non potuit, quin etiam in eius ideae cogitationem deferretur, quae id, quod omnibus numeris esset perfectum absolutumque, complecteretur. In hac vero boni idea contemplanda totus defixus est eius animus. Hanc igitur iam in Politico ad informandam optimam et universi mundi et humanae civitatis gubernationem adhibuit; hanc etiam postea ad gravissimarum rerum quaestiones subtiliter instituendas traducendam iudicavit. Interea vero magna insecuta erat vitae fortunaeque eius commutatio. Redierat enim post longes peregrinationes rursus in patriam suam. Quo facto, ne vitam otio parum honesto transigeret, patriae et civibus suis ita prodesse decrevit, ut explicaret et cum aliis communicaret, quas quum olim

tum in itineribus suis collegisset sapientiae copias. Scholas enim habere instituit. Quid autem eum putabimus tunc sibi maius aut antiquius duxisse, quam ut philosophiae dignitatem ac praestantiam omnibus tanquam ob oculos poneret eiusque studium quam gravissime commendaret? Id ipsum igitur fecit, atque fecit sic, ut simul admirabilem in Socratem, magistrum quondam suum, pietatem, nulla temporum diuturnitate nullaque locorum vicissitudine debilitatam illam aut minutam, palam declararet. Narrant scriptores quidam veteres, omnium dialogorum, quos scripserit, Phaedrum primum fuisse. Quae sententia sicuti multis premitur difficultatibus, ita ad nostram usque memoriam maximorum errorum caussa extitit. Enimvero fluxit illa narratio, ut in Praefatione huic operi praemissa ostendimus, ex falsa verae narrationis interpretatione. Nam non primus hic fuit dialogus, quem Plato adolescens scripsit; sed primus fuit, quem in lucem emisit, posteaquam scholas habere atque certam quandam doctrinam condere instituit. Itaque qui illud memoriae prodiderunt, hi Platonem philosophum factum, qui tanquam liber ac sui iuris extitisset, male confuderunt cum Platone homine, et protenus ad hunc transtulerunt, quod de illo fuisset narratum. Et certe totum illud opus unice convenit in ea tempora, de quibus loquimur; imo etiam ex iis unis accipit lucem suam. Nam ut nihil dicamus de censura orationis Lysianae atque rhetorum; quod eloquentiam docetur vanam esse nugarum captatricem, nisi vim roborque suum ducat ex Augusto illo tanquam philosophiae sacrario; quod viva philosophiae institutio librorum scriptioni antepositur longissime; quod denique amor atque studium rerum divinarum, quo veri germanique philosophi pectus incallescere solet, vividissimis depingitur coloribus: nonne haec omnia vel maxime decent eum, quem credibile est suscepto nuper philosophiae tradendae munere, hominum malignorum vocibus contentis aut ineptorum nugis explosis, tanquam divino quodam instinctu fuisse concitatum, ideoque limpidissimae laetitiae sensu perfusum mente et animo ad coelestia divinae veritatis spatia evolavisse *)?

*) Assensi sunt nostrae sententiae Car. Fr. Hermannus atque Nitschius Comm. De Platone Phaedro. Kilon. 1833. 4 Adversatus est nuper Dittrich. Prolegg. ad Plat. Cratyl. p. 50. Qui sic argumentatur: „Haec idearum doctrina quum

Atque hunc ipsum veri philosophi amorem Plato eodem fere tempore etiam in Symposio depinxit, quod quidem cum Phaedro censemus tanta necessitudine esse coniunctum, ut uterque liber tantum non pro uno opere habendus videatur. Sed quod modo dicebamus, elucere in his eius scriptis summam erga magistrum pietatem, id luculentissime in eo conspicuum est, quod in utroque libro Socratem finxit eum, qui contentis voluptatum illecebris animum suum semper in rerum divinarum cogitatione defixum habeat, et in quo perfecti philosophi summo divinae sapientiae amore flagrantis species et imago expressa cernatur. Nimirum ita in patriam redux factus Atheniensibus luculentissime ostendit, eundem illum Socratem, quem olim tanquam impium sacrilegum damnavissent, perfecti sapientis perfecto munere functum esse; simul vero etiam declaravit ac patefecit, ingentem esse philosophiae dignitatem et magnificentiam, quam pusilli hominum animi vix ac ne vix quidem caperent et intelligerent. Verisimile est autem his duobus operibus splendidissimis proxime additum esse tertium, Phaedonem dico. Nam quemadmodum in Phaedro et Symposio vivi Socratis imago proponitur, unde cognoscatur, quanta cum animi voluptate verus sapiens rerum divinarum, hoc est idearum, pulcritudinem contempletur et intueatur: ita in Phaedone morientem Socratem conspicimus talem, qui vel morte appropinquante, imo iam iam imminente, nullo metu aut terrore percussus, sed plenus admirabili mentis animique hilaritate, de eo quod per se est bonum, honestum, pulcrum, quodque sempiternum habetur, lubentissime et amabili cum tranquillitate disputat, lugen-

„propria sit philosophiae Platonicae, fieri non potuit, quin a Platone pronunciaretur, quum primum ipse philosophiam profiteretur. Est autem doctrina illa in Phaedro exposita, ut nonnullos dialogos Plato in ea parte abruperit, quae ex Phaedro suam peteret lucem. Phaedrum igitur ad primos Platonis dialogos recte retulisse mihi videntur Viri docti.“ Quae posuisse est explosisse. Nec vero etiam, quae Boeckhiius Philol. p. 105. disputat, plus valent, quam ut efficiatur, potuisse Platonem iam ante Socratis mortem aliquam philosophiae Pythagoricae notitiam accipere. Hinc vero equis tandem protenus concludet, id revera ita factum esse? Nimirum ut loquar cum barbaris dialecticis, sed iisdem tamen dialecticis, a posse ad esse non valet conclusio. Valent autem hac in re plurimum testimonia antiquitatis.

tesque amicos ac familiares rerum sempiternarum cogitatione ad laetissimam spem immortalitatis erigit. Quod quis est quin videat quam bene cum Symposii et Phaedri argumento conveniat, praesertim quum etiam principalis libri disputatio ad illustrandam quum idearum tum mentis animique humani naturam referatur?

Atque hic tandem videmur pervenisse ad ea tempora, quibuscum nostro quidem iudicio Philebi arctior quaedam intercedit coniunctio et necessitudo. Cognovimus hactenus, qua via Plato pedetentim in excolenda perficiendaque disciplina et ratione sua progressus sit, atque vidimus ipsum doctrinam idearum denique ita consummasse, ut singula atque cuncta doctrinae suae capita ad eam tanquam ad arcem quandam sapientiae merito referre posset. Tunc ipsum vero ascendit mente atque animo etiam ad boni ideam, omnium idearum principem, hoc est, ad ideam eius, quod in se esset perfectum, absolutum, consummatum, et unde omnis omnium rerum perfectio et absolutio proficisceretur. Cavendum est enim ne boni nomen audientes de honestate tantum aut probitate cogitemus, quod qui ita fecerunt, a Platonis mente et sententia aberrarunt longissime. Hac vero idea summae perfectionis, quae ipsius sententia in uno Deo reapse expressa cernitur, et cuius mens humana, utpote ex numine divino tanquam decerpta ac libata, aliquatenus certe capax est, hac, inquam, boni idea ita sibi ad locupletandam omnem sapientiae disciplinam utendum statuit, ut eius ope maximis atque gravissimis quum vitae humanae tum universae rerum naturae partibus lux admoveretur *). Itaque quaerere tunc instituit, quid in vita singulorum hominum, quid in constituendis gubernandisque civitatibus, quid denique in universa rerum natura ad illam referri oporteret; quod quidem eo modo perfecit, ut doctrinae opes in peregrinationibus comparatas magnamque partem a Pythagoreis acceptas ad harum rerum pervestigationem sapienter traduxisse videatur. Scripsit igitur tunc libros qui sunt de Republica, in quibus et optimi hominis et optinae

*) Etiam in scholis omnem doctrinam suam ad boni ideam revolvit, eamque ob causam et Aristoteles et eius discipuli commentarios suos de Platonis philosophia libros *περὶ τῆς ἀγαθῆς οὐσίας* inscripserunt. v. Brandis Comment. De perditis Aristot. libris p. 4. sqq.

civitatis imaginem ob oculos posuit; scripsit item Timaeum, grande opus et magnificentum, in quo exposuit verisimilia de rerum natura. Nimirum utriusque operis tanquam semina quaedam iam in Politico inclusa fuerunt, in quo libro magna illa et grandis fabula cum Timaeo maximam habet cognationem, alia autem ad rerum publicarum institutionem et gubernationem referuntur, qualem descriptam reperimus in libris de Republica et in iis libris, qui postea demum conscripti sunt de Legibus. Sed antequam Respublica et Timaeus in lucem prodiret, Philebum censemus ab eo litteris consignatum esse. Cuius quidem sententiae nostrae plures habemus causas atque rationes, quas hic paucis attingisse iuvabit; nam singula certius confirmabuntur infra in universi dialogi enarratione. Etenim primum quidem in hoc libro consummantur quasi atque complentur ea, quae in iis, quos iam ante ipsum editos fuisse putamus, dialogis de dialecticis explicata leguntur. Deinde quae de summis rerum principiis secundum Philolaum traduntur, ita comparata sunt, ut quantumvis etiam ad Parmenidem interpretandum faciant plurimum, tamen imprimis viam muniant ad intelligendum Timaeum. Praeterea non pauca in Philebo significantur brevius, quae postmodo in Republica et Timaeo demum plenius illustrata sunt, quorsum pertinent maxime quae de generibus voluptatis ac scientiae disseruntur, sicuti suo loco in Commentariis nostris ostendetur. Denique philosophus etiam in his rebus explicandis atque illustrandis eam viam tenuisse videtur, ut a morali singulorum hominum vita consideranda initium quaerendi fecerit, tum ad civitatum communitatem progressus sit, denique vero ad universae rerum naturae accesserit contemplationem, cum eaque arte sollertissima copulaverit naturae humanae indolis ac virtutis descriptionem. Iam vero illud ipsum in Philebo potissimum exquiratur, quodnam esse debeat tanquam temperamentum ethicarum hominis virium, quo vita hominum moralis ad quam maximam perveniat perfectionis laudem eoque summo bono potiatur. Ex quo consequens est, ut hic liber maioribus illis atque amplioribus operibus antecessisse videri debeat.

Atque hoc loco nos tandem videmus revertisse ad id, unde supra digressi sumus. Volebamus enim accuratius videre et cognoscere, quid tandem fuerit, quod Platonem ad hanc de summo bono quaestionem per-

tractandam impulerit, et quam ratione totam rem spectaverit ac diiudicaverit. Quod dum exquisivimus, paene inviti emensi sumus omnem fere studiorum cursum, quem singulari quadam fortunae varietate peragrare coactus fuit. Hoc ipsum autem facientes tanquam casu quodam id sumus consecuti, ut quemnam locum Philebus in scriptorum Platoniorum numero tenere iudicari debeat. Etenim ex his, quae disputavimus, sponte appariturum esse existimamus, falsos esse iudicio suo Schleiermacherum, Astium, Cousinum*), alios, qui librum hunc aut cum uno Phaedone maxime, aut cum Cratylo, aut cum Theaeteto, cohaerere sibi persuaserunt. Nimirum cohaeret ille profecto cum iis scriptis omnibus, in quibus una alterave pars eius doctrinae, quae in ipso fusius explicatur, vel praeparatur vel illustratur uberius. Quemadmodum enim fructus et flores arborum aut plantarum ex universa stirpe eiusque naturali explicatione gignuntur, ita Philebus noster ex omni Platonici ingenii ubertate provenisse censendus est. Quamquam ex scriptis philosophi ante alia omnia huc referenda sunt ea, in quibus vel sensualistarum, quos cum nostris dicere licebit, doctrina refellitur, vel illustratur idearum doctrina. Verum mittimus haec: erunt enim per se, opinor, perspicua iis, qui quae de dialogi argumento deinceps explicaturi sumus, cum iis comparaverint, quae hactenus de Platonis temporibus studiorumque ratione exposuimus.

Parata autem iam tandem responsio est ad ea, de quibus antea vehementer ambigebamus. Intelleximus enim perspicue, opinor, Platonem ad gravissimam hanc quaestionem excitatum utique esse varietate illa sententiarum, quae inter ipsos Socraticos de his rebus regnabat; nec vero prius illam subtilius tractandam suscepisse, quam quum idearum doctrina ab ipso iam condita atque exaedificata fuit. Ex quo consequens esse putamus, ut eum existimare debeamus et dissensionis Socraticorum duxisse rationem, et totam causam disceptasse sic, ut in ea diiudicanda boni ideam respexerit et ob oculos habuerit. Quamquam fieri non potuit, quin in gravissimi

*) Cousin. Opp. Plat. II. p. 445. Le *Philèbe* est véritablement le complément du *Théétète*. Le *Théétète* est consacré à la réfutation du principe; le *Philèbe* à celle de la conséquence.

uberrimique argumenti explicatione etiam ea proferret in medium, quae alibi nondum attingisset vel explicavisset. Sed de his non est quod nunc peculiari opera exponamus. Transeamus potius ad alia, atque videamus, unde philosophus quaestionis initium sibi faciendum putaverit et quasnam potissimum scholas philosophantium respexerit; quo facto in sermonis enarratione ulterius pergemus.

Examinandas vero sibi sumpsit Plato duas sententias inter se oppositas et contrarias de summo bono, quod vitae humanae posset obtingere*). Nam non de bono absoluto atque in se perfecto, sed de vitae humanae bono sermonem agitari, etsi nuper fuerunt qui praefracte negarent, tamen nostra quidem sententia non poterit dubitari nisi ab iis, qui praedictis occaecati opinionibus non tam quid Plato exposuerit, quam quod ipsi ab eo expositum velint, ob oculos habere solent. Nimirum confuderunt illi res duas inter se dissimillimas. Senserunt enim utique iudicium de summo vitae humanae bono denique ad ipsam summi boni ideam referri atque exigi, sed praepostere profecto inde concluderunt, non esse primariam quaestionem, quae in hoc libro agitur, de vitae humanae bono institutam. Sunt autem duae illae sententiae eadem, quae omni fere aetate, quando de his rebus disputatum est, semper principes esse visae sunt: altera enim voluptatem tuetur tanquam maximum humanae naturae bonum; altera illud in mente et scientia ponit. Illam defendendam susceperunt Philebus et Protarchus; hanc Socrates unice probat. Quae quidem si quaerimus a quibusnam potissimum illius aetatis philosophis vel propositae vel propugnatae fuerint, non diu ea de re ambigendum videtur. Certum enim habemus atque exploratum, si a Sophistis discesserimus, etiam inter ipsos Socraticos, quibuscum Platoni res fuit, extitisse qui illas suas fecissent. Nam causam voluptariam egit maxime Aristippus Cyrenaicus; quamquam quousque ille in ea re processerit, sanequam dubitari licet. Verumtamen eum voluptatem et vitae incunditatem pro maximo bono duxisse, neutiquam dubitabunt, qui quae de eo memoriae prodiderunt Xenoph. Mem. II, 1. Aristot. Metaph. III, 2. Sext. Emp. adv. Mathem. VII,

*) Varias philosophorum de summo bono sententias paucis perstringit Aristoteles Ethic. Nicom. I, 4. conf. Ethic. Eud. I, 1 et 3.

11. Diogen. Laërt. VI, 92. Horatius, alii, suis momentis ponderaverint. Et videtur omnino haec sententia fuisse propria plurimorum, quemadmodum ex ipso Platone Phileb. p. 67. C. intelligitur, ubi haec sunt: οἷς πιστεύοντες — οἱ πολλοὶ κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῶν εὖ κρατίστας εἶναι κ. τ. λ., ad quem locum alia quoque rei testimonia adhibuimus. Alterius vero opinionis, qua summum bonum in mente et scientia ponebatur, praeter alios Euclides ceterique Megarici extiterunt patroni ac defensores. Hi enim pro summo bono habuerunt id, quod mente cogitaretur, hoc est, ens illud suum intelligibile, ad quod omnem veritatis cognitionem referebant, et cui ipsam mentem rationemque volebant esse quam simillimam atque coniunctissimam. Testatur id luculentissime Diogen. L. II, 106. qui de Euclide sic scripsit: τὸ ἀγαθὸν πολλοῖς ἀπεφαινέτο ὀνόμασι καλούμενον· ὅτε μὲν γὰρ φροῦνησιν, ὅτε δὲ θεόν, καὶ ἄλλοτε νοῦν, καὶ τὰ λοιπὰ· τὰ δὲ ἀντικείμενα τῷ ἀγαθῷ ἀνήρει. Quae confirmantur etiam verbis Ciceronis Academ. II, 42: Quorum (Megaricorum) fuit nobilis disciplina, cuius, ut scriptum video, princeps Xenophanes, quem modo nominavi; deinde eum sequenti Parmenides et Zeno. Itaque ab his Eleatici philosophi nominabantur. Post Euclides, Socratis discipulus, Megareus, a quo iidem illi Megarici dicti: qui id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile et idem semper. Atque hanc ipsam sententiam susceperunt etiam ii, qui dicti sunt Eliaci vel Eretriaci. Nam Cicero eo quem diximus loco: A Menedemo autem, inquit, quod is Eretria fuit, Eretriaci appellati; quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur. Enimvero Menedemus, Phaedonis Elei, eius, cuius nomen Plato scripto Phaedone suo immortalitati consecravit, rationem ac disciplinam sequutus est, Megaricae adeo similem et cognatam illam, ut ipsi scriptores veteres utramque non raro confuderint *). Exposuit de eo copiosius Diogen. L. II, 18. Is vero quum Olymp. CXXV, 4. c. a. 277. ante aeram Chr. vita defunctus videatur, Platoni si non aequalis, at certe suppar fuit. Ex quo

*) V. Deyks De Megaricis p. 17.

verisimiliter licet conicere, sententiam eius iam inde ab Euclidis aetate in ipsius schola fuisse celebratam ac deinde fortasse exornatam copiosius. Verum hoc utcumque sese habet, illud quidem extra dubitationem positum esse putamus, inter Socraticos imprimis hos fuisse ac fortasse Antisthenem, de quo v. Ritter. Hist. Phil. Vol. II. p. 120. ed. I., qui in mente ac scientia bonum positum arbitrarentur. Quamquam Plato ratione eorum aliquantum amplificata atque dilatata omnino quaerendum sibi statuit de mentis ac sapientiae usu et possessione, adiunctis etiam rectis opinionibus, in quibus et ipsis nonnullos scientiam contineri voluisse ex ipsius Theaeteto constare debet. Id quod licentia haudquaquam nimia sic ab eo factum esse unusquisque facile largietur, qui universam quaestionem diligenter consideraverit.

Iam vero quod Protarchus partes agit eorum, qui omnia tribuebant voluptati, Socrates autem adversariorum sustinet personam, neutrum inepte confictum esse facili negotio demonstrari potest. Nam Protarchus adulesceus quum Gorgiae auditor fuisse dicatur, qui bonum et honestum ab utili haudquaquam sciungebat aut potius virtutem volebat in utilitatis atque commodi comparandi sollertia et facultate consistere, equis est, quin protenus videat quam recte ille iam Hedonicorum causam tueatur? Socrates autem quod Megaricorum et Eretriacorum defendit sententiam aut certe similem rationem, nec hoc abhorret a verisimilitudine. Censebat enim ipse virtutem contineri scientia, virtutis autem cultu et exercitatione etiam id, quod bonum esset, certissime comparari arbitrabatur. Quocirca teste Laërtio II, 31, docebat utique ἐν μόνον ἀγαθὸν εἶναι τὴν ἐπιστήμην. Quod quam prope ad illam ipsam sententiam accedat, quam apud Platonem ab initio defendendam suscepit, etiam sine nostra admonitione facile perspicietur.

Sed haec omnia quum satis clara et perspicua fore existimemus, tamen unum restare arbitramur, quod nonnihil dubitationis afferre possit. Jure enim aliquis miretur, quod Plato eorum tantum habuit rationem, qui aut voluptatem aut mentem et scientiam pro summo bono duxerunt; ceterorum sententias, quae sanequam variae fuerunt ac multiplices, non respexit et examinavit. De qua re quid existimandum sit, non erit supervacaneum paucis exposuisse.

Ne igitur philosophum hac in re temeritatis alicuius incusemus, primum tenendum est, ne aliorum quidem opiniones plane silentio transmitti, quandoquidem Antisthenis quidem sententiam locis compluribus attigit: aliorum autem rationem subinde, ut videtur, tacitus respectavit. Deinde ipsa Platonis de summo hominis bono sententia effecit, ut illas potissimum opiniones in examen vocaret. Censuit enim philosophus, idque profecto rectissime, hominis bonum non alibi esse quaerendum nisi in ipso homine, hoc est in naturae humanae quam maxima perfectione, qua ita fieret, ut pro eius condicione ad quam maximam perveniretur vitae felicitatem. Quamobrem omnis harum rerum disputatio profecto ad ipsius hominis indolem ac naturam attemperanda fuit. Persuaserat vero sibi Plato duplicem esse hominis tanquam personam, prouti duplicem in eo naturam liceret discernere. v. Tim. p. 41. E. sqq. Distinxit igitur etiam duas principales animi partes, alteram rationalem, quae esset mentis atque rationis, quam appellavit τὸ λογιστικόν, alteram irrationalem, sive τὸ ἄλογον, quae prouti aut generosior esset aut menti et rationi adversaretur vehementius, vel iram complecteretur vel cupiditatem, ideoque in τὸ θυμοειδές et τὸ ἐπιθυμητικόν dispesci posset. De qua sententia quum aliis locis disseruit, tum imprimis Gorg. p. 493. A. sqq. Phaedr. p. 237. D. sqq. ibid. p. 246. A. sqq. De Rep. III. p. 410. B. sqq. IV. p. 439. B. sqq. IX. p. 580. D. Tim. p. 68. E. sqq. copiose exposuit. Haec igitur quum ita statuerit, facile apparebit, cur in Philebo, consummatum ac perfectum vitae humanae bonum investigaturus, de voluptate atque mente et scientia potissimum quaerendum indicaverit. Alterum enim pertinet ad eam hominis partem, quae mente et ratione constat et cuius est verum indagare atque cognoscere; alterum refertur ad illam naturae nostrae ipsiusque corporis proprietatem, qua sentimus, qua concupiscimus, qua denique appetimus ea, quae desideriiis nostris satisfactura videantur. Quocirca Plato haudquaquam inepte putandus est ita statuisse, ut his duabus rebus exploratis de summo hominis bono prudenter iudicari posse sibi persuaderet*),

*) Aliter Aristoteles Ethic. Nicom. I, 5. §. 2 sqq. qui, quoniam ad vitam bene beateque degendam tria bonorum genera requiri soleant, perspicentia veri, virtus et voluptas, tria vitae

praesertim quum statim initio dialogi significaverit temperamento quodam opus fore, quo denique maximum illud bonum efficiatur, ad cuius possessionem atque fructum omnes naturali quodam appetitu impellantur atque auferantur. Etenim sicuti secundum eius sententiam virtus in eo posita est, ut homines facultates sibi tributas ita regant iisque sic utantur, ut inter se consentiant neque sensus et animi perturbationes vitae concentum auferant, ita etiam summum vitae humanae bonum censuit in ordine perfectissimo contineri, quum voluptates mentis imperio parent.

Sed satis haec sunt de dialogi principio. Quae si cui videantur uberiora atque copiosiora, quam exordium libri postulaverit, is reputet quaeso, ista omnia ad eorum, quae deinceps a Platone disputata sunt, interpretationem atque explicationem haudquaquam inutilia fore. Verum accedam is tandem ad enarrationem eorum, quae deinceps a Socrate et Protarcho disseruntur.

Cap. II.

Inchoatur dialectica disceptatio de generibus et formis rerum. Platonis ἐν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρα. Via disserendi analytica et synthetica illustratur.

Posteaquam igitur inter disputantes convenit rem controversam atque dubiam quovis pacto esse investigandam atque exquirendam, primum quidem Socrates monet, voluptates non videri unius esse generis, sed admodum varias ac diversas, ut opus sit eas diligenter secernere ac segregare, ne quum omnes simpliciter bonae dicantur, aliqua fraus admittatur. Quod eius iudicium Protarchus ita probat, ut easdem tamen contendat generis communitate quadam contineri ideoque nullo modo esse dispares. Cui respondet Socrates id, quod nunc omnes pro vero probant, generis unitate haudquaquam tolli diversitatem et varietatem partium atque formarum; neque aliam esse scientiae quam voluptatis rationem; nam illam quoque, etsi genere una habeatur, tamen partium varietatem ac multitudinem haudquaquam aspernari. Quae posteaquam Protarchus tandem per-

genera, contemplativum; βίον θεωρητικόν, actuosum, βίον πολιτικόν, et voluptarium, βίον ἀπολαυστικόν, in hac causa consideranda arbitratur.

spexit et pro veris probavit (p. 14. A.), exquirere instituant, num voluptas an sapientia pro ipso bono ducenda sit, an denique tertium quiddam eam laudem sibi vindicet, siquidem dubium sit, num alterutra omnes perfecti boni numeros sit expletura (p. 14. C.). Quoniam autem antea de generis et formarum ratione dubitatum erat, Socrates ante omnia quaerendum censet, quaenam ratio intercedat inter unum (*ἓν*), multa (*πολλά*), atque infinita (*ἄπειρα*). Omnem enim rei cardinem videt in eo potissimum verti, ut, si de voluptatis et scientiae natura recte iudicare velint, utriusque genus et formae accurate investigentur atque definiantur. Vocat autem Plato *τοῦ ἑνός* nomine nunc genus; multa porro appellat generis formas atque species; denique infinita sive *ἄπειρα* dicit singula atque individua, quippe quae notionis unitate comprehendi propter immensam copiam et varietatem suam nullo modo possunt. Qua in re etsi Pythagoreorum et Eleaticorum vestigia legisse videri potest, tamen nominum usum sine dubio suae rationi accommodavit atque adeo perfecit et excoluit, quandoquidem *τὰ πολλά* primus videtur de formis generi subiectis dixisse, quae medium quasi locum inter *τὰς ἐνάδας* s. *μονάδας* (Phileb. p. 15. A. B. 86. D.) et *τὰ ἄπειρα* tenerent. Fuit autem haec quaestio de uno et multis illo tempore, ut videtur, studiose agitata, imprimis ab Eristicis, qui eadem ad malas argutias abutebantur. Contendebant enim illi, unum non esse multa ac vicissim, ex eoque argumento cavillationes repetebant multiplices. Cuius rei Plato saepius fecit mentionem, veluti in Sophista p. 251. A. B. C. et in Parmenide p. 129. C. sqq. quibus locis qui ita statuebant similiter atque in Philebo notantur ac perstringuntur. Nimirum pessimo illi errore an fraude dicam rerum singularum rationem confundebant cum idearum sive notionum mobilitate, quae sane unum et multa haudquaquam aspernatur (p. 14. E. sq.). Sed istorum homuncionum philosophus nunc nullam rationem habendam esse arbitratur, quippe qui proferant nimis trita ac puerilia. Quamobrem statim accedendum esse ait ad consideranda et examinanda ea, quae sola mentis vi et cogitatione comprehenduntur, quae revera suis quibusdam difficultatibus laborare ultro profitetur (p. 15. B. C.). Itaque deinde unum illud et multa (*τὸ ἓν καὶ πολλά*) ita illustrare conatur, ut et syntheticam et analyticam disserendi

viam ac rationem disputatione sua complectatur atque utramque elegantissime patefaciat. Primum igitur censet in omni cuiusque rei quaestione id agendum esse, ut una et communis quaedam idea indagetur, qua singula tanquam communi vinculo contineantur; nam ita immutabili quadam eademque inexplicabili naturae lege esse institutum, ut omnia unum et multa sint, et infinitatem pariter atque unitatem in se contineant (p. 16. C.). Inventa autem illa deinde ad partium et formarum, quae ei subiectae sint, exquisitionem esse progrediendam, nec statim festinandum ad innumera sive individua. Denique formis indagatis transiri oportere ad singula rimanda atque iudicanda. Hoc ipso enim, inquit, differt eristica disputandi ratio a vera germanaque dialectica. Nam qui illam generum et formarum negligent coniunctionem ac necessitudinem, ii non dialecticorum more disserere solent, sed captiose, atque litigiose (p. 17. A.). Illustrare deinde instituit Socrates ea, quae modo exposuit, exemplo a grammatica et musica arte repetito. Sed dum id facturus est, Philebus, morae impatiens, rupto silentio, sese non intelligere ait, quid ista ad praesentem disputationem pertineant (p. 17. E.). Cui tamen Socrates prudenter regerit id postmodo intellectum iri; nunc enim etiam aliud quid ad rem propositam plenius illustrandam addi oportere. Nimirum explicaverat antea analytice disserendi viam et rationem; nunc etiam syntheticam vult patefacere. Quod quidem exemplo vocis et litterarum in medium allato ita peragit, ut copiosissime ostendat, ab infinitis rebus et individuis etiam ad formas et partes posse adscendi, ab his vero denique inverso ordine ad summum genus perveniri, cui illae omnes subiectae sint (p. 18. C.).

Perquam gravis ac memorabilis totus hic locus est, quo uno maxime Plato suam de notionum coniunctione deque via disserendi analytica et synthetica sententiam tam luculente exposuit, ut totam rem ipsi accurate cognitam perspectamque fuisse haudquaquam dubitare liceat. Iuvabit autem hic illud imprimis animadvertisse, idem argumentum a philosopho in Phaedro potissimum, Sophista, Politico, Parmenide et Republica attingi, ita tamen, ut illud minus plene et accurate ibi exposuerit, sed tanquam brevi perstrinxerit. Ex Phaedro referendus huc est nobilissimus ille locus p. 265. D. sqq., ubi item analytica pariter atque synthetica quaerendi ratio

significatur. Ex Sophista pertinent huc verba p. 253. D. sq., quae nuper in Commentariis nostris explicavimus accuratius. Parmenidis porro locus, qui ad hanc dialecticam partem spectat, est p. 129. B. sqq. In Politico notatu digna illa sunt, quae inde a p. 262. A. et p. 285. A. sqq. scripta leguntur, et quibus nuper lucem affundere conati sumus. Respublica denique quum alia, tum haec quoque habet in hac caussa memorabilia, Libr. V. p. 454. A. sqq. VII. p. 534. B. sqq. Hi igitur libri tanquam sedes ac domicilium huius doctrinae sunt; quamquam nec in aliis scriptis desunt singuli quidam loci, ubi eadem illa attingitur. Nimirum in Sophista et Politico philosophum id egisse novimus, ut cum propositi argumenti primarii illustratione dividendi partendi-que doctrinam traderet ad similitudinem rationis Megaricae adumbratam; in Parmenide vero argumentandi viam et rationem, qua utebantur Megarici, emendatam perfectamque exhibuit. Denique in Phaedro, quantum dialectica ad omnem sapientiae doctrinam valeret, breviter descripto illius munere significavit. Haec omnia autem in Philebo tandem disputatione sua complexus est, in quo opere accuratissime ac plenissime de dialectici officio exposuit, et analyticam pariter atque syntheticam disserendi rationem in illustriore luce collocavit. Quo ipso egregie profecto meruit de omni philosophia, atque adeo effecit, ut a multis analyticè philosophandi auctor habitus sit. v. Diog. Laërt. III, 24. coll. Aristot. Anal. I. 1. Top. I, 1. et 10. Nec vero Aristoteles dicitur Platonem disserendi subtilitate superiores philosophos omnes, qui fuerint indoctis pugilibus similiore, longissime superavisse atque methodum disputandi eam tradidisse, quae litteris plurimum emolumenti attulerit. Quocirca ipse quoque plurima inde profecisse existimandus est atque in doctrinae copiis ordinandis disponendisque sic versatus esse, ut magistri disciplina dialectica adiutus ac sustentatus sit. Verum haec tanquam in transcurso. Redimus ad locum Philebi. In quo praeter ea, quae exposuimus, etiam aliud quid non indignum videtur diligenti animadversione. Etenim quum in aliis Platonis dialogis qui cum Socrate colloquentes inducuntur fere haereant in singulis formis ac partibus earum rerum, de quibus disputatur, neque animum possint ad genera eorumque notiones attollere, in Philebo nostro Protarchus facit contrarium, quippe qui genus volupta-

tis adeo teneat pertinaciter, ut formarum varietatem aut sublatam cupiat, aut in ea certe diversitatem aliquam ac partium differentiam inesse omnino neget. In quo Plato, nisi egregie fallor, rursus respexit Megaricos eorumque assectatores sophisticos. Consentiant enim ista omnia mirabiliter cum illis eorum decretis, quae nuper in Prolegg. ad Politic. p. 59 sqq. maxime inde a p. 62 sqq. illustrare conati sumus. Atque haec si non temere ita iudicavimus, facile intelligetur, hinc quoque verisimiliter coniecturam de tempore fieri posse, quo Philebum scriptum esse putare liceat. Sed pergitur in dialogi enarratione.

Cap. III.

Ostenditur, quorsum dialectica disputatio superior pertinuerit. Boni signa et argumenta afferuntur. Aristotelis de eadem re sententia. Cur Socrates sibi dicat rei notitiam divinitus esse impertitam. Nec voluptas nec scientia ad summi boni laudem sufficere iudicatur.

Posteaquam igitur de generum, formarum atque singularum rerum rationibus explicatum est, Socrates quid tota illa disputatio ad rem praesentem faciat, paucis verbis aperit. Censet enim, quoniam de voluptate et scientia instituta sit quaestio, utriusque genus et formas indagari oportere, quo rectius de eius natura atque dignitate possit iudicari. Quod etsi Protarchus ad omnem rei quaestionem utilissimum fore concedit, tamen rem admodum difficilem atque laboriosam futuram esse arbitratur. Quocirca totum hoc quaerendi negotium ipse detrectat atque uni iniungit Socrati (p. 19. D. E. 20. A.) Tum vero hic disputationem auspicaturus: Videor mihi, inquit, nescio quo modo audivisse, nec voluptatem nec sapientiam esse summum bonum, sed potius tertium quiddam, utraque illa multo praestantius atque excellentius. Quod si verum est, voluptas protenus erit a summi boni laude atque dignitate remota, neque nunc opus erit, ut singulas eius partes atque formas operosa diligentia investigemus. Est vero hoc. Bonum illud, de quo quaerimus, prorsus necesse est, et in se perfectum sit et natura sua sufficiens et omnibus optabile (sive τέλειον, ικανόν atque αἰσιτόν). Quod

si tenemus, de optima vita facillimum erit iudicium. Nam nec vita voluptatis plena, nec ea, quae mente et scientia perfruitur, debet aut imperfecta esse, ut ex parte tantum beatos reddat qui eius sunt participes, aut aliqua re indigere, cuius adiumento vitae beatitas plane efficiatur, aut videri aliquo modo indigna esse studio nostro atque desiderio. Iam vero voluptatem quidem per se solam haud sane quisquam expetendam sibi putabit, nisi ea etiam adiunctam habeat mentem, scientiam, intelligentiam, memoriam; quandoquidem sine huius accessione nec potest fieri, ut nos gaudere ac lactari sciamus aut meminerimus. Ex quo apparet perspicue, voluptatem nec omnia explere naturae nostrae desideria, nec aliarum rerum ope et auxilio posse carere, siquidem vitae beatitas locum habitura sit. Nec vero aliter statuendum est de mente, ratione, scientia, memoria et rectis opinionibus, siquidem solae possideantur planeque separatae ac seiunctae sint a voluptatis et iucunditatis sensu. Quis enim vitam sibi deliget omni voluptatis fructu orbatam atque spoliata? Itaque minime errabimus, nec voluptatem per se solam nec mentem et scientiam ab illa plane seiunctam ipsius boni nomine dignam existimantes. Imo potius sic statuemus, ut eam demum vitam, quae ex utraque mixta ac temperata sit, ad boni laudem ac praestantiam accedere nobis persuadeamus. Quod si ita est, illud unum quaerendum nunc nobis erit, ultra sit praestabilior, voluptas an mens atque scientia; de qua re age iam dispiciamus accuratius (p. 20. B. — 23. A.).

In hoc loco non paucis, opinor, mirum accidet, quod Socrates plane immemor sit eorum, quae modo de divisione et partitione notionum deque genere philosophandi analytico et synthetico disputavit. Etenim missam ille facit hanc ipsam, quam antea necessariam iudicabat, de formis ac generibus voluptatis atque scientiae quaestionem, ac protenus ponit summi boni notas quasi quasdam, ex quibus de voluptatis et scientiae pretio ac dignitate repetatur iudicium. At enim vero quod primo aspectu praeter rectam rationem ita factum videatur, idem, ubi diligentius consideratum fuerit, sollertissimae artis laudem habere nemo temere inficiabitur. Nam revera Socrates illa ipsa praecepta dialectica, quae modo dedit, hoc loco non modo ob oculos habet, sed etiam diligentissime observat. Quum enim ab initio sermonis

de summo vitae humanae bono disceptatum sit, iam ille prudentissime universum illius genus sive τὸ ἐν definit, ostenditque voluptatem atque scientiam nihil esse aliud, nisi partes quasdam illi subiectas. Quo facto deinceps rursus de his ipsis seorsum quaeritur atque docetur, quodnam utraque secundum naturam suam genus, quasque formas ac partes habeat. Ita igitur apparet disputationis ordinem ac progressum utique eum esse, qui exquisitae elegantiae laudem tueri iudicandus sit.

Quemadmodum autem haec ita comparata sunt, ut ne morosissimus quidem dialecticus in iis reprehensionis alicuius causam et argumentum inventurus sit, ita etiam aliud quid est, quod quum primo certe aspectu mirum videatur, tamen omnibus rei momentis accuratius pensitatis, vel excusationem vel defensionem suam facile inventurum sit. Etenim paucissimis sane Socrates absolvit rei gravissimae quaestionem, quandoquidem summi boni notas ponit tantummodo et in medium affert, non item illustrat et uberius disputatione confirmat. Quid quod adeo p. 20. B. obscuram quandam sententiae suae originem his verbis indicat: *Λόγων ποτέ τινων πάλα ακούσας ὄναρ ἢ καὶ ἐργηγορῶς νῦν ἐννοῶ περὶ τῆ ἡδονῆς καὶ φρονήσεως, ὡς οὐδέτερον αὐτῶν ἐστὶ τὰ γὰθόν, ἀλλ' ἄλλο τρίτον.* Nimirum facile philosophus pro acumine suo pervidit, hanc summi boni definitionem ita comparatam esse, ut nullam ferret aut desideraret argumentorum confirmationem. Quamobrem eam tanquam axioma quoddam proposuit; illud ipsum autem, quod ea nulla videretur indigere vel explicatione vel demonstratione, more suo ita significavit, ut eam tanquam divinitus sibi suppeditatam esse profiteretur, de qua eius urbanitate et elegantia uberius exposuimus in Commentariis. Neque profecto negari potest acutum verumque esse hoc Platonis iudicium, quod nec Stagirites, quantumvis etiam in hac philosophiae parte a magistro dissentiens, omnino aspernatus est. Is enim Ethic. Nicom. I, 6. §. 12 sqq. posteaquam Platoniam absoluti boni ideam funditus sustulit aut certe sustulisse sibi videtur, ubi transgreditur ad illud bonum considerandum, quod humanae actioni tanquam finis propositum sit quodque homo possit viribus suis assequi, haec fere disputat, quae dubitari non potest quin ad Platonicae sententiae rationem composita sint. Ultimum ac summum bonum,

inquit, non potest esse nisi id, in quo cernitur finis humanarum actionum omnium, sive τὸ τῶν πρακτῶν ἀπάντων τέλος. Hic autem finis non aliorum referatur, sed in se ipse absolutus sit, necesse est. Quod si ita est, summum bonum consequitur ante omnia esse ἐν τι μόνον τέλειον sive ἀπλῶς τέλειον. Nam τέλειον ἔστιν, ut ait Magn. Mor. I, 2, p. 7. ed. Bekk., οὐ παραγενομένου μηδενός ἐτι προσδεόμεθα ἀτελές δέ, οὐ παραγενομένου προσδεόμεθα τινός. Atque hinc efficitur, ut bonum illud etiam propter semet ipsum expectandum sit, nec propter aliud quiddam optabile videatur. Erit igitur κατ' αὐτὸ αἰρετὸν αἰεὶ καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. Iam vero eiusmodi bonum, quod finem suum tanquam in semet ipso inclusum teneat, erit etiam semet ipso contentum ac sufficiens; nam τὸ τέλειον ἀγαθόν (ἔστιν) καὶ αὐτάρκες. Haec igitur Aristoteles de summi boni signis atque argumentis. Ex quibus consequi arbitratur, ut per tale bonum etiam efficiatur vita omnino optabilis ac nullius rei indigens (αἰρετὸν ποιᾷ τὸν βίον καὶ μηδενός ἐνδεᾶ). Talis autem vita secundum eius sententiam non alia est nisi beata. Quapropter beatitudinem vult tanquam summum finem humanis consiliis et actionibus omnibus propositam esse, adeoque summum bonum, quod quidem hominibus attingere liceat, in ea una quaeri oportere (τέλειον δὴ τι φαίνεται καὶ αὐτάρκες ἢ εὐδαιμονία, τῶν πρακτῶν οὐσα τέλος). Quae ipsa sententia rursus a mente Platonis non multum discrepat. Nam beatitas ista, quam Stagiritas vocat εὐδαιμονίαν, si verum quaerimus, certe non alia est quam optima illa vita, quam Plato, ex voluptatis et sapientiae temperamento ad mentis et rationis aeternae leges facto, tanquam sponte existere iudicavit. Ex his igitur perspicuum erit, opinor, quamobrem philosophus noster in maxima argumenti gravitate tamen summa usus sit disputationis brevitate*). De causis vero, cur nec voluptas nec sapientia per se sola ad summum bonum absolvendum satisfacere existimanda sit, disputatur etiam De Rep. VI. p. 505. B. sqq. ubi tamen pro diversitate consilii, quod scriptor sequutus est, res alio modo atque hic exploratur ac decernitur. Nam ibi de idea summi boni, quod in se absolutum est, nec vero

*) Conf. etiam Proclus in Alcibiad. I. p. 153. ed. Creuzer.

de optima vita exponitur; quod si tenuerimus, haudquam mirabimur, cur ibi res omnino aliter atque hoc loco tractata sit. Praeterea de voluptate et iucunditate pariter atque sapientia ad vitae felicitatem necessaria non poenitebit contulisse locum gravissimum Legg. V. p. 732. D. sqq.

Cap. IV.

Voluptatis et mentis atque intelligentiae summum genus exquiritur. Summa rerum omnium generatarum principia sunt Infinitum, Finitum, Mixtum et Causae genus. Pythagoreorum, inprimis Philolai, de eadem re sententia. Voluptatem Plato refert ad Infinitum, Mentem et intelligentiam ad Causae genus. Mens humana ex mente divina delibata. Mens et ratio divina summa causa rerum omnium.

Itaque hactenus Socrates disputatione sua utique effecit hoc, ut voluptatem et sapientiam boni generi tanquam formas atque partes subiectas esse appareat. Iam vero inde a p. 22. B. accedit ad has ipsas excutiendas atque perquirendas. Nam ut diiudicari queat, utra sit praestabilior atque summo bono propior et cognatior, utriusque illius cum genus tum formas ita exquirere instituit, ut earum vis et natura in illustriore loco collocetur. Quamobrem etiam aliud genus, cui eae subiectae putari debeant, investigat atque ponit. Etsi enim apparuit, eas boni summi partes esse, tamen, quoniam de natura earum agitur, talia ipsarum genera afferenda fuerunt, unde quid de vi et natura utriusque existimandum sit, cognosci possit penitus ac diiudicari. Quocirca recurrit Socrates ad summa rerum omnium principia, sine quibus nihil unquam generatum esse aut perfectum extitisse, et unde eorum omnium, quae originem aliquando habuerint, indolem ac naturam cognosci posse arbitratur. Qui quidem locus longe gravissimus est ad omnem Platonis doctrinam accuratius cognoscendam atque iudicandam. Quocirca primum quidem eius sententiam retulisse iuvabit; deinde vero exponemus, quae ad eius illustrationem facere videantur.

Quum igitur in superiore disputatione apparisset, nec voluptatem nec scientiam summi boni laude ornari

oportere, dubitatio nata erat, essetne sapientia an voluptas praestabilior. De qua re nunc Socrates sic fere perguit disputare. Ego quidem, inquit, si quid iudicare possum, sic statuendum arbitror, ut sapientiam atque mentem voluptate longe praestantius quiddam et excellentius esse existimemus. Quod si verum est, voluptati neque primae neque secundae partes tribuendae erunt; imo etiam a tertiis longius aberit, quantum quidem nunc augurari liceat (p. 22. E sqq.). Sed hoc ipsum ut evidenter appareat, aliis quibusdam argumentis opus videtur, quam quibus adhuc usi sumus (p. 23. B.). Vidimus igitur antea, eorum quae sunt alia esse finita, alia infinita. Nam res individuae, de quibus antea disputatum est, inter τὰ ἀπείρα referebantur; his vero opposita sunt τὸ ἐν et τὰ πολλά, hoc est, genera rerum atque formae, quae in finitis numerari consentaneum est. His igitur duobus generibus nunc addamus tertium, ex illis compositum et conflatum, quod appellemus mixtum. Ad haec tria autem quartum accedat necesse est, quod finiti et infiniti mixtionem veluti temperet atque moderetur, hoc est, genus caussae. Nam quinto quodam genere, quod vim segregandi ac disiungendi habeat, haudquaquam indigebimus. Habemus igitur quattuor rerum omnium principia, quae etiam ad voluptatem ac sapientiam recte prudenterque aestimandam plurimum valebunt. Ac primum quidem de finito et infinito, et quale quidque sit quae indole et natura utatur, paucis dispiciamus. Ordiamur ab infinito, quod tamen quodammodo etiam multa est, siquidem illud etiam suis quibusdam generibus ac partibus distingui potest (usque ad p. 24. A.). Pertinet igitur ad illud omne id, quod certo modo et ratione caret omnemque gradum aspernatur mensuram, nulla ut in eo cernatur quantitatis aut qualitatis alicuius lex atque virtus (p. 24. A — E.). Ex quo intelligi debet, qualis sit finiti sive finientis, utpote illi contrarii, indoles ac natura. Nam quidquid capax est atque particeps certi modi, numeri, rationis definitae, id ad finitum referri consentaneum est (p. 25. A.). Iam vero infinitum ubi cum finito in unum coit, ideoque certis tanquam finibus ac terminis includitur, tertium oritur genus, quod mixtum (συμμεμιγμένον) appellemus. Hoc vero genus ambitu suo complectitur quidquid boni perfectique in rerum natura pariter atque in vita hominum usquam

existit. Hinc enim efficitur recta corporis valetudo; hinc musica; hinc iusta coeli aërisque temperies; hinc pulcritudo, non modo corporis, sed etiam animi, siquidem per eius vim et efficacitatem lubricitatis ac voluptatis intemperantia certae legi ac modo adstringitur, ut ne extra iustos evagetur terminos; hinc denique praecleara quaevis originem habent suam. Itaque tertium hoc genus comprehendit in se omnia, quae finiti et infiniti coniunctione atque temperamento procreantur (p. 25. A. — 26. D.). Iam vero si quaerimus de quarto genere, quidquid oritur ac generatur, prorsus necesse est per aliquam causam gigni, quae sit eius quasi quaedam effectrix, ut tertium illud nihil aliud sit nisi id ipsum, quod per hanc ex finito atque infinito efficitur (p. 26. E. — 27. B.). Ita igitur quattuor rerum principia cognovimus, ex quibus omnium, quae generata sunt, originem repetere ac declarare liceat.

Gravissimus est, ut diximus, hic locus ad omnem fere Platonis philosophiam; certe quidem eo si careremus, vix futurum esset ut Timaeum ac Parmenidem, praestantissima philosophi opera, recte interpretari possemus. Nunc vero, quemadmodum illo Parmenidis obscuritas est depulsa*), ita aditus ad intelligendum Timaeum patefactus videtur. Voluit enim philosophus eadem haec principia, ad quae ortum et naturam quum voluptatis tum mentis ac sapientiae retulit, non modo in morali hominum vita, verum etiam in ideis atque in tota rerum universitate valere. Sed videamus, quid de universo loco existimandum sit; nam de Timaeo et Parmenide alibi a nobis explicatum est.

Narrant igitur veteres philosophiae scriptores atque interpretes, Platonem in his exponendis sequutum esse ducem Philolaum, doctrinamque suam prorsus ad illius rationem attemperavisse. Cuius rei testem praeter alios habemus Proclum Theol. Plat. I, 5. p. 13. III, 7. p. 132. ad Tim. I. p. 26. p. 54. Quamobrem haud alienum erit nobilissimi Pythagorei opiniones, quae huc pertineant, paucis adumbratas proponere et cum Platonis sententia contendere, quo denique certius intelligatur, quid utrique commune sit, quid alterutri proprium ac peculiare. Id autem instituemus sic, ut quae Aug. Boeckhius in libro: Philolaos

*) V. Prolegg. nostra ad Parmenidem.

des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes. Berlin. 1819. 8. Ern. Reinholdus: Beitrag zur Erläuterung der Pythagorischen Metaphysik. Ienae. 1827. 8. aliique viri docti nuper de Philolao fusius disputaverunt, ea paucis comprehendamus atque interposito iudicio nostro breviter referamus. Quo facto de Platonis ratione sic disputabimus, ut ei, si qua opus fuerit, lucem interpretationis affundere conemur.

Et in Philolaica quidem doctrina iudicanda plurimum refert diligenter observasse, loqui Pythagoreum tantummodo de mundi adspectabilis fabrica. Ad hanc igitur unam retulit etiam principia illa rerum, de quibus in opere suo exposuit. Aliter fecit Plato, qui, etsi nunc voluptatis inprimis et scientiae naturam atque vitam optimam ex iis voluit iudicari, tamen verbis clarissimis indicavit, adeo ea esse generalia ac tam late patere, ut in omnium rerum generatarum ortum conveniant. Nimirum ne Pythagorei quidem videntur sensisse aliter, quos utique exploratum habemus summis principiis suis ita usos esse, ut inde non modo rerum adspectabilium vim et naturam, sed etiam virtutis et cognitionis rationes declarare studerent. v. Brandis. Histor. Philos. Vol. I. p. 492 sqq. Quamobrem Philolaus ea transtulisse existimandum est ad fabricam ortumque mundi inde explicandum, quippe de quo in opere suo inprimis exponere constitisset. Forte fortuna autem accidit, ut fragmenta quaedam Philolaici operis ad nostram usque aetatem servata sint, unde ipsum principium doctrinae in eo expositae cognoscere liceat. Pertinent huc illa apud Diogen. Laërt. VIII, 85. et Stobaeum Eclogg. Phys. I. c. 22. 7. p. 454. et 56. ed. Heeren. quae egregie tractavit Boeckhiius p. 47 sqq. Ex his apparet luculentissime Pythagoreum docuisse, omnia, quaecunque sint (*τὰ ἔόντα*), aut finita esse aut infinita (*ἢ περαινόντα ἢ ἄπειρα*), aut eadem et finita simul et infinita. Quibus deinde subiunxit haec: quando igitur, inquit, nec ex finitis cunctis nec ex infinitis res compositae sunt, apertum est, mundum et quae in eo reperiuntur singula ex finitis simul et infinitis esse conflatum, hoc est, ex finito et infinito in unum coniuncto extitisse. Quocirca duo ille posuit rerum principia, finitum alterum, alterum infinitum; id quod placuit etiam aliis Py-

thagoreis, qui tamen numerorum utentes nominibus finitum appellarunt τὸ ἐν, infinitum autem ἀόριστον δυνάδα dicere consueverunt; de qua re v. Prolegg. nostra ad Parmenid. p. 79 sqq. Brandis. De perdit. Aristot. libris de Bono p. 27. Sext. Emp. Adv. Mathem. X, 262 sqq. Etenim ipsi Pythagorei sibi non videntur in usu vocabulorum usquequaque constitisse, quamquam verisimile est antiquissimos scholae doctores cum ipso Pythagora omnino a numerorum rationibus profectos esse. Et τὸ ἄπειρον quidem, quale Philolaus animo suo informaverit, quum a Stobaeo eo, quo diximus loco, tum ab aliis quoque memoriae proditum est. vid. Boeckh. p. 53 sqq. Voluit enim illud intelligi rudem et informem mundi materiam, quae omnis termini, omnis mensurae, omnis denique rationis definitae expertis informari deberet. Quamobrem eam nec cognitioni subiectam esse voluit, quandoquidem quidquid mente et animo complectimur, id secundum ipsum habere oportet terminum, numerum, rationem. v. Fragm. ap. Boeckh. p. 49. Atque hinc apparet, cur Philolaus putaverit etiam in ipsa rerum universitate quaedam mansisse infinita, tempus atque inane (*τὸ κενόν*). v. Stobaeus l. c. p. 380. 82. coll. Boeckh. p. 108 et 109. Quamquam inane (*τὸ κενόν*), quia rerum naturam ex finiti et infiniti coniunctione prodixisse censuit, non in ipso mundo voluit contineri, sed ei esse circumfusum, hac quidem lege, ut ab eo tanquam perpetua quadam spiratione absorberetur, ne quando incideret rerum ordinis aliqua perturbatio. v. Aristot. Phys. III, 4. ibique Simplic. p. 104 B. Auscultat. Phys. IV, 6. et fragm. ap. Stob. I, 21. 2. ap. Boeckh. p. 167. In quo nos quidem cum Boeckhio p. 108. agnoscimus praeclaram quandam sententiam, qua Philolaus hoc mundi universi corpus animali alicui comparavit eique veluti anhelitum attribuit, quo vires ipsius reficerentur atque recrearentur. Quamquam de his aliter iudicavit Lobeckius Aglaopham. T. II. p. 919. Sed satis haec de infinito Philolai. Pergimus ad finitum, quod ipse plerumque numero multitudinis usus τὰ περαινόντα appellavit, Aristoteles modo τὸ πεπερασμένον, modo τὸ πέρας dixit, ut Metaphys. I, 5. I, 7. III, 1. III, 4. X, 2. Ethic. Nicom. II, 5. Phys. III, 4. Ac simili varietate nominis etiam Plato delectatus est, qui modo τὸ πεπερασμένον, modo τὸ πέρας ἔχον, plerumque autem τὸ πέρας memoravit, sicuti suo loco demonstrabitur.

Facile vero aliquis sibi persuaserit, finitum a Philolao intelligi formam et rationem, quemadmodum infinitum dicatur materia rationis expers atque factioni subiecta. Et fuerunt sane qui ita iudicarent. Nobis tamen ea opinio omnino falsa et inepta videtur. Abhorret enim a ratione Pythagoreorum plurimum. Enimvero quemadmodum hi numeros suos non voluerunt carere materiae concrectione, ita nec Philolao finitum suum intellexit meram formam aut rationem, sed ipsi quoque adiunxit quasi quandam materiam. Persuasimus igitur nobis sic. Voluit ille finitum esse vim naturamque efficientem, quae cum ceteris omnibus formam definitamque rationem impertiretur, tamen ipsa non inanis esset forma, sed concretam sibi haberet vim naturamque eam, quae revera esset; infinitum autem dixit materiam carentem quidem omni qualitate ac ratione definita, sed eiusdem ita capacem, ut tota omnia posset accipere omnibusque modis mutari. Nisi igitur prorsus a vero aberramus, Philolao in eo, quod efficeret, inprimis vim spectavit; in eo autem, quod huic se praeberet, materiam; in utraque tamen voluit esse utrumque, quoniam materia ipsa non potuisset cohaerere, si nulla vi contineretur aut eius capax haberetur, neque vis aliqua esse sine materia. Itaque finitum censuit esse, quod in se esset unum idemque ac sibi semper constaret, eoque ipso hanc vim haberet, ut ceteris afferret certam formam, rationem atque condicionis ac status sui legem, quandoquidem etiam efficiendi vi polleret. Veram esse hanc rei explicationem, ex ipsius Philolai verbis effici posse arbitramur. Censuit enim philosophus, duo illa mundi principia natura sua nec similia esse nec inter se cognata, ideoque nunquam in unum coitura fuisse, nisi id effecissent numerus atque harmonia. Sic enim est apud Stobaeum p. 468: *ἐπεὶ δὲ τε αἱ ἀρχαὶ ὑπάρχον οὐχ ὁμοῖα οὐδ' ὁμόφυλα ἔσσαι, ἤδη ἀδύνατον ἢς ἀν καὶ αὐταῖς κοσμηθῆμεν, εἰ μὴ ἀρμονία ἐπεγένετο, ᾧτινι ἀν τρόπον ἐγένετο κ. τ. λ.*; de quibus verbis disputavit Boeckhiius p. 62 sqq. Quid vero aliud istis significari putabimus, nisi hoc ipsum, quod argumentationi convenientissimum est, numeri vim determinantem natura quasi sponte inesse in eo, quod finitum appellavit? Enimvero numerus et harmonia nihil certe aliud est quam vis illa, qua efficitur, ut, quaecunque sunt infinita, ea, deposita infinitate, finem, terminum, rationem, formam denique nanciscantur. At-

que ex hac ipsa re liquido apparebit, opinor, quidnam tandem sit quod Pythagorei rerum vim naturamque numeris definiendam censuerunt, nec vero hos ab illa se iunxerunt. Id quod certissimo constat Aristotelis testimonio, qui hanc eorum sententiam identidem memoravit, ut *Metaph. I, 5. et 6. XI, 6. XII, 3. Physic. III, 4. ad quae v. Simplic. p. 104. B.* Enimvero quae narrantur nobis de numeris, ea prorsus in finitum illud conveniunt, de quo hactenus disputavimus, ut hinc potissimum rei obscurae lux petenda videatur. Haec igitur sunt duo priora rerum principia, unde Philolao huius mundi ortum explicandum putavit. Statuit enim naturam infinitam et patibilem, quae quum per se rationis et formae lege careret, tamen eam posset accipere; statuit item naturam finitam, quae haberet vim efficiendi; neutram autem ab altera ita removit ac separavit, sicuti quidam voluerunt, ut haec esset mera forma, illa nihil nisi rudis informisque materia formae rationisque ne indole quidem sua ullo modo capax atque particeps. Ceterum qui posteriore aetate hanc illustrandam sibi sumserunt sententiam, si quid statuerint, optime e Sexto Emp. adv. Mathem. X. p. 274—277. disci poterit, qui locus utique dignus est, qui cum hac nostra disputatione comparetur. Quanquam autem Philolao alterum rerum principium natura sua cum altero coire posse arbitratus est, tamen ut ea coniunctio sapienter efficeretur, opus esse iudicavit causam aliquam utroque superiorem, cuius vi illa coniungerentur et inter se tanquam conciliarentur. Quocirca praeter haec duo posuit etiam tertium quoddam, τὸ ἐν, hoc est, unum supremum atque ultimum, τὸ πρῶτον ἐν, ut alii appellaverunt v. Iamblich. ap. Boeckh. p. 150. Archyt. ap. Stob. I. p. 714. Syrian. ad Aristot. *Metaph. XIII. p. 102. B. coll. Boeckh. l. c. p. 54 et 147 sqq. Ritter. Hist. Philos. I. p. 398 sqq. Brandis. Mus. Rhen. a. 1829. p. 230.* Quod si quaerimus quale intelligatur, non est profecto aliud quiddam, nisi numen divinum, in quo cernitur tanquam fons ac principium omnis generatae οὐσίας et finiti atque infiniti primitiva consociatio. v. Philol. ap. Boeckh. p. 151. Hoc vero unum supremum atque ultimum tanquam centrum quoddam in medio totius rerum universitatis collocatum vim suam mirificam in omnes mundi partes quaquaversum diffundit et emittit, ut pro vi vitali totius universi haberi

debeat. v. Lactant. De Fals. Relig. I, 5. Cyrill. c. Iulian. I. p. 39. Nimirum numen illud divinum Philolaus nondum videtur discrevisse ab anima mundana: quod primum ita factum esse a Platone, docere conati sumus Proleg. ad Tim. p. 48 sqq. inprimis p. 54 sqq. Quoniam autem secundum eius sententiam in eo fons ac principium omnis generationis rerum cernitur, propterea Syrianus ad Metaphys. XIII. p. 102. A. B. Philolaum narrat Deum iudicasse finem et infinitatem constituisse. Syriani verba Graece retulit ex Commentar. in libr. XIV. Metaphys. in Brandisius De perditis Aristot. libris de ideis et bono p. 36: *ὅλως δὲ οὐδὲ ἀπὸ τῶν ὡσανεὶ ἀντικειμένων οἱ ἄνδρες ἤρχοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν δύο στοιχείων τὸ ἐπέκεινα ἤδεσαν, ὡς μαρτυρεῖ Φιλόλαος, τὸν θεὸν λέγων πέρας καὶ ἀπειρίαν ὑποστήσαι, κ. τ. λ.* Unde Proclus Theol. Plat. III, 7. p. 137. *θεὸν vocat πέρας καὶ ἀπειρίας ὑποστάτην.* conf. Boeckh. Philol. p. 53 sqq. et Brandis. Histor. Philos. I. p. 483.

Atque haec quidem sunt mundi principia secundum Philolaum. Cuius opinionibus Plato ita usus est, ut eas ad explicandum illustrandumque omnium rerum generatarum ortum naturamque traducendas putaverit. Et in Philebo quidem inde etiam optimae vitae rationes repetiit atque indolem naturamque earum rerum, quae ad eam requirentur, illustravit atque explicuit.

Nec vero Plato in his principiis informandis iudicandisque multum a Philolai sententia videtur recessisse, modo illud diligenter teneamus, Pythagoreum omnia retulisse ad mundi ortum, Platonem autem eadem generatim traduxisse ad ea omnia, quae quum in rerum natura, tum in vita hominum ceterarumque animalium orta essent. Et infinita quidem ab ipso p. 25. C. dicuntur, in quibus cernatur perpetua qualitatis et quantitatis vicissitudo, neque certus aliquis modus aut definita ratio locum habeat. Quod nemo est quin videat, quam egregie conveniat cum sententia Philolai de mundi originibus disputantis. Deinde finem ac terminum, sive τὸ πέρας, esse vult ὅποσα παύει πρὸς ἀλλήλα τέναντια διαφόρως ἔχοντα. Quod item a Pythagorei ratione nihil omnino discrepat, praesertim quum nec Plato de nuda rerum forma et ratione cogitaverit: alioquin enim fieri non potuisset, ut in ea, quae sequitur, sermonis parte mentem ac sapientiam huic potissimum generi ac-

censendam arbitretur. Iam vero ex hoc utroque genere fecit tertium, τὸ ξυμμεμιγμένον, quod omne id, quod ortum esset atque generatum, complecti voluit, sive τὴν μικτὴν καὶ γεγεννημένην οὐσίαν. v. p. 26. A. sqq. Hoc vero etsi de suo addidisse videri potest, tamen, si rem perpenderit accuratius, nec apud Philolaum illud desiderabis. Nam hic quod censuit, omnem rerum naturam ex infiniti et finiti coniunctione originem habuisse, certe nihil aliud voluit, quam hanc ipsam esse τὸ ξυμμεμιγμένον, sive id, quod ex finito et infinito esset commixtum. Denique Plato his omnibus tanquam ultimam causam praefecit τὸ αἴτιον. Quod facile apparet prorsus convenire cum uno illo primario Philolai. Verum tamen magnopere hic cavendum est, ne Platonem quoque existimemus de Deo tantum cogitavisse. Imo ille in hac doctrinae suae parte a Philolao discessit longissime. Nam sapienti consilio in locum τοῦ ἐνός substituit τὸ αἴτιον, ideoque intelligi voluit causam tanquam generatricem, unde cuiusque rei ortae natura atque perfectio repetenda esset. Nimirum τὸ αἴτιον illud suum multo latius patere voluit. Complexus enim eo vocabulo est et ideam boni, quae tanquam aliqua moderatrix causa perfectionis rerum omnis existeret, et mentem humanam significavit, quae esset illius ideae propterea particeps, quod ex summa mente atque ratione divina tanquam emanavisset, et vero etiam mentem rationemque divinam appellavit tanquam summam et extremam quum humanae mentis ac rationis tum idearum inprimisque etiam ideae boni fontem et originem. Quocirca τὸ αἴτιον pro rerum, de quibus agitur, diversitate etiam diverso sensu accipi voluit, quandoquidem illud omnino iudicavit esse τὸ ποιοῦν et τὸ δημιουργοῦν, sive τὴν μίξεως καὶ γενέσεως αἰτίαν, ut est p. 27. A. B. C. Nam ubi de omni rerum universitate disputatur, dubium non est, quin de numine divino cogitari debeat, hoc est de perfecta ratione; v. Tim. p. 27. D. ibique ann. p. 28. C. Legg. X. p. 904. Phileb. p. 28. C. D. Ubi autem de aliis rebus exponitur, non statim de ipso numine divino cogitari oportet, sed sufficit ideam boni aut mentem humanam intelligere, quae quoniam ex ipso Deo duxit originem, ubi exercet quasi imperium quoddam, ut in moderanda vita humana, item pro causa perfectionis atque absolutionis omnis haberi potest. Atque hoc quidem ut diligenter teneatur, plurimum pro-

fecto refert ad Philebum recte intelligendum et interpretandum, sicuti suo loco videbimus. Nunc enim tempus est redire ad ipsius Platonis disputationem. Absoluta igitur de summis rerum principiis quaestione p. 27. C. et sqq. Socrates, Age vero, inquit, transferamus haec ad praesentem de voluptatis et scientiae pretio ac dignitate disquisitionem. Iudicavimus vero antea, vitam eam, quae omnis praestantiae laudem habitura esset, conflam esse oportere e voluptate et intelligentia. Talem autem vitam apparet ad tertium illud pertinere genus, quod e finito et infinito iam vidimus esse mixtum. Quod quum positum sit extra omnem dubitationem, statim considerare licebit eam quoque vitam, quae aut e sola voluptate aut e sola sapientia et intelligentia constet. Et voluptatem quidem atque dolorem non est dubium, quin referre debeamus ad infinitum. Carent enim modo ac termino, neque intra certos quosdam fines continentur. De intelligentia autem, scientia, mente et ratione denique, sic statuendum videtur, ut eam longe praestantius quiddam esse existimemus. Est enim mens atque ratio regina coeli ac terrae (*νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς*), siquidem recte iudicamus hanc rerum universitatem non casus et fortunae temeritate, sed ratione ac sapientia regi et gubernari. Ex quo intelligi debet, quid de mente ac sapientia humana existimandum sit. Nam quemadmodum aqua, ignis, cetera, quae in his corporibus nostris cernimus, ab igne, aqua, aëre, ceteris elementis totius universi, tanquam alitur ac sustentatur, quippe quum haec sint longe praestantissima, illa autem debiliora ac viliora: ita etiam animus noster atque mens fieri non potest quin ex mente mundana tanquam haustus sit ac delibatus, quandoquidem credi par est, eadem finiti et infiniti et mixti et causae genera etiam in rerum universitate eorum, quae sunt longe praestantissima, naturam procreavisse atque perfecisse (p. 27. C—30 C.). Iam vero sapientia atque ratio non possunt esse sine animo. Itaque in Jovis natura inesse arbitramur regium animum regiamque rationem, propter vim causae et efficientiae; in aliis autem alia dicemus pulchra inesse. Atque ex his omnibus apparet evidentissime, mentem et rationem affinem esse generi causae, quod posuimus (p. 30. D E.). Ita igitur velut imprudentes reperimus id, de quo quaerebatur, quandoquidem ratio cuiusnam generis sit et quam vim habeat, certissime iam

apparuit. Voluptatem autem dudum intelleximus et ipsam esse infinitam et ad genus infiniti referri oportere (p. 31. A. B.).

Haec omnia, quae de scientiae et mentis pariter atque voluptatis genere exposita sunt, quorsum referri debeant, videmur iam in superioribus non obscure significavisse. Pertinent enim sine dubio eo, ut τὸ ἐν, h. e. summum genus cuiusque ostendatur, quod ipsum Socrates antea iudicavit ad omnem disputationem, quae cum ratione suscipiatur, plane esse necessarium. Sapientissime autem Plato, dum summa mentis et voluptatis genera indagavit, etiam summa rerum omnium principia constituit. Qua ratione perfecto id est consequutus, ut vitae hominum moralis causas et rationes ad rerum omnium origines referre ultimamque omnis vitae bonitatis causam ostendere et indicare posset. Nam summum atque extremum illius fontem apparet denique in ipso numine divino inesse iudicari, quandoquidem toti rerum universitati tanquam ultima causa praesae dicitur summa et perfecta ratio, hoc est, ipse Deus.

Hinc igitur proficiscitur quidquid vitam hominum sapienter regere et moderari eamque totam ad verae beatitudinis rationem componere possit, hoc est, mens et ratio humana, atque optimae vitae idea, cuius mens humana ideo capax est atque particeps, quia divinam habet originem. Nam mentem humanam aperte significat mentis divinae tanquam esse quandam particulam. Quae sententia apud Xenophontem Mem. I, 4, 8. etiam Socrati tribuitur. Sed ante hunc eandem defenderat iam Pythagoras. Is enim teste Diogene Laert. VIII, 28. docebat, εἶναι τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος (h. e. animae mundanae) — ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτήν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀψὺ οὐ ἀπέσπασται ἀθάνατόν ἐστιν. Quod ipsum etiam Ciceronis confirmatur auctoritate. Scribit enim De Nat. Deor. I, 11. haec: Nam Pythagoras, qui censuit animum esse per naturam rerum intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi et laccerari deum; et Caton. Mai. c. 21: Audiebam Pythagoram Pythagoreosque omnes — nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus; conf. etiam Proclus Theol. Platon. p. 92. Iam vero menti humanae hanc

ipsam ob causam, quod ex communi rerum omnium causa manaverit, vitae humanae regendae moderandaeque potestas attribuitur atque adeo causae dignitas vindicatur. Haec igitur de uno sive summo genere, cui voluptas et mens cum sapientia subiicienda sit.

Mireris vero hoc loco utique, unam mentem et rationem examinari et ad causae genus referri, nullam autem iniectam esse mentionem scientiae et artium atque disciplinarum, quae tamen postea, sicuti suo loco videbimus, in honorum recensione claris verbis commemorantur. Quamobrem facile aliquis suspicetur, aut ab ipso Platone partem quaestionis gravissimam temere hic praetermissam esse, aut intercisisse quaedam, quae ad hunc locum explanandum pertinuerint. Neutrum tamen adducimur ut recte statui credamus. Imo consulto arbitramur a Platone haec nunc silentio praetermissa esse, quandoquidem, quid de artibus ac disciplinis indicari oporteret, suo loco sponte intellectum iri existimavit; nunc autem id potissimum effici voluit, ut quanto intervallo voluptas a mente et ratione distaret, quam clarissime demonstraretur. Accedit quod paullo post, ubi de voluptatibus ex artibus ac disciplinis redundantibus deque earum variis generibus explicatur, simul quid de earum dignitate statuendum sit quodammodo ostenditur. Sed nolumus hoc argumentum nunc persequi, quandoquidem infra, ubi de bonorum recensu atque ordine dicemus, ad illud revertendum erit.

Cap. V.

Exquiruntur τὰ πολλὰ, sive formae voluptatis, eaeque ducuntur ex ipsa voluptatis natura. Explicatur quid sit *μνήμη*, *αἰσθησις* et *ἀνάμνησις*. Cupiditatis natura illustratur. Ostenditur, quid sit *opinio* s. *δόξα*, et *phantasia*.

Veniamus nunc ad ea, quae inde a p. 31. B. disseruntur. Etenim generibus voluptatis atque mentis investigatis philosophus faciendum putavit, ut etiam formas et partes utriusque subtilius perquireret ac τὰ πολλὰ indagaret. Nam hoc quoque ad iustam subtilemque rei disputationem necessarium esse, in superioribus abunde demonstratum est.

Primum igitur voluptatis variae formae atque species eruuntur. Sed priusquam id inchoatur, quaeritur ante omnia de eius sede quasi ac domicilio p. 31. B. C. Quo loco ostenditur, ortum ac generationem voluptatis pariter atque doloris non esse nisi in tertio quaerendum genere, quod mixti sive τοῦ κοινού nomine appellatum est. Quod etsi primo aspectu mirum potest videri, quandoquidem paullo ante voluptatem ad τὸ ἄπειρον pertinere docebatur, tamen re accurate perpensa nihil habebit, in quo recte haereamus. Etenim diligenter quaestio antea de genere voluptatis instituta distinguenda est ab ea, quae nunc de singulis eius formis suscipitur. Nam genus quidem eius referri utique potuit ad summa rerum principia; sed alia formarum ratio est. Hae enim non aliter possunt declarari nisi sic, ut ostendatur, ubinam et quomodo voluptas et dolor oriatur. Cernuntur enim eae in ipsa vitae veritate, hoc est ἐν τῇ γεγενημένῃ οὐσίᾳ, quae ipsa tertio illo genere, quod mixtum sive commune a Platone dicitur, unice continetur. Itaque facile apparet, sapientissime philosophum voluptatis atque doloris sedem ad tertium rerum genus retulisse, neque hac in re ipsum secum pugnare dicendum esse.

His vero ita fixis atque stabilitis inde a p. 31. D. usque ad p. 55. C. voluptatis vis et natura tam subtiliter perquiritur, ut quae sint variae eius species atque formae exponatur diligentissime. Docetur enim voluptates vel corporis vel animi esse: de his vero posterioribus, quia maxime idoneae sint ad aperiendam omnem voluptatis indolem, explicatur deinde uberius. Discernuntur igitur voluptates purae et impurae, verae et falsae, bonae et malae, omninoque pretium atque dignitas voluptatis omnis diligentissime aestimatur. In qua quidem disputationis parte haud scio an verisimiliter suspicari liceat, Platonem aliorum opiniones ob oculos habuisse, qui eundem philosophiae locum tractassent, easque vel emendasse vel refutasse, vel etiam cum sua ipsius sententia conciliavisse. Quod ut coniciamus, vel disputationis amplitudo facit, quae vereor ut tanta futura esset, nisi philosophus ob oculos habuisset, quorum sententias impugnaret aut corrigeret. Et Antisthenis quidem opiniones quasdam attingi suo loco videbimus. Sed fieri potest, ut etiam Aristippi placita respiciantur, qui omnia referebat ad τὰ πάθη, adeoque

affectiones atque visa pro veri norma et regula habebat, quatenus cum iis vel dolor vel voluptas consociaretur; v. Sext. Emp. VII, 99. et quos laudavimus Prolegg. ad Theaet. p. 7 sq. Et certe p. 53. C. ad illam sententiam eius respici arbitramur, qua voluptatem volebat motu contineri. Ac si quid veri subest rumori a scriptoribus veteribus propagato, Platonem in hoc opere usum esse Democriteis, habemus sane cur suspicemur, id in hac potissimum libri parte ab eo factum esse. Verum ultro tamen fatemur meram hanc esse coniecturam, quam non aegre feremus si qui reiciendam esse censeant. Illud tamen utique tenendum arbitramur, philosophum etiam in hac libri sui parte aequalium de his rebus opiniones respexisse.

Declaratur vero ante omnia voluptatis et doloris causa atque origo. Nam harmonia illa, quae causae genere in mixto efficitur, ubi in animantium natura turbatur aut solvitur, ibi dicuntur oriri dolores; ubi autem ea restituitur et in sedem tanquam suam revertitur, locum habere iudicatur voluptas. Illustratur id subtilissime ex fame, siti, aliisque similibus affectionibus; v. p. 31. D. — 32. B. Neque aliter Plato rem explicavit De Republ. IX. p. 581. E sqq. 585. A. Tim. p. 64. A sqq. quamquam postremo loco magis *φυσιολογικῶς* disputavit. Similiter etiam Stoici statuerunt, de quibus Cicero Tusc. III, 25. Verumtamen ea descriptio ad corporis potissimum affectiones pertinet. Quamobrem inde a p. 32. C. id agitur, ut etiam de animi dolore ac voluptate disseratur. Quo quidem in genere quia utriusque natura sincerissima emergat, Socrates inde arbitratur facillime intellectum iri, sintne universae voluptates expetendae necne, ideoque statuit hunc potissimum locum quam accuratissime pervestigari oportere. Igitur eum illustraturus sic fere disputare instituit.

Plurimum, inquit, hic quaesivisse iuvabit, quinam sit status et condicio animantium, priusquam vel dolorem vel voluptatem percipiunt. Quam rem considerantibus nobis diligentius facile apparebit, ea tum vacare omni vel voluptatis vel doloris sensu. Quod quidem animadvertisse, dici non potest, quantum momenti faciat ad rectum de voluptatis natura iudicium. Etenim qui vitam sapientiae dicatam beatissimam esse arbitrantur, eos novimus ita velle vitam degere, ut neque gaudeant

neque doleant; quandoquidem antea in vitarum comparatione (p. 20. E sqq.) intelleximus eos nullo modo laetari oportere, qui hoc vitae genus pro optimo ac praestantissimo ducant. Est autem haec vita vere divina iudicanda, siquidem deos consentaneum est nec laetari unquam neque contristari. Verum de his alio loco, si qua opus fuerit. Nunc satis erit hoc verbo attigisse; nam vel sic valebit eo, ut rationi ac sapientiae, si non primarius, at saltem secundarius locus in vitarum iudicio vindicandus videatur. Revertamur ad alterum illud genus voluptatum, quod in animo situm esse iudicabamus. Oritur vero illud ex una maxime memoria. Quod ita perspicietur facillime, si ante omnia, quid sit memoria (*μνήμη*) atque perceptio (*αἰσθησις*), explicatum fuerit. Duplices igitur sunt corporis nostri affectiones. Aliae enim in ipso corpore veluti extinguuntur, priusquam ad animum perveniant; aliae meant per utrumque, et motum aliquem excitant utrique aut proprium aut communem. Quodsi igitur animus per eas non tangitur et afficitur, dicitur *ἀναισθησία*; sin ille una afficitur, *αἰσθησις* sive perceptio locum habet. Et huius quidem conservatio vocatur memoria sive *μνήμη*. A qua differt recordatio sive *ἀνάμνησις*, quam scholae consuetudo reminiscantiam appellare solet; nam recordatio est, quum animus ea, quae aliquando cum corpore sensit communiter, per se solus repetit. Quamquam memoriae nomen etiam usurpare solemus, quum animus memoriam vel visi alicuius vel cognitionis aliquando amissam tanquam renovat et instaurat. Haec igitur Socrates de animi facultatibus, quae ad voluptates ipsi proprias necessariae sint. Quibuscum non poenitebit contulisse, quae de eodem fere argumento disseruntur in Timaeo p. 42. A. sqq. 43. B. C. D. E. p. 64. A. sqq. ubi de origine et causis *τῆς αἰσθησεως* explicatur copiosius, conf. etiam Tennemann. System. Philos. Plat. T. III. p. 51 sqq. Nec lectu indigna sunt, quae de sensu et memoria disputavit Plotinus Enneadis quartae libr. VI. p. 836. T. II. ed. Creuzer. Sed quo clarius appareat, quanam sit animi voluptas, Socrates praeterea etiam cupiditatis naturam cognoscendam esse ait. Sita autem secundum eius sententiam cupiditas non in corpore est, sed in animo, habetque locum tum, quum exorto aliquo vacuitatis sensu desideramus expletionem. Quod quidem ita

feri censet, ut memoriae ope et auxilio animo tanquam attingamus id, quod expletionem efficere possit, ipsamque expletionem recordemur. Quae res etiam in Timaeo p. 42. A. sqq. in disceptationem vocatur, ita quidem, ut cupiditatis cum voluptate atque dolore multiplex coniunctio ac necessitudo demonstretur. Pythagoreorum de eadem re opiniones quasdam retulit Stobaeus Eclogg. Eth. p. 132. et Jamblich. De Vit. Pythag. §. 205. quos locos in Commentariis descriptos dedimus. Ex his vero Socrates colligit etiam in cupiditatibus istis animi quasi imperium quoddam cerni, quippe quo uno efficiatur, ut desideratae conditionis vel affectionis memoriam repetere illamque ipsam desiderare et optare possimus.

Ex his ipsis autem colligitur deinceps, eiusmodi voluptates haudquaquam puras esse, quippe quae ex molesto indigentiae sensu et iucunda praeteriti alicuius status recordatione oriuntur. Quem locum Plato etiam in Gorgia p. 496. A. — 497. A. attingit; ubi cupiditatem ostendit semper cum molestia quadam esse coniunctam. Demonstratur autem res ita, ut variae affectiones considerentur, quae iis, quibus talia accidunt, propriae esse possint. Nam primum quidem, inquit Socrates, accidere potest, ut in eo statu versemur, qui medius est inter expletionem et vacuitatem. Quod si sit, voluptatem et dolorem uno eodemque tempore percipimus. Nam quum iniucunda aliqua vacuitatis affectione cruciamur, recordamur autem perceptae olim iucunditatis illi contrariae, ita ut cruciari quidem desinamus, nec tamen expleamur: tum vero gaudemus quidem, sperantes fore ut repleamur, sed iidem etiam dolemus, quoniam vacuitatis sensus affert molestiam. Sed fieri etiam potest, ut duplici afficiamur dolore. Quod ita fit, quum de futura expletionem prorsus desperamus, etiamsi iucundorum reminiscamur. Tum enim et corpore cruciamur et animo concipimus tristitiam. Ita igitur apparet istiusmodi voluptates haudquaquam puras esse, sed mixtas semperque cum aliquo doloris sensu consociatas. v. p. 34. C. — 36. B.

Iam vero iis, quae hactenus exposita sunt, utamur sic, ut etiam exploremus, eaeque sint falsae voluptates falsique dolores. Quae quidem quaestio etsi mira videri alicui poterit reputanti, voluptates et dolores natura sua nunquam non esse, tamen res non indigna videtur, quae diligentius consideretur. Habent enim falsae vo-

luptates atque dolores locum, quando opinamur gaudere nos aut dolere, quum tamen nihil sit, cur gaudeamus vel doleamus. Cuius rei causa posita est in falsis opinionibus, quas saepe dolores ac voluptates consequuntur. Quippe oriuntur opiniones e perceptione et memoria. Nam primum quidem ad eas requiritur sensuum perceptio, quae prouti comparata est, ita etiam variae ac diversae gignuntur opiniones. Cum hac vero deinde sese tanquam consociat memoria inscribitque in animis nostris orationes sive iudicia. Haec igitur si perscripserit vera, nascitur vera opinio et vera oratio; sin aliter, falsae opiniones et falsa iudicia oriuntur. Huc accedit etiam alia animi nostri facultas, quae visorum atque iudiciorum tanquam imagines in animis nostris consignat ac depingit, phantasia. Illae imagines autem item possunt esse verae aut falsae; et quum non modo praesentia ac praeterita, verum etiam futura referant, spem quoque efficiunt, cuius per totam vitam pleni esse solemus, quaeque prouti quis aut carus Deo est, aut contra, rata fieri solet, quandoquidem omnia, quae speramus, per deorum gratiam et favorem accipimus. Ita igitur et opiniones et spes vanae atque inanes esse possunt. Atque hinc efficitur, ut etiam falsa gaudia falsasque voluptates reperiri concedendum sit. Nam etiamsi revera laetitia alicuius sensu repleti simus, tamen ubi falsa opinamur aut temeraria speramus, fieri non potest, quin de rebus vanis laetemur ideoque falsam voluptatem, hoc est eam, quae vana et inanis sit, percipiamus.

Haec igitur Socrates usque ad pag. 41. A. Quae profecto negari non potest acutissime esse disputata. Inprimis vero digna sunt animadversione, quae de falsae opinionis origine et causis disseruntur. Quae qui diligenter contenderit cum copiosissima illa disputatione in Theaeteto p. 187. B. sqq. de eadem re instituta, is vix poterit dubitare, quin totus hic locus Philebi sicuti inde lucem quandam nanciscitur, ita vicissim illi illustrandae inserviat. Nam illa quemadmodum multo sunt uberiora et subtiliora, ita Philebi locus, quae illic serio disputata sint quaeque ludibrii causa posita, clarissime patefacit; quin etiam quaedam habet, quae ibi praetermissa sunt, veluti quae de phantasia et falsae spei originibus exponuntur. Unde rursus coniectura nostra confirmatur non mediocriter, quam supra de tempore, quo

Philebus scriptus sit, ac de loco, quem inter scripta Platonis teneat, prodere non dubitavimus. Ceterum de opinionis natura atque caussis Plato etiam aliis libris exposuit, ut Menon. p. 97. A. B. Sympos. p. 200. A. Reipubl. VI. p. 596. C. sqq. et *φυσιολογικῶς* Tim. p. 37. B. sqq.; quae qui rimati fuerint diligentius, ea facile reperient cum iis, quae hoc loco disputata leguntur, planissime conspirare. Sed progrediamur ad proxima. Nam aliud quoque genus falsarum voluptatum reperiri a Socrate docetur. Qui sic fere argumentari pergit.

Non modo, inquit, ex falsis opinionibus falsae nascuntur voluptates: aliam quoque earum originem demonstrasse iuvabit. Nam ubi cupiditates oriuntur affectionum contrariarum iis, quibus corpus nunc ipsum movetur, iuxta se veluti ponuntur molestiae sensus atque gaudia. Utrisque autem commune hoc est, quod natura sua sunt infinita atque id, quod plus minusve est (*τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον*), in se recipiunt. Quid igitur? Quo tandem modo iudicare poterimus, quamnam propriam sibi habeant magnitudinem? Nimirum ita aliae voluptates videbuntur maiores, aliae minores esse quam vera sunt; eoque eveniet, ut pars certe earum pro falsa habenda sit. Hic igitur alius est fons falsitatis uberrimus; unde nemo negabit plurimas fraudes erroresque in iudicandis voluptatibus proficisci. v. p. 41. B — 42. C.

Sed tertium quoque demonstrari potest falsae voluptatis principium. Etenim corpus nostrum ubi in neutram movetur partem, ut nec vacuefactum expleatur, nec expletum vacuefiat, prorsus necesse est nec dolor nec voluptas existat. Etsi enim sapientes recte iudicant omnia perpetuo sursum deorsum agitari, nullum ut unquam tempus sit, quin corpus nostrum aliquo modo afficiatur, tamen animantes haudquaquam sentiunt omnia, quae ipsis accidunt; unde fit, ut inscientes crescamus, senescamus, et quae sunt id genus alia. Quocirca magnas quidem mutationes sentire solemus, indeque aut molestiam aut laetitiam percipimus; modicas autem vel exiguas atque parvas plerumque non sentimus. Quum autem ex his consequatur, triplicem esse statum in quo versari possimus, ut aut voluptatem sentiamus, aut dolorem percipiamus, aut omni iucundi vel iniucundi sensu vacui simus, tamen reperiuntur qui doloris vacuitatem pro summa voluptate ducant. Enimvero tollunt illi omnino voluptatem, siquidem eam in se nullam esse

cessent, verum una amotione doloris contineri volunt. Apparet igitur hic aliud rursus genus falsae voluptatis emergere. Nam habent illi pro voluptate, quae, si rem accuratius aestimes, nihil est aliud quam doloris vacuitas et absentia. v. p. 42. C. — 43. D.

Videmus igitur hoc loco genus quoddam falsae voluptatis ita demonstrari, ut simul refutetur eorum sententia, qui voluptates volebant nihil esse aliud, quam fines dolorum. Qui quidem Antisthenes eiusque assectatores fuisse videntur. Quod quum ex egregia eorum descriptione p. 41. C et D. colligi liceat, ubi iis inter alia *δυσχέρεια τις φύσεως οὐκ ἀγεννοῦς* attribuitur, tum etiam ex veterum scriptorum quibusdam testimoniis intelligitur, de quibus ann. ad p. 43. D. exposuimus. Iam vero hoc ipso illorum iudicio, quo voluptatem mirifice deprimebant et verò propemodum totam tollebant, Socrates ita utendum ait, ut, quid de eius vi ac natura porro sit statuendum, eorum exemplo severius exquiratur; quod quidem fit inde a p. 44. E. quo loco primum ostenditur, praeterquam quod multae voluptates opinatae sint, etiam reperiri tales, quae quum magnae multaeque videantur, tamen commixtae sint cum doloribus et dolorum maximorum vacuitatibus ex corporis animique angoribus ortorum. Hoc enim universae isti disputationi propositum esse, Socrates ipse p. 51. A. significat. Redit vero summa eorum, quae ibi disseruntur, fere huc.

Quenam sit vis et natura voluptatis, id evidentissime appariturum esse videtur in voluptatibus iis, quae sunt omnium maximae atque vehementissimae. Quae si quaerimus utrum sanis ac bene valentibus an aegrotantibus propriae sint, responsio in promptu est. Sunt enim voluptates tanto maiores tantoque vehementiores, quo maior est vis cupiditatis eas antecedentis. Veluti qui feбри laborant aut morbis similibus, ii magis sitiunt, esuriunt, frigent, quam alii, qui recta utuntur valetudine; sed iidem etiam maiore premuntur indigentia, ideoque si animi desiderium expletur, maiores vehementioresque sentiunt voluptates. Pariter etiam in vita lubrica, luxuriosa, dissoluta, multo maiores percipiuntur iucunditates, quam in vita temperanti, cui illud ne quid nimis semper modum praescribit. Ex quibus omnibus liquido apparet vehementissimas quasque voluptates quadam animi pariter atque corporis pravitate vel

corruptione existere, ut in eas bonitatis laus haudquam convenire existimanda sit. Sed ex his ipsis quasdam accuratius consideravisse iuvabit, quo magis intelligatur, misceri eas omnes et confundi cum doloribus, quantumvis magnae vehementesque videantur. Est autem voluptatum mixtarum, de quibus nunc agitur, triplex ratio, quandoquidem vel in animo, vel in corpore, vel in utroque simul cernuntur. Etenim in corpore eae sunt conspicuae, quum frigentes rursus calescimus, quum scabie laborantes titillamur, et si quae sunt id genus alia. Quae certe dolore non sunt immunes. In animo autem et corpore una reperiuntur, quam, sicuti antea dictum est, exhausti et vacuefacti expectamus repletionem; denique in uno animo insunt, quum iracundia, timore, invidia, aemulatione, aliis denique affectionibus movemur. Quae quum sint aegritudines, etiamsi summam habeant incunditates, tamen doloris accessione nunquam carent. Sic etiam tragica spectacula incundos simul atque iniucundos afferunt sensus, quandoquidem laetantes simul tristitia ac moerore afficimur atque lacrimas effundimus. Quid quod ipsi comoediae quoque doloris et voluptatis commixtio attribuenda est. Comico enim poetarum spectantes fabulas gaudemus aliorum, quibus bene cupere debebamus, vitii et erroribus malignitate quadam et invidia (*Schadenfreude*) repleti. Ea autem quoniam est animi quaedam aegritudo, fieri non potest, quin etiam molestiae sensum tanquam comitem habeat *). Omnino vero universa vitae humanae fabula semper dolores cum voluptatibus commixtos habet. Atque ex his omnibus apparebit, tam corpus et animum per se solum, quam utrumque communiter voluptatibus repleri solere nunquam non cum doloribus consociatis.

Haec igitur Socrates usque ad p. 50. D. Quae nemo est quin videat eo pertinere, ut quae antea de mixtis falsisque voluptatibus disputata sunt, ea tanquam

*) Uterius de hoc loco sanequam memorabili ad p. 48. B. exposuimus. Schleiermacherus Praef. p. 135: Die scharfsinnige Art, wie erklärt wird, was uns bei der Tragödie und Komödie begegnet, bezieht sich auf seinen (Platons) gewiss damals bekannten Widerwillen gegen diese Dichtungsarten, nur nicht als ob die Bücher vom Staate schon früher niedergeschrieben worden und hier sollten vertheidigt werden.

consummentur atque penitus absolvantur. Etenim demonstratum nunc etiam hoc est, voluptates easque maximas, quae in mixtis numerandae sint, nunquam carere doloris societate, ideoque non posse simpliciter bonas appellari, quandoquidem dolor pro malo habendus sit.

Acceditur tandem ad exquirendas voluptates puras, hoc est eas, quae simplices sunt et in quibus boni natura iudicatur maxime conspicua esse. De quibus inde a p. 50. E. disceptatur. Hic vero Socrates: Nunc quidem video, inquit, sententiam meam antea proditam aliqua ex parte retractandam esse. Neque enim iis, qui voluptatem doloris cessationem esse volunt, iam fidem habeo; sed, ut dixi, eorum tanquam utor testimonio, ut evincam esse voluptates nonnullas opinatas, multas item reperiri, quae coniunctae sint cum doloribus et dolorum cessatione. Quocirca Plato illos utique veri quiddam vidisse largitur, qui voluptatem in dolorum vacuitate posuerint; cogitasse enim eos de falsis atque mixtis voluptatibus: sed eosdem oblitos esse significat voluptatis purae et intaminatae, de qua aliter statui oporteat. His vero expositis verarum voluptatum indicantur fontes. Alterum enim genus earum referri dicitur ad res sensuum perceptioni subiectas; alterum revocatur ad artium et litterarum studium atque sapientiam. Disputat autem Socrates de loco gravissimo in hunc fere modum. Verae voluptates, inquit, hauriuntur ex coloribus ac formis, ex maxima parte suavium odorum, e sonis, aliisque id genus rebus, quae, quum vacuitatis molestiam afferant nullam, expletiones tamen efficiunt gratas, suaves, incundas. Nec vero eos colores, formas, odores, sonos, huc referre debemus, qui sensus titillent nostros semperque ad aliud quid comparati pro pulcris habeantur: sed qui habeant quandam simplicitatem, aequabilitatem, constantiam, ut menti et animo tanquam certum aliquod praebeant cognitionis pabulum. Enimvero ab his facillime ad ipsas ideas ascenditur, sicut in Sympos. p. 210. B. sq. edocemur. Sed de toto hoc loco v. Commentar. p. 51. B. sqq. ubi singula fusius illustravimus, locis Reipublicae atque Timaei quibusdam usi.

His autem adiiciendae sunt (sic enim Socrates pergit disputare) voluptates ex artium ac disciplinarum studio redundantes. Habent enim eae iniucundam discendi

situm adiunctam nullam. Sed paucissimi profecto earum fiunt participes. v. p. 50. E. — 52. B.

Quod enim Socrates in Phaedone ait, ubi de philosophiae studio disputat, multos esse thyrsgeros, paucos Bacchos et verae sapientiae spiritu afflatos *), idem etiam de litterarum studio affirmare licet, quod sane pauci sunt qui ita tractent, ut animos erigant ad altiora et a vilissimarum rerum cupiditate ad sublimiorum et excelsiorum rerum cogitationem convertant. Hinc alios videre licet turpi inhiare lucro; alios inservire gloriae cupiditati; alios novarum rerum studio tanquam mancipatos esse; alios curiose in rerum minutarum quaestionibus versari; plerosque denique omnes in singularum, mutabilium, caducarum rerum subsistere perscrutatione, quae animum non evehant, sed potius deprimant; non alant, sed macerent; non aeternitatis suae et immortalitatis commonefaciant, sed ad humilitatem vitae quotidianae detrahant. Talem studiorum rationem quemadmodum sapientissimi quique semper tanquam detestabilem abominati sunt, ita fieri non potuit, quin contemneret ac despiceret etiam excelsus Platonis animus. Qui quidem pervidit rectissime, litterarum studia ita demum veram limpidaeque afferre voluptatem, si a singulis ad universalia, a mutabilibus ad constantia et perpetua, a perituris ad immortalia et sempiterna evehatur animus. Quod qua ratione fiat, plenissime edocemur quum loco illo pulcherrimo Symposii p. 210. B. sqq. tum libro VI. Reip. p. 485. A. sqq. VII p. 521. D. sqq. ubi quae exponuntur, ea dici non potest quantum lucis huic ipsi Philebi loco affundant. Sed redeamus in viam atque porro audiamus Socratem de argumento gravissimo disputantem. Is igitur sic fere pergit disserere.

Discrevimus tandem, inquit, voluptates puras atque impuras. Sequitur ut etiam aliud voluptatum discrimen illustrandum sit. Sunt enim aliae earum vehementiores; aliae leniores et moderatiores. Et illis quidem intemperantiam, his moderationem atque temperantiam recte tribuemus. Magnopere tamen cavendum est, ne quas existimemus ad genus finiti pertinere. Nam magnitudinem earum et graduum vicissitudinem in iis conspicuam si spectamus, omnes omnino ad infiniti genus referendae

*) V. p. 69. C.

sunt; quamquam quae sunt leniores, eae in moderatioribus numerari debent. v. p. 52. C—D. Praeterea etiam aliud quid in iis spectandum videtur. Quaerendum est enim: quidnam in iis insit veritatis? Valet autem ad veritatem unice hoc, ut quid purum sit atque sincerum, non item illud, ut sit vehemens, multum, magnum, amplum. Veluti album ut est sincerissimum, ita etiam verissimum esse solet, neque quidquam interest, num multum sit, an exiguum atque parvum. Quocirca unaquaeque voluptas tanto propius accedet ad veritatem, quanto erit purior et a dolorum communione liberior. Ex quibus sponte apparebit, quatenus voluptati omnino veritas tribuenda sit. v. 52. E — 53. B.

Iam vero voluptas nec eius, quod revera est, habet constantiam, sed perpetuo continetur motu, quemadmodum illi ipsi censent, qui eius amici sunt *). Unde rursus licebit intelligi, quid de eius dignitate existimandum sit. Discernuntur enim in rerum natura *γένεσις* et *οὐσία*, generatio et essentia. Ex his *γένεσις* semper est alterius illius causa eodemque refertur; *οὐσία* autem per se constat nec tendit aliorsum. Iam vero hoc, cuius causa id, quod alius causa generatur, existere solet, in bonorum numero habendum est; illud autem, quod alius causa existit neque per se seorsum constat aut finem in se suum inclusum tenet, inter bona numerari non potest. Ex quo consequitur, ut voluptas bonis accensenda non sit; cernitur enim in generatione ac motu, neque suum sibi finem habet propositum. Quia etiam qui voluptati tribuunt omnia, ii, quoniam cum generatione interitus coniunctus sit necesse est, interitum et generationem sibi tanquam praestantissimum quiddam eligent, nec vero tertiam illam vitam, in qua neque laetitiam neque dolorem esse iudicavimus. v. p. 53. B — 55. A.

Consentiunt haec egregie cum loco Gorgiae p. 491. D. ubi voluptatem docetur perpetuo tanquam fluxu contineri. Posteaquam enim ibi Callicles contendit, eum demum esse bonum beatumque virum, qui cupiditates habeat quam maximas easque impune possit explere, Socrates eum ita refutat, ut voluptates ostendat non posse aliter comparari, nisi sic, ut cupiditatum tanquam dolium perpetuo evacuetur atque rursus repleatur. Haec vero sententia de voluptatis natura nunc ita exornatur

*) Significate videtur Aristippum; v. Commentar. p. 53. C.

atque confirmatur, ut voluptas omnis revocetur ad unam *γένεσιν*, et quanto intervallo haec ab *οὐσίᾳ* remota sit, argumentis gravissimis demonstratur. Ex quo rursus videre licet, quid Philebo cum illo dialogo intercedat necessitudinis. Impugnavit autem Platonis sententiam, qua voluptatem statuit esse *γένεσιν* propriaque vi et constantia carere, Aristoteles Ethic. Nicom. VII, c. 11 — 14. et X, 1 — 5. quo loco acutissime de indole et natura voluptatis exposuit. Negat enim illic voluptatem esse *ζίνησιν* sive *γένεσιν*, ut plerisque videatur, propterea quod ea quovis tempore in se absoluta sit (*τὸ τῆς ἡδονῆς εἶδος ἐν ὅτῳ ὦν χρόνῳ τέλειον*) totaque praesenti temporis momento absolvatur (*τὸ ἡδεσθαι ἐν τῷ ὦν ὅλῳ τι*). Sed nolumus hic Stagiritae referre disputationem aut eam examini subiicere; illud tantum significasse iuvabit, ipsum quoque rem tam acute subtiliterque tractavisse, ut dignissima sit eius disputatio, quae cum hoc Platonis loco accuratius comparetur.

Iam vero absoluto sermone de vi et natura voluptatis variisque eius generibus instituto Socrates addit nonnulla, unde certius intelligatur, cur finis honorum non possit in ea positus esse. Merito, inquit, qui voluptatem unice pro bono venditant, ab aliis ridentur atque exploduntur, quos ante diximus esse illius osores acerrimos. Multa enim absurda consequuntur, si quis eam sententiam defendat et amplectatur. Absurdum est enim dicere, nihil boni et pulcri neque in corporibus neque in aliis multis inesse nisi in uno animo, et tamen in hoc ipso voluptatem tantum pro bono agnoscere et laudare, fortitudinem autem vel temperantiam vel rationem vel alia, quae animus putatur adeptus esse bona, nihili aestimare atque contemnere. Absurdum item est, eum qui non gaudeat sed doleat existimare tum, quum doleat, malum esse, quamvis sit longe optimus; eum autem, qui laetitiam et gaudium percipiat, tanto magis virtute excellere putare, quanto plus iucunditatis sentiat, v. p. 55. A. B. C. Et postremam quidem sententiam tractavit Plato etiam in Gorgia p. 497. E. sqq. ubi Callicles refutatur. Vocaverat enim hic bonos homines prudentes ac fortes (*φρονίμους καὶ ἀνδρείους*); statuerat idem, iucundum et voluptatem a bono non differre. Quum vero bonos dici oporteat qui bonorum habeant copiam (*ἀγαθῶν παρουσίαν*), malos autem qui malorum urgeantur onere (*κακῶν παρουσία*), colligitur inde de-

nique, eos, qui magnis fruuntur voluptatibus, homines esse bonos, eos autem, qui doloribus cruciuntur, malos. Quod ipsum ineptissime ita statui eodem modo quo hic significatur.

Cap. VI.

Distinguuntur varia cognitionum, artium ac disciplinarum genera, prouti magis aut minus certae sunt ac firmitatis laudem sibi vindicant.

Haec igitur sunt fere, quae Plato de voluptatis indole ac natura deque variis eius generibus exponenda iudicavit. Quae qui accuratius rimati fuerint, ii laudquaquam infitiabuntur, pleraque omnia tam acute subtiliterque esse exposita, ut non possimus, quin divinum viri ingenium hic quoque admiremur. Et certe id consequutus est hac disputatione sua, ut voluptatis dignitas laudquaquam tanta videatur, ut aut summo bono aequanda aut cum mentis ac sapientiae virtute comparanda sit.

Sed quorsum haec omnia pertineant et quam vim habeant ad institutae quaestionis rationem, id infra clarius apparebit, ubi de voluptatis pretio instituetur iudicium. Nunc transeamus ad ea, quae deinceps de artibus ac disciplinis disseruntur. Nam de mente et ratione nunc ideo non quaeritur, quia iam antea, quo loco ea ad causae dignitatem evehebatur, de eius vi et natura satis explicatum est. Quamobrem quemadmodum illic artium ac disciplinarum nulla iniecta est mentio, ita hic vicissim mens et ratio non commemoratur. Nimirum uterque locus tam arcto nexus est argumenti vinculo, ut alter alterum tanquam supplere et consummare iudicandus sit. His vero praemissis iam videamus, quidnam illud sit, quod Plato Socratem suum inde p. 55. D. de scientia atque disciplinis disputantem fecit *).

Duplex, inquit, genus est artium ac disciplinarum. Aliae enim pertinent ad necessitates vitae versanturque in actione; quod genus vocamus *δημιουργικόν* vel *χειροτεχνικόν*; aliae referuntur ad eruditionem et vitae

*) Monuisse non erit supervacaneum totum hunc, qui sequitur, locum explanatum a nobis accuratius esse in Commentariis. Hos igitur comparent qui haec lecturi sunt.

cultum (*τροφήν καὶ παιδείαν*) atque id habent propositum, ut vita reddatur nobilior, humanior, sapientior. Iam vero ex artibus illis operariis — orditur enim Socrates hic quoque a deterioribus, paullatimque progreditur ad omnis scientiae tanquam arcem et fastigium — ex artibus igitur operariis, inquit, aliae sunt puriores aliae impuriore, prouti scientiae sunt magis vel minus coniunctae et cognatae. Et inter praestantiores quidem earum numerandae sunt artes mathematicae, arithmetica, geometria, statica, quae sunt quasi *ἡγεμονικαί*; quippe quibus sublatis reliquae operariae omnes parum firmitatis essent habiturae, et ad merum coniecturam atque usum exercitatione collectum rediturae. Pertinent ad deterius hoc genus artium musica, ars medica, agricultura, ars gubernatoria atque imperatoria, quippe quae nihil certi in se continent atque una nituntur exercitatione et coniecturae sollertia. Alia autem ratio est earum artium, quae mathematicarum auxilio et adiumento utuntur. Nam ars tignaria, ut hoc exemplo utamur, ideo plus habet firmitatis et evidentiae, quia utitur mensuris, normis, regulis, aliis instrumentis, quae mathematicorum arti et subtilitati accepta referuntur. Quocirca duplex rursus genus artium a mathematicis disciplinis seiunctarum discernere licet. Nam aliae mathematicae adiumento sustentantur ideoque sunt accuratiores atque certiores, veluti ars tignaria; aliae carent omnino eiusmodi adminiculo, eamque ob causam plurimum indulgent incertis coniecturis absolvunturque solo usu et exercitatione, sicuti vulgaris musica. Verum mathematicae quoque disciplinae duplicis generis sunt. Aut enim subsistunt in rerum singularum, quae sensibus subiectae sunt, consideratione atque exploratione, qui est usus earum vulgaris; aut evehunt mentem ad ea, quae cogitando percipiuntur, atque id efficiunt, ut abstractas a sensibus purasque magnitudinis, quantitatis, proportionis, numerorum denique ac formarum notiones assequamur. Ex quibus perspicuum est duplicem eas usum habere, prouti aut vulgaribus necessitatibus inserviant, aut ad mentis animique cultum et eruditionem referantur. Verum enim vero etiamsi disciplinae mathematicae insignem habent veritatis atque firmitatis laudem: tamen eae non comparandae sunt cum summa illa atque praestantissima disciplina, quae unice in eo contemplando versatur, quod nulli obnoxium vicissitudini sem-

per sibi constat ac revera est, ideoque reliquas artes omnes ambitu suo tanquam complectitur, propterea quod in caussis et rationibus rerum omnium perscrutandis atque indagandis occupata est. Nimirum non haec est ars oratoria, quam Gorgias aliique sophistae tanquam praestantissimam iactare solent, quippe quae hominibus plurimum utilitatis atque emolumenti afferat; imo illa ars et doctrina est, quae animum a rerum inanum studio avocatum ad aeternae veritatis scientiam et cognitionem erigit atque extollit. Cuius quidem disciplinae praestantiam et magnitudinem angustae hominum mentes plerumque non capiunt. Quamobrem haerent fere in spectandis rebus sensibus subiectis aut in meris opinionibus; ipsius veri, quod est sempiternum, constans, immutabile, scientiam et cognitionem non adipiscuntur. Nimirum ad hanc, quae una scientiam nomine suo dignam gignit, sola mens atque ratio a rerum terrenarum studio avocata pervenire potest. v. p. 55. D — 59. D.

Haec igitur de artium ac disciplinarum generibus. Quae qui consideraverint paullo diligentius, ii facile reperient, quinque earum tanquam gradus designari. Nam primum locum philosophus attribuit dialecticae sive philosophiae, quam similibus laudibus extulit etiam De Republ. VII, p. 531. D. sqq. Theaet. p. 176. C. al. Secundum locum disciplinis mathematicis purioribus, tertium vulgaribus assignavit. Quod cur ita fecerit, facile discetur ex libro VII Reip. p. 522. C. sqq. 527. A. B. Quartum ascribendum censuit artibus operariis iis, quae aliquid firmitatis atque stabilitatis a disciplinis mathematicis mutuuntur. Ultimum denique locum ceteris concessit artibus, quae mathematicarum destitutae auxilio solo usu et exercitatione contineantur, musicae, agriculturae, arti medicae, gubernatoriae et imperatoriae. De quibus si cui videatur iudicium iniquius, conferat is Gorg. p. 451. C. sqq. Phaedr. p. 248. E. sqq. De Republ. VII, p. 530. D. sqq. ac facile videbit, quid philosophus in his sequutus sit. Etenim aestimavit hic artium ac disciplinarum dignitatem unice ex eo, ut quaereret, quid quaeque in se haberet veritatis, aut quo intervallo distaret ab exploratae veritatis ratione. Quod quo iure ita fecerit, haudquaquam dubitabunt, qui de summo vitae humanae bono quaestionem agitari meminerint. Quid enim in artibus ac disciplinis ad illud plus conducere potest veritate, qua cognoscenda melior nostri pars

perpetuo alitur atque sustentatur? Praeterea vero etiam illud tenendum magnopere est, nihil usquam ulli arti adtribui pravitatis aut improbitatis. Nam quidquid ad nonnullas deprimendas valet, id totum redit ad opinionis levitatem et inconstantiam, ultra quam progredi non omnibus concessum sit. v. p. 58. E. sq. Quod quidem plurimum refert animadvertisse, quo facilius intelligatur, quibus de causis philosophus scientiam et doctrinam voluptati longissime anteponendam esse censeat.

Atque haec quidem omnia satis clara putamus et intellectu facilia. Sunt tamen alia, quae non aequa facilitate expeditas. Quid enim? Quum philosophus in superioribus sese significaverit primum sedem quasi ac domicilium indicare velle, quidni idem etiam nunc fecit, ubi de artium ac disciplinarum indole ac natura disputavit? Et cur nec illud nos certius edocuit, quod scire plurimum profecto ad praesentem quaestionem refert, ad quodnam rerum principium atque summum genus artes ac disciplinas referri vellet? Nam superiore quidem disputatione nihil de hac re est expositum; illic enim de una mente et ratione disputatum est, artium ac disciplinarum dignitatem explorari non meminimus. Haec igitur digna sunt utique, de quibus hoc loco paucis exponatur.

Et prius quidem illud, etsi primo aspectu multum difficultatis habere videtur, tamen re accuratius considerata facillime vel explicari vel excusari poterit. Nam primum de sede ac domicilio scientiae atque eruditionis post ea, quae antea de hac re disputata sunt, haudquaquam ambigi licebit. Quum enim scientia omnis et in animo sedem habeat suam et ad id referatur, quod natura sua ad τὴν γεγενημένην οὐσίαν pertinet, quorsum etiam ideas referri oportere ex Parmenide constat, non poterit cuiquam videri dubium, quin Plato eam pariter atque voluptatem in eo rerum genere, quod ex infinito et finito mixtum ac temperatum est, reperiri sibi persuaserit. Quod autem id non claris verbis enuntiavit sed potius transmisit silentio, id propterea factum esse arbitramur, quod eius rei commemoratione ad vim et naturam scientiae definiendam explicandamque haud sane opus fuit. Nam voluptatis quidem formae atque species ut invenirentur, prorsus necessarium fuit ostendi, vim eius naturamque totam non in essentiae constantia, sed in perpetua generatione atque harmoniae

antea turbatae restitutione positam esse; sed artium ac disciplinarum genera etiam sine tali demonstratione poterunt investigari, praesertim quum philosophus ea omnia ita taxare atque aestimare constituisset, ut quam certa, quam firma, quam stabilis quaeque earum esset, denique certius exploratum haberetur. Huc accedit, quod opinionis ac scientiae discrimen iam antea, quum in Philebo ipso tum in aliis libris, quos scripserat, copiose illustraverat, ut non opus videretur, haec omnia denuo tanta perquirere subtilitate, quanta ad voluptatis rationes cognoscendas utique opus fuit. Itaque haec quidem videntur ex ipso disputationis argumento et ratione idoneam habere vel explicationem vel defensionem.

Sed difficilius est alterum illud, quod modo significabamus, declarare et quibus causis nitatur ostendere. Nam quum voluptas antea infiniti generi subiecta sit, quorsum doctrina atque cognitio referri debeat, profecto item nunc demonstrandum fuit. At enim vero de hac re nec hoc loco ulla ex parte edocemur, quippe quo nihil agitur nisi hoc, ut artes ac disciplinae discernantur sic, ut uni philosophiae ἐπιστήμη, sive eius quod est scientia et cognitio, aliis artibus διάνοια sive ratiocinatio, aliis denique δόξα sive mera opinio convenire videatur. v. Reip. VII. p. 534 sq. Itaque relinquitur, ut rem coniectura ex iis definire studeamus, quae aliis locis de artium ac disciplinarum pretio ac dignitate pronuntiantur. Vidimus autem in superioribus, philosophum, ubi non modo de mente et ratione, sed etiam de scientia et doctrina disputandum fuit, callidissimo consilio unam mentem et rationem memoravisse eamque causae generi affinem et cognatam indicavisse. Quocirca facile suspicari licet, voluisse eum etiam artes ac disciplinas illam tanquam cognatione quadam attingere. Et certe rem ita se habere vel exigua docet universae argumentationis consideratio. Nam dialectica sive philosophia, quae est omnis scientiae et doctrinae tanquam culmen ac fastigium, quum una causas et rationes rerum perscrutetur ideoque etiam ad ideam boni escendat, quae una est omnis perfectionis virtutisque effectrix quaedam ac veluti magistra, facile apparet quantam habeat cum causae genere copulationem ac necessitudinem, ut certe dubitari non possit, eam proxime ad illius laudem et praestantiam accedere. Atque id ipsum haud obscure significavit philosophus p. 59.

C. D. Iam vero etsi de ceteris disciplinis nihil pronuntiat, unde quorsum eae referendae sint clare appareat, tamen illud apertum est, voluisse philosophum eas cum ipsa mente et ratione ita coniunctas esse atque cognatas, ut inde tanquam gignerentur. Quamobrem eas nec antea iudicavit singulas esse commemorandas. Etsi igitur eas hoc loco varii generis esse docuit, quandoquidem alias magis, alias minus certas esse demonstravit, imprimisque etiam ceteras praeter unam philosophiam omnes in opinionibus occupatas esse (v. p. 58. E sqq.) ostendit: tamen omnes certe significavit nihil habere, quod ad lubricitatem immoderationem ac petulantiam accedat; sed potius tales voluit esse, ut finiti generi sint annumerandae, quandoquidem mox in iis nihil statuit inesse, quod vitae concentum perturbaturum videatur. Quod quis est quin videat in infinitum illud haudquaquam convenire?

Sed magis perspicua scriptoris mens ac sententia ex iis fiet, quae deinceps disseruntur. Quamobrem age persequamur nunc rursus disputationis reliquae tanquam iter, ac videamus, quidnam sit quod philosophus porro exponendum putaverit.

Cap. VII.

Voluptates cum scientia miscendae. Bonum ipsum quid sit. Cernitur in Veritate, Symmetria et Pulcritudine. Inde leges mixtionis repetendae, h. e. τὸ αἰτιῶν mixtionis ideale. Voluptas mente et scientia longe deterior.

Definitis igitur voluptatis et scientiae variis generibus atque formis accedit tandem ad utriusque mixtionem. Quod fit inde a p. 59. D. E. quo loco scite Socrates iam veluti materiam ait ipsis esse comparatam, unde optimae vitae tanquam opus fabricandum sit. Tum vero hunc in modum pergit disputare. Recordemur hoc loco, inquit, ante omnia illud, de quo antea inter nos convenit: naturam boni hoc sibi proprium habere, quod semet una contenta sit neque ullius rei indigeat, nec vero voluptatem aut scientiam per se solam hac virtute esse insignem. Quam sententiam si etiam nunc tuemur, quod profecto faciendum videtur, boni tanquam imaginem quandam adumbrare debemus, in quam intuentes,

num voluptati an scientiae secundae deferendae sint, certius diiudicare possimus. Et ex iis quidem, quae haecenus disputavimus, sponte intelligitur, bonum non esse in alia vita quaerendum, nisi in vita commixta atque temperata. Ubi autem bonum sedem suam habet et quasi domicilium, ibi commixtionem consentaneam est omnino pulchram esse oportere. Quocirca quam voluptas et scientia nobis commiscenda sit, id nobis agendum erit, ut eae quam pulcherrime commisceantur. Quid igitur? hoc quum iam a nobis requiratur, rectene faciemus, si protenus omnem voluptatem cum omni scientia et cognitione commisceamus? Nimirum id facile apparet parum tutum fore. Itaque sic, nisi fallor, verisabimur prudentius. Quum voluptatem aliam alia veriorum itemque artem arte accuratiorum et evidentiorum esse intellexerimus, primum verissimas utriusque particulas commisceamus atque videamus, num eae solae ad vitam optimam efficiendam, satis valeant. Contemplemur igitur primum scientiam illam, quae versatur in iis, quae neque gignuntur neque intereunt, sed uno eodemque semper statu sunt. Eam vero liquidum est ad vitae humanae necessitates haudquaquam sufficere. Ridiculus enim foret status noster, si in rerum divinarum cognitione perpetuo versaremur, humanarum autem rerum scientiam prorsus haberemus nullam. Itaque etiam mathematicis artibus nobis opus est; imo ne ceteris quidem carere poterimus, quae, sicuti musica, coniectura et exercitationis usu plenae sunt, ut non careant erroris et fraudis admixtione. Quamobrem necessarium videtur, ut ad vitam optimam efficiendam omnis generis scientiam admittamus, atque puriorem cum deteriore commisceamus. Et certe non intelligitur, quid quis damni contracturus sit, si doctrinas et artes omnes teneat, modo ne careat primis illis, quae plurimum habent firmitatis (v. p. 62. D.). Iam vero etiam dispiciamus de voluptatibus. Et ex his quoque primum eas admittamus, quae verae sunt neque fraudis quidquam adiunctum habent. Quippe haec cum veri cognitione consociabuntur facillime. Praeterea autem videamus, num, si quae necessariae sint, eas protenus omnes admittere liceat. Cuius rei iudicium sine dubio ex eo pendet, ut omnes utiles esse nec quidquam detrimenti afferre perspectum habeamus, quemadmodum antea intellexerimus nullam esse artem et scientiam, quae vitae

aliquid damni importet. Et voluptates quidem non recusabunt omnis scientiae atque artis societatem, imo eam ultro expetent ac desiderabunt. Sed alia ratio est mentis ac sapientiae. Quae praeter veras voluptates atque eas, quae cum sanitate et temperantia iunctae sunt virtutemque tanquam comites sequuntur, nullas omnino volent sibi consociari. Enimvero ceterarum pravitas et insipientia haudquaquam cum mente et ratione consistere potest. Has igitur neutiquam admittere in scientiae atque artium societatem poterit, qui voluerit permutationem et coniunctionem videre quam pulcherrimam, unde quid et in homine et in rerum universitate naturam bonum sit, tanquam divinare liceat.

Haec igitur Socrates inde a p. 59. D. usque ad p. 64. A. Quae considerantes paullo diligentius haudquaquam fugere nos poterit Platonem in vita sapienter temperanda mentis et artium ac disciplinarum potissimum duxisse rationem; quod mentem et scientiam nihil in se habere statuit, quod eius tanquam concentum ullo modo turbaret, voluptates autem arbitratus est tanto esse turbulentiores, quo magis a veritate ac sapientia recederent. Etenim quemadmodum virtutem voluit contineri harmonia, ita etiam cognitionem et sapientiam statuit totam tanquam pulcerrimo concentu absolvi. Quam in rem contulisse iuvabit Legg. III. p. 689. D: πῶς γὰρ ἂν ἀνευ ξυμφωνίας γένοιτο ἂν φρονήσεως καὶ τὸ μικρότατον εἶδος; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἡ καλλίστη καὶ μέγιστη τῶν ξυμφωνιῶν μέγιστη δικαιοσύνη ἂν λέγοιτο σοφία. Voluptates autem putavit eo magis appetendas esse, quo plus ad augendam et promovendam veritatem ac scientiam omnemque virtutem conducerent, ut est Reip. IX. p. 585 sqq. Quae si turbarent vim rationis atque mentis, maximam inde oriri arbitratus est turpitudinem. Legg. p. 689. A sqq. al. Ita igitur non solum mentem et rationem universae vitae tanquam moderatricem quandam et magistram praefecit, sed etiam quidquid scientiae et artis ab ea profectum esset, id tanquam tale optimae vitae elementum censuit esse, in quo nihil esset inconcinnum, nihil immoderatum, nihil quod natura sua dissonum videretur aut discrepantiam aliquam efficeret.

Hoc ipsum autem ut penitus perspiceretur, in Philebo rem copiosius persecutus est. Induxit enim Socratem deinceps ita disputantem, ut perfecti boni notas

quasdam constituat, ex quibus clarius intelligatur, cur voluptas in vitae optimae temperamento menti et intelligentiae longissime postponenda sit. Ita igitur, posteaquam de finito et infinito genere deque causae vi in vita humana elucescente expositum est singulaeque utriusque illius formae ac partes indagatae sunt, iam perducimur etiam ad τὸ αἰτιον summum et extremum, hoc est ad ideae boni cognitionem, unde denique vitae bene sapienterque componendae moderandaeque leges suspensae sunt. Quaeritur enim nunc, τί δῆτα ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἀγαθὸν καὶ μάλιστα αἰτιον εἶναι δοξείεν ἂν ἡμῶν τοῦ πᾶσι γεγονέναι προσφιλή τὴν τοιαύτην διάθεσιν (p. 64. C.). Censet autem Socrates universae mixtionis causam, per quam unam maxime existat, esse modum et congruentiam (μέτρον καὶ ξύμμετρος φύσις); deinde requiri ad eam pulchritudinem, quae ex modo et congruentia sponte oriatur; denique veritate opus esse, sine qua nihil usquam existat vel exstiturum sit. Quodsi igitur bonum non liceat una specie comprehendere communique complecti notione, certe arbitratur futurum esse, ut illud tribus formis ac speciebus declarari atque patefieri queat. v. p. 64. A — 65. A.

Quae si quaerimus quorsum pertineant, certe nihil aliud, opinor, significatur, nisi boni tanquam argumenta quaedam atque signa ad praesentem quaestionem requiri, ex quibus quid de re controversa statuendum sit, accuratius definiatur. Enimvero ipsa boni idea haud sane poterat nunc ad partes vocari. Est enim ea ipso Platone iudice natura sua talis, ut mens humana eam vix ac ne vix quidem capere queat. Tanta est eius amplitudo, tanta praestantia, tanta sublimitas et magnificentia. Qua de re praeclarus est locus De Rep. VI. p. 505. A. sqq. VII. p. 517. C. sqq. Itaque philosophus ubicunque eam ad rerum generatarum aut vitae humanae bonitatem definiendam adhibet, non quid ea per se sit tanquam unum quiddam in se absolutum pronuntiare audeat: sed, ex quibus signis et argumentis in natura rerum cognoscatur, indicat ac pro varietate ipsius rei, de qua agitur, variis modis docere conatur. Nam De Rep. VI, p. 508. D. ea dicitur esse τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέρχον τοῖς γινώσκουμένοις καὶ τῷ γινώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδόν, et ἡ αἰτία ἐπιστήμης καὶ ἀληθείας. Ibid. VII, p. 517. C. vocatur ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ὥστε μόγις ὁρᾶσθαι, ὁφθαλμοῖς δὲ συλλογιστέα, ὡς πᾶσι πάντων ὁφθαλμῶν.

τε καὶ καλῶν αἰτία, ἐν τε ὁρατῷ ὡς καὶ τὸν τούτου
 κριτὸν τεκνύσα, ἐν τε νοητῷ αὐτῆ κριτῆ ἀλήθειαν
 καὶ νοῦν παρασχομένη, additis etiam verbis ὅτι δὲ
 ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν
 ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Legg. XII, p. 965. C. eadem in
 virtutum cumulata possessione inesse iudicatur. Ex qui-
 bus omnibus satis, opinor, apparebit, cur philosophus
 etiam hoc loco faciendum sibi putaverit, ut non ipsam
 eius speciem proponeret et adumbraret, sed tanquam
 externa quaedam ipsius signa afferret, unde de voluptatis
 et scientiae bonitate iudicari posset, atque adeo eius
 commixtionis ratio cognosci, quam deinde a Socrate in-
 stitutam finxit. Itaque habita praesentis quaestionis ra-
 tione prudentissimo consilio haec tria eius, quod boni
 nomine dignum futurum sit, argumenta ponit: veritatem,
 symmetriam, pulcritudinem. Et veritatem quidem non
 intelligit subiectivam, sed potius obiectivam, quam hodie
 vocare solent; quae quidem in bono rectissime requiri-
 tur, propterea quod sine ea nihil quidquam id ipsum
 atque tale esse potest, quale secundum naturam suam
 esse oporteat. Nec tamen ea per se sola ad id satis
 potest, sed ad ipsam accedat oportet symmetria. Nam
 ut quid veritatem nanciscatur ac tale sit, quale propter
 naturam suam esse debet, hoc est proposito fini plane
 respondeat, etiam singulae eius partes ita comparatae
 sint necesse est, ut inter ipsas apte conveniant, nec aliae
 alias turbent reddantve incongruas. Quod ipsum docetur
 etiam Politic. p. 283. D. sqq. ubi de τοῦ μετρίου ad
 bonum necessitate disseritur. Atque hinc denique tan-
 quam sponte nascitur pulcritudo, quae quidem in bono
 omnibus numeris absoluto haudquaquam deesse potest;
 quidquid enim bonum est ac perfectum, id qui tandem
 fieri possit ut non item pulcritudine sua ac venustate
 niteat? Ex quo profecto apparet luculentissime, cur
 Plato bonum et pulcrum tanta necessitudine coniunctum
 putaverit, ut utrumque unum idemque esse vellet; de
 qua philosophi summi sententia exposuimus ad Hipp.
 mai. p. 297. B. Sympos. p. 201. C. Tim. p. 87. C. ubi
 inter alia haec sunt: πάν δὲ τὸ ἀγαθὸν καλόν, τὸ δὲ
 καλὸν οὐκ ἀμετρον; quae quam egregie cum huius loci
 rationibus conveniant, vix est cur verbo admoneamus.
 Ita igitur apparet, opinor, quid Plato hac sua boni de-
 scriptione spectaverit. Quam si qui scire cupiant quanto-
 pere Platonici recentiores celebraverint, ii adeant Creu-

zerum ad Plotinum De Pulcritud. p. 146. sqq. ed.
 Heidelb. Neque enim nos hoc tempore id agimus, ut
 quid posterioris aetatis philosophi de his rebus sense-
 rint, data occasione exponamus; acquiescimus potius in
 eo, ut mentem ac sententiam Platonis ex ipsius scriptis,
 quantum fieri possit, aperire studeamus. Videamus igi-
 tur nunc, quomodo Socrates iis, quae de his rebus ex-
 posuit, ad rem praesentem utatur.

Instituit igitur ille iam tria illa boni tanquam signa
 cum voluptate pariter atque mente et sapientia contem-
 dere, ut tandem intelligatur quam certissime, utra sit
 praestabilior atque ipsi bono cognatior. Comparemus,
 inquit, primum utramque ad veritatem. Apparet vero
 protenus, quid rei sit. Nam voluptas quum longe va-
 nissima sit, dici non potest, quantum a veritate abhor-
 reat; mens autem atque ratio aut plane idem est, aut
 ei certe longe simillima ideoque verissima. Iam vero
 similiter etiam statuendum est, ubi symmetriae ducimus
 rationem. Nam voluptate nihil inveniri potest immode-
 ratius; sapientia autem et scientia semper habent sum-
 mam cumulatamque moderationis laudem. Denique de
 pulcritudine si quaerimus, huic quoque ratio, mens, et
 cognitio multo est propinquior voluptatibus. Etenim illam
 nemo quisquam unquam turpem aut deformem viderit;
 haec autem quo sunt maiores ac vehementiores, eo plus
 turpitudinis habere existimantur.

Haec igitur Socrates p. 65. A — E. Quibus expli-
 catis tandem plane exploratum est, de quo ab initio
 dubitabatur: voluptatem in honorum numero nec primum
 nec secundum locum obtinere posse, mentem autem ac
 sapientiam ea esse multo praestantiorem. Nec vero
 etiam quisquam nunc dubitabit, quin, quum mens et
 intelligentia antea causae generi sit annumerata, cogni-
 tiones, disciplinae, artes, rectae opiniones, denique quid-
 quid ex mentis intelligentia provenit, certe finito generi
 accenseri debeant.

Cap. VIII.

Summi boni gradus constituuntur et quantum voluptas distet a mente et scientia ostenditur. Docetur, quatenus hic quoque, quae antea de dialecticis disputata sunt, ad rem praesentem adhibeantur. Refutantur aliorum quorundam opiniones.

Quamquam autem instituta antea quaestio iam hoc loco ad exitum videtur perducta esse, tamen ea neutiquam protenus finitur. Nam primum quidem certius etiam, sicuti par est, definitur: quonam intervallo voluptas a mentis et scientiae dignitate distare existimanda sit. Deinde nihil de eo constitutum est, quidnam sit, quo vitae humanae bonum absolvi putari debeat, quamquam huius quoque rei antea iniecta est mentio. Haec igitur ut tandem decernantur, Socrates nunc verbis paucissimis, quid secundum ea, quae hactenus disputata sunt, de bonorum ordine ac dignitate existimari oporteat, declarare instituit.

Tribuit igitur principatum τῷ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάντα, ὅποσα τοιαῦτα χρῆ νομίζειν τὴν ἀδιδιον ἡρῆσθαι φύσιν, hoc est ei, quod modum habeat, et moderato et tempestivo; denique quodcumque, quum eiusdem sit generis, aeternam naturam suscepisse putari debeat. Secundum deinde locum assignat τῷ ἐνυμέτρῳ καὶ καλῷ καὶ τῷ τελείῳ καὶ ἰκανῷ, καὶ ὅποσα τῆς γενεᾶς αὐτῆς ἐστίν, pulcro, congruenti, perfecto et idoneo, et si quae sint rursus alia eiusdem generis. Tertio loco ponit rationem et intelligentiam, νόον καὶ φρόνησιν. Quartum locum assignat cognitionibus, artibus et rectis opinionibus. Quintum porro proprium esse vult voluptatibus puris ac dolore vacuis, etiamsi ex sensuum perceptionibus hauriantur. Sed quae reliquae sunt voluptates, eas nullo loco habendas esse arbitratur, ideoque transmittit silentio.

Quibus declaratis denique haec subiungit. Audiámus vero nunc, inquit, quid ex his consequatur. Ego enim quum dudum haberem cognita et perspecta, quae iam explicavi, indignatus non modo Philebi, sed plurimorum aliorum iudicium, qui voluptatem pro summo bono habent, mentem et rationem censui illa multo esse praestantior. Sed quum suspicarer etiam alia reperiri, quae pro bonis ducenda sint, invento alio bono duabus

illis praestabillore, me professus sum de secundis pro ratione adversus voluptatem pugnare velle. Et vero intelleximus postea, nec voluptatem nec scientiam consummati boni laudem tueri, quandoquidem neutra aut semet ipsa contenta aut perfecta ac sufficiens esse visa est. Reperimus autem revera utraque melius quiddam; atque huic liquido apparuit mentem ac sapientiam voluptate multo esse cognatiorem ac similiorem. Ex quo evenit, ut instituto denique iudicio voluptatis natura quantum demum locum acceperit. Et quidem iure ac merito. Nam primas partes ea nullo modo sibi vindicare potest, etiamsi omnes boves, equi, ceterae animantes pro ea pugnaverint; quibus quidem freta magna hominum multitudo, prorsus ut augures avibus fidem habent, voluptates arbitratur ad bene beateque vivendum longe plurimum valere, ideoque brutarum animantium cupiditates pro locupletioribus habet testibus, quam eorum iudicia, qui tanquam Musae philosophae oracula et effata audiunt.

His vero expositis Protarchus: Verissime, o Socrate, haec ita a te disputata esse nemo iam erit, quin facile largiatur. Ad quae Socrates: Nonne igitur me iam tandem dimittitis? Cui ille: Exiguam quiddam adhuc reliquum est. Sed nihil amplius morans Socrates repente discessum parat protenus abiturus. Protarchus autem eum ait suo tempore reliqua admonitum iri. Quibus dictis colloquium finitur. v. p. 66. A — 67. B.

Postrema haec pars dialogi quum facile appareat, quantum momenti habeat ad omnem librum recte intelligendum et interpretandum, tum item manifestum erit quanta prematur obscuritate ac difficultate, quae quidem eo maior est, quo maior est disputationis brevis. Et de abrupto quidem sermonis exitu quid existimandum sit, in superioribus exposuimus, quae hic nolumus iterare. Sed restant difficultates non paucae, quas ipse recensus bonorum habet; quaeque tantae sunt, ut semper maxima fuerit virorum doctissimorum de his rebus dissensio. Nam ut mittamus alios, qui locum illustrare conati sunt, quae nostra aetate de eo disputarunt Tiedemannus Argument. Dialog. Platon. p. 123. sq. Fr. Henr. Iacobi Opp. Philosoph. Vol. I. p. 247. sq. Schleiermacher Praef. ad Phileb. p. 132. sqq. Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 296. sqq. Henr. Ritterus Histor. Philos. Vol. II. p. 417. sq. Fr. Ad. Trendelenburg. Comment. De Platonis Philebi Consilio, Be-

rol. a. 1837. p. 16. sqq. Victor Cousin in Diario inscripto: Journal des Savans a. 1825. p. 420. sqq. et in Opp. Platon. Gall. Vers. Vol. II, p. 286. sqq., ea sunt adeo varia atque inter se diversa, ut tanquam adversa fronte inter ipsa pugnare dicenda sint. Longum igitur est ac prope infinitum, singulas singulorum opiniones referre et examinare. Quamobrem animum induximus in hoc argumento tractando eo modo versari, ut quid nobis videatur paucis exponamus, ac si quae graviora sint, quae sententiae nostrae adversari videantur, ea refellere conemur.

Dici autem non potest, quantum ad rectam totius loci interpretationem referat diligenter animadvertisse, de quo iam in superioribus monuimus aliquoties: non id agi in Philebo, ut quodnam sit bonum summum atque ultimum exquiratur, quod in se absolutum sit, sed disputari potius de fine bonorum, ad quem nobis hominibus natis eniti et contendere liceat, ita tamen, ut is referatur et comparetur ad absoluti boni ideam. Nam hoc si tenemus, in hac enumeratione bonorum haudquaquam putabimus a Socrate etiam ea proponi, quae ultra vitam humanam elata sint neque in eam ullo modo cadant. In quem errorem utique inciderunt, qui vel ipsum Deum vel perfectam absoluti boni ideam in bonis numerari sibi persuaserunt. Nam nec Deum possidere homines possunt, nec illam boni ideam participare. Esse vero illud argumentum potissimum, quod in Philebo illustratur, id vero adeo manifestum putamus, ut mirari subeat fuisse, qui alia hic sibi viderentur deprehendisse. Nam etsi eo loco, ubi ad summa rerum genera proceditur, etiam attinguntur ea, quae ad omnem rerum universitatem ipsumque Deum referuntur, tamen per totum sermonem putamus id unice quaeri: quidnam sit, quo vitae humanae praestantia ac felicitas absolvi existimari debeat. Quod luculentissime docet universae disputationis ordo et progressus. Nam quum ab initio libri ea de re duplex proponatur sententia, mox Socrates, positus summi boni, quod homini possit obtingere, notis quibusdam atque signis (p. 20. C. D.) evincit: nec sapientiam seclusa voluptate, nec voluptatem seclusa mente et sapientia per se expectandam esse; sed potius vitam ex utraque sapienter mixtam ac temperatam, ita quidem, ut voluptatis immoderatio mentis et rationis imperio compescatur atque coercetur. Quod posteaquam demonstra-

tum est, agitur denique bonorum recensensus fitque eorum contentio. Id ipsum igitur non aliorum spectare contentaneum est, nisi eo, ut, quidnam de summo vitae humanae bono statuendum sit, accuratius diiudicetur; nisi forte existimare voluerimus, Platonem iam tandem consilii sui oblitum esse, atque temerario arbitratu repente ad alia omnia transiisse. At enim vero ipse profecto diligenter cavit, ne legentes tale quid opinarentur, quando quidem Socratem suum fecit identidem clarissimis verbis commententem, disputari nunc de eo bono, quod hominibus possit revera obtingere. Sic enim fit p. 11. B. C. D. ubi inter alia: *ὡς νῦν ἐκάτερος ἡμῶν ἐξ ἑν ψυχῆς καὶ διάθεσιν ἀποφαίνειν τινα ἐπιχειρήσει τὴν δυνατένην ἀνθρώποις πᾶσι τὸν βίον εὐδαιμόνα παθεῖν.* p. 20. E. 21. C. et in ipso exitu sermonis p. 66. E. Quid quod etiam eo ipso loco, ubi bonorum gradus significantur, id indicatur clarissime? Nam p. 66. A., ubi quid primo loco ponendum sit, proditur, Socrates haec dicit: *Πάντη δὴ γήσεις, ὡς ἡδονὴ καὶ τῆμα οὐκ ἔστι πρόωτον, ἀλλὰ πρόωτον μὲν πῆ (ζητήμα ἔστιν; hoc enim necessario intelligendum;) περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτρον καὶ κατῆρον καὶ τ. λ.* Quocirca adeo illud, quod primum locum tenere arbitratur, tale esse significat, quod ab homine acquiri ac possideri possit, ut hic quoque manifestum sit, cogitasse eum de eo bono, cuius vita humana particeps fieri possit.

☞ Sed quemadmodum haec accurate tenuisse ad locum recte intelligendum plurimum sane conducit, ita etiam aliud quid est, quod nobis ea in re aliquantum utilitatis afferat, si modo diligenter animadversum fuerit. Iuvabit enim nostra sententia hic quoque eorum meminisse, quae Socrates antea de disserendi via ac summis rerum generibus exposuit; quae certe eiusmodi sunt, ut ne nunc quidem ab eo negligi putanda sint. Ac profecto insignem prorsus artem Platonis hic cerni plane nobis persuasimus, quippe qui eodem loco, quo disputationem ad exitum perduxit, etiam artis dialecticae usum antea commendatum veluti consummaverit, ac suo ipsius exemplo in clarissima luce collocaverit. Quod qua ratione perfecit, paucis hic demonstrare licebit. Meminimus igitur Socratem ab initio dialogi docere, in omni quaestionum genere sic versandum esse, ut genera et formae accurate distinguantur, viam autem disserendi duplicem esse, quandoquidem primum a genere queat deinceps ad formas et

partes eius descendi, deinde autem ordine inverso a singulis formis ad genera et universalia procedi. His vero praeceptis ille per totum sermonem ita utitur, ut etiamsi legentes de eo nihil admoneantur, tamen ubique genus ac formas rerum in disceptationem vocatarum sollerter indaget ac definiat. Nam primum quidem, ut decernatur, utrum voluptate an mente ac sapientia summum vitae humanae bonum contineri putandum sit, prudentissime definit summam boni notionem, sive optima vitae genus, eique simul voluptatem ac sapientiam tanquam partes subiicit. Itaque iam hic apparet, τὸ ἐν et τὰ πολλά summi boni ab eo constitui. Sed idem etiam in proximis factum. Nam ubi deinceps disputationis ordini convenienter voluptatis ac mentis et sapientiae natura definienda est, primum genus earum eruit, ostenditque, quaecunque sint, ad genera infiniti, finiti, mixti et caussae referri oportere. Quae quidem sic ad praesentem quaestionem transfert, ut exploratis simul et voluptatis et scientiae formis ac partibus unumquodque illorum in vita quoque humana cerni ostendat. Nam voluptatem subiicit generi infinito; mentem et intelligentiam caussae generi affinem esse demonstrat; cognitiones, artes ac disciplinas, quae sunt eius tanquam opera quaedam, ad finitum genus pertinere innuit; denique universam vitam sapienter temperatam mixto generi vult respondere. Itaque vitae moralis elementa quum singula tum coniuncta ita percenset, ut quorsum ea referenda sint acutissime ostendatur. Sed quo certius denique constet de mixtionis bonitate, tandem etiam ad absoluti boni ideam escendit atque signa quaedam eius et argumenta affert, unde quid in vita bonum haberi debeat, quidve cum ipso bono conveniat, intelligi et iudicari possit. Haec igitur omnia, quae insigni acuminis et inventa et exposita sunt, nec in extrema libri parte negligi nobis penitus persuasimus; imo consentaneum esse arbitramur, Platonem hic cummaxime, ubi ad summam rei ventum est, iudicium suum ad illorum normam atque rationem composuisse. Atque hoc revera ab eo factum esse, age paucis demonstrare conemur.

Posuit igitur philosophus in bonorum recensu primo loco τὸ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καιρῖον καὶ παρὰ ὁπόσα τοιαῦτα γῆ νομίζειν τὴν αἰδίων ἡρῶσθαι φύσιν. Quod si quaeris quidnam intelligatur, respon- sionem in promptu habemus. Significavit enim philoso-

phus his verbis absoluti boni ideam, quatenus mens humana eam comprehendere et ad vitam regendam moderandamque adhibere potest. Quae quidem non est alia, nisi boni idea in perfecta hominum vita tanquam elucescens. Etenim de absoluta summi boni idea, qualis per se seorsum constat, haudquaquam cogitare licet, propterea quod, sicuti antea vidimus, ipso Platone iudice mens humana eam vix ac ne vix quidem capere et intelligere potest. Etsi igitur boni idea in mundo intelligibili posita, cuius unus Deus capax est, et summi boni idea, quod potest hominibus natis obtingere, natura sua una est atque eadem: tamen plurimum refert, num tota atque integra mente humana comprehendi queat. Quod Plato quidem ideo negavit, quia humanae mentis atque rationis eam vidit esse imbecillitatem et infirmitatem, ut perfecta rerum divinarum scientia in eam nullo modo convenire videretur. Atque idcirco etiam philosophiam nihil aliud esse voluit, nisi studium sapientiae; homini autem id propositum esse iudicavit, ut Deo similis nec vero par aut aequalis existeret *). Quod quidem mirum est plane neglectum esse a viris praestantissimis, qui nuper hunc Philebi locum attingerunt, Car. Frider. Hermanno atque Fr. Ad. Trendelenburgio. Ille enim, quum iam olim in Programmate Academico Marburg. anni 1833., in quo inest Commentatio De Idea Boni, p. 5 sqq. omnino absolutam ideam boni intelligendam esse adversus nos contendisset, tum nuper etiam Histor. Philos. Platon. Vol. I. p. 690. annot. 648. in eadem permansit sententia. Trendelenburgius autem ideo quoque illam intelligi oportere arbitratus est, quia sibi persuasit, in hoc dialogi exitu cognitionis quasi gradus significari, quibus non modo res humanae sed etiam res totius rerum universitatis cum ipso bono cohaereant **): quod quam falso ita statuatur, post paulo videbimus. At nimirum vel illud nos alia admonere potest, quod Plato antea non ipsam boni speciem attulit, sed tria eius signa ponenda iudicavit, unde vitae recte temperandae ratio cognosceretur. Eo enim aperte significavit boni speciem eam, quae et vitam humanam regeret et mentis humanae cognitioni esset subiecta, eamque

*) V. Theaet. p. 176. A. B. De Rep. VI. p. 501. B. C. X. p. 613. A.

**) V. De Plat. Philebi Consilio p. 10 sq.

ob causam *κτῆμα* hominis fieri posset. Quoniam autem haec optimae vitae idea, quae in animo humano insidet quaeque omnino eadem est atque summi boni species, nisi quod haec sub mentis humanae intelligentiam non omnino subiecta est, haec igitur idea, quoniam patefacit nobis atque ostendit, quidnam illud sit, quo omnis vitae nostrae perfectio et beatitas absolvatur, una maxime pro causa et effectrice omnis vitae bonitatis habenda est. Quemadmodum enim Deus totum hunc mundum ad ideae boni exemplar generavit et composuit, ut ipse atque boni species fons et causa sit omnis rerum generatarum perfectionis, sic etiam omnis vitae humanae absolutio exinde pendet, ut homo ideam boni intueatur seque totum ad eius normam et legem componat. Quod dum facit, ad illum ipsum finem, qui ei propositus est, enititur, hoc est, ad similitudinem cum Deo. Itaque non videmur iniuria statuere, eandem illam ideam, quatenus ad vitam humanam refertur, nunc item poni tanquam τὸ αἴτιον omnis vitae perfectionis; est enim ea utique maximum κτῆμα, quod mortalibus obtingere potest, quippe sine qua omnis eorum vita tanquam causa bonitatis generatrice caritura esset. De cetero nemo mirabitur, quod τὸ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καιρῖον et quae cum iis genere suo cognata sunt, aeternam naturam dicuntur adepta esse. Nam quemadmodum reliquae ideae omnes, ita haec quoque natura sua sunt constantes, perpetuae, sempiternae.

Sed haec per se clara erunt iis, qui philosophiae Platonicae non imperiti sunt. Pergimus ad secundum dignitate bonum, quod Plato censet esse τὸ ξύμμετρον καὶ καλὸν καὶ τὸ τέλειον καὶ ἰκανὸν καὶ πάντ' ὅποσα τῆς γενεᾶς αὐτῆς ἐστίν. Apertum vero putamus, quomodo haec ab iis differant, quae antea sunt commemorata. Illa enim causam ac principium (τὸ αἴτιον) omnis vitae bonitatis indicant; haec autem sine dubio sunt id, quod per causae effectricis vim et potentiam revera ortum est, quodque per eam existit pulcrum, in se congruens, perfectum ac sufficiens. Quod quidem facile apparet nihil aliud esse posse nisi perfectionem ideoque beatitatem vitae humanae ad ideae boni speciem comparatam, ad quam tanquam ad propositum finem omnes omnino contendunt, qui summi boni participes fieri cupiunt. Habemus igitur hic τὸ ξυμμετριγμένον, quemadmodum antea τὸ αἴτιον optimae vitae cognovimus. At-

que hoc si vere ita iudicavimus, non modo intelligetur, cur τὸ ξύμμετρον καὶ καλὸν commemoretur: sed etiam illud ad explicandum facile erit, quod cum eo iungitur τὸ τέλειον καὶ ἰκανόν. Nam haec tanquam signa et argumenta vitae omnibus numeris beatae et studiis nostris dignae p. 20. B. sqq. afferri meminimus, ut hoc loco profecto aptissime commemorentur. Habet vero inde explicationem etiam illud, quod antea nulla iniecta veritatis mentio est. Nam quanquam eam putari licet verbis: καὶ πάντ' ὅποσα τοιαῦτα χορῆ νομίζουσιν τὴν αἰδίων ἡρόσθαι φύσιν, significatam esse, tamen accedit utique hoc, quod veritas maxime nunc talis intelligenda est, qualis inest in bono revera orto. Id ipsum autem hic ita describitur, ut eius commemoratione haud sane opus fuerit. Haec igitur nostra de secundo boni gradu sententia est. A qua tamen longissime discessit Trendelenburgius, qui p. 23. significari putat ideae boni simulacra in rerum natura expressa, sive, omne id, quod ad eius exemplar natum factumque sit. Quod ingenue fatemur nobis quidem videri a Platonis mente et sententia maxime abhorrere. Etenim haec verborum interpretatio si vera esset, omnis omnino οὐσία γεγενημένη, hoc est, universa rerum natura et quidquid in ea extat, in vitae humanae bonis numeraretur adeoque κτῆμα hominis appellaretur. Nimirum in fraudem inductus est vir egregius eo, quod Plato, sicuti ideam optimae vitae ad absoluti boni speciem retulit, ita etiam vitam humanam ad illius exemplar comparatam cum τῇ γεγενημένῃ οὐσίᾳ totius rerum naturae componendam iudicavit. At enimvero ex eo certe nihil efficitur nisi hoc, Platonem optimam hominis vitam sive summum bonum, quod illi obtingere posset, τῷ ξυμμετριγμένῳ totius naturae tanquam ex altera parte respondere voluisse, ut tanquam eius imago quaedam haberetur. Quamobrem ista omnia neutiquam sunt eiusmodi, ut sententiam nostram falsam aut ineptam esse arguant. Facile autem apparet, cur vita humana ad ideae boni exemplum composita secundo loco recensatur. Quid enim post ipsam ideam boni, cuius mens humana capax est, usquam reperiri potest maius ac studiis hominum magis dignum, quam quod per illam tanquam causam effectricem revera ortum generatumque est? Nimirum est hoc ipsum illud, in quo ea vitae perfectio et beatitas cernitur, qua una secundum Platonem summum eius bonum continetur.

Et haec quidem de duobus bonis prioribus. Progredimur ad reliqua. Enumerantur vero, si quid iudicare possumus, tertio, quarto et quinto loco ea, quae in humana natura atque indole insunt summi boni tanquam elementa et principia. Nam ut homo illius compos fiat atque particeps, prorsus necesse est ante omnia mente et intelligentia praeditus sit, quo vitae optimae speciem intelligere possit atque intueri. Praeterea vero etiam aliquid natura sua habeat oportet, quod iusto temperamento ad illius similitudinem in unum coniunctum *ὁμοίαν* illam efficiat, qua demum orta vita optima existit. Haec omnia igitur nunc ordine deinceps a Platone enumerari arbitramur.

Et tertio quidem loco ponitur *νοῦς καὶ φρόνησις*, mens et intelligentia. Quae prorsus respondet summi boni ideae primo loco commemoratae. Nam quemadmodum haec tanquam superior optimae vitae causa est, ita mens in ipso homine inclusa eiusdem genitrix fit. Nec vero cuiquam videbitur mirabile, quod mens et intelligentia non primo, sed tertio loco collocatur. Nam idea boni fons et principium est omnis vitae humanae beatitatis, neque ea a mente humana procreatur, sed altioris est originis, quandoquidem a perfecta ratione, hoc est a summo Deo, profecta est. Quodsi igitur aliqua exitura sit vitae nostrae perfectio et beatitas, mens nostra, necesse est ad eam tanquam exurgat eiusque particeps fieri studeat. Ex quo consequitur, menti et intelligentiae haudquaquam primum locum assignari potuisse. Nec vero ei secundus locus concedi potuit. Quod enim tanquam totum quoddam ad ideae speciem et similitudinem ortum generatumque est, id profecto potius habendum fuit, quam unum aliquod ipsius principium atque elementum, praesertim quum nihil aliud sit quam ipsa idea rerum veritate expressa (*die verwirklichte Idee*). Intelligi vero hinc licebit, cur mens et intelligentia humana in superioribus sub causae genus subiecta fuerit. Etenim summa et perfecta ratio, quae est in numine divino, aut potius quae ipsum numen divinum est, quum omnia efficiat, gubernet, moderetur, sane mente humana multo est maior, excelsior, praestantior; est enim etiam idearum, maximeque ideae boni, tanquam parens atque genitrix. Quocirca haec pro unica et suprema causa haberi debet. Veruntamen nec menti humanae causae dignitas atque virtus abiudicanda est,

quamvis divina mente multo inferiori. Est enim e mente divina tanquam decerpta ac delibata, atque adeo ideae boni ita capax, ut ad eius legem vitam humanam temperare, regere ac moderari possit.

Haec igitur de tertii boni causis et rationibus, quod apparet rursus a Platone sic informatum esse, ut, quatenam sit eius cum summi boni idea adeoque cum ipso numine divino coniunctio ac necessitudo, facile ex superioribus conicias. Iam vero quartus locus in ordine honorum tribuitur iis, quae ex mente et intelligentia gignuntur, hoc est cognitionibus, artibus ac disciplinis, denique etiam rectis opinionibus. Ac profecto consentaneum fuit, id quod cum praestantissima nostri parte maxime cognatum est, etiam proxime post eam collocari. Quamobrem nec fieri potuit, quin voluptates eaeque purae ac sincerae quinto demum loco commemorarentur. Itaque hic omnia expeditu sunt facillima. Contemplantes autem nos et voluptates postremo commemoratas et cognitiones ac doctrinas, quae illas antecedunt, fugere non poterit, esse eas tanquam elementa, unde moderante mente ac sapientia vitae optimae conditio atque status conficiatur. Quod si verum est, sponte consequitur, cognitiones, disciplinas, rectas opiniones denique sine dubio ad finitum genus referri oportere; ut hinc tandem certissime intelligatur, quodnam fuerit philosophi de iis iudicium. Nimirum antea id non putavit clarius declarandum esse ob eas causas, de quibus in superioribus exposuimus; nunc vero illud tacito quasi prodidit, quippe quum res sponte intelligi posset. Itaque Platonem iam tandem liberabimus a crimine negligentiae ac temeritatis, cuius eum quis, non perspectis rei causis et rationibus, praecipitato iudicio facile incusaverit. Praeterea vero etiam aliud quid hic animadvertisse non poenitebit. Etenim duo haec vitae humanae tanquam elementa postremo loco memorata ubi accuratius consideraveris et cum reliquis bonorum gradibus contenderis, dubitari haudquaquam poterit, quin sicuti antea mens et intelligentia ideae boni e regione positae sunt, ita haec perfectae vitae imagini respondeant ad ideae similitudinem quam exactissime conformatae et expressae. Quocirca quae secundo loco in unum iuncta tanquam unum quiddam ponuntur, ea quarto et quinto loco disiunguntur atque separantur. Id vero magnopere cavendum est, ne temere ac sine causa idonea sic a Platone institutum putemus. Etenim pru-

dentissime philosophus ab universa vitae optima, sive consummati boni, specie et imagine deinceps progressus est ad lustranda singula, unde conficitur, eius elementa; ut nec hic immemor fuisse putandus sit eius disputationis, quam ab initio sermonis de rerum generibus et formis sedulo discernendis instituisset. Quod igitur antea iudicavimus, omnia ea, quae supra quum de generibus et formis notionum tum de summis rerum principiis copiose exposita sunt, hoc quoque loco respici accuratissime et ad rem praesentem transferri*), nihil dixisse videbimur, quod ab ipsa re et veritate abhorreat. Proposuit igitur philosophus primum ideam summi boni, quod homini nato potest contingere, hoc est, ideam summae perfectionis, cuius vita hominum moralis capax est. Quod est quasi genus (*τὸ ἐν*) boni ideale, ut ita dicam, idque simul *τὸ αἴτιον*. Attulit deinde ipsius vitae optima speciem et imaginem ad ideae exemplar expressam planeque conformatam; in qua cernitur genus optima vitae reale (*τὸ ἔν*) itemque *τὸ ζυμμεμιγμένον*. Tum vero tertio loco vitae humanae rectorem, animum, propriamque ei intelligentiam memoravit. Qui quoniam iuxta cum duobus reliquis bonis propius ad ipsum hominem pertinet, dehinc *τὰ πολλά* afferri putanda sunt, quae in vita humana ad boni similitudinem comparata discernere liceat, eaque ipsa sunt rursus *τὸ αἴτιον*, *τὸ πέρασ* et *τὸ ἀπειρον*. Nam mens et intelligentia quoniam boni ideam assequitur et ad eius legem vitam componit atque gubernat, pro causa omnis eius perfectionis habenda est. Ita igitur apparet iam clarissime, quibus de causis Plato hunc bonorum ordinem constituerit. Qui ut iam tandem cognosci possit ab omnibus et uno quasi obtutu considerari, age eum in tabula consignatum sub oculorum conspectum subiiciamus:

*) Mireris Schleiermacherum Praef. p. 129. de his sic scribentem: diese Begriffe (*ἀπειρον πέρασ, μεμιγμένον, αἴτιον*) kommen allerdings insofern in Anwendung, als von der unreinen Lust gezeigt wird, sie gehöre in das Unbestimmte; aber niemand wird behaupten wollen, daß dies nur deswegen hier stehe, vielmehr schließt sich dies dem Sophisten an, und es wird, wie dort, die Art und Weise des gewordenen Sings näher untersucht und der Ursprung dessen, was in ihm das Fließende ist und das Beharrliche. Ergone haec in ipso Philebo fere redundabunt?

- | | |
|---|---|
| I. Idea vitae optimae s. summi boni, | } <i>τὸ ἐν</i>
ideale. |
| <i>τὸ αἴτιον</i> , idque ideale. | |
| II. Vita optima ad ideae illius exemplar conformata, sive summum bonum, ad quod homini enitendum, | } <i>τὸ ἐν</i>
reale. |
| <i>τὸ ζυμμεμιγμένον</i> . | |
| III. Mens et intelligentia humana, qua idea comprehenditur, | } <i>τὸ αἴτιον</i>
in ipsa hominis natura situm. |
| <i>τὸ αἴτιον</i> in ipsa hominis natura situm. | |
| IV. Cognitiones, artes, disciplinae, et rectae opiniones, | } <i>τὰ</i>
<i>πολ-</i>
<i>λά.</i> |
| in natura hominis positum. | |
| V. Voluptates purae et cum sensuum perceptionibus coniunctae, | } <i>τὸ ἀπειρον</i> , quatenus illud cum finiti |
| s. <i>τὸ ἀπειρον</i> , quatenus illud cum finiti legibus concordat iisque obtemperat. | |

Concordant cum hac nostra loci gravissimi interpretatione egregie, quae apud Stobaeum Eclogg. Eth. I. p. 85. ed. Heeren. leguntur, quem locum iam olim Prolegg. ed. I. p. CVI. comparavimus. Ibi enim haec sunt: *Πρῶτον μὲν γὰρ τάχαθὸν τὴν ἰδέαν αὐτὴν ἀποκαίεται, ὅπερ ἐστὶ θεῖον καὶ χωριστόν· δεύτερον δὲ τὸ ἐκ φρονησεως καὶ ἡδονῆς συνθετόν, ὅπερ ἐπίοις δοκεῖ κατ' αὐτὸ εἶναι τέλος τῆς ἀνθρώπινου ζωῆς· τρίτον αὐτὴν καθ' αὐτὴν τὴν φρόνησιν· τέταρτον τὸ ἐκ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν συνθετόν· πέμπτον αὐτὴν καθ' αὐτὴν τὴν ἡδονήν.* Quae contemplantibus rationi nostrae ne antiquitatis quidem testimonium deesse videbitur. Nec inutiliter contuleris, quae fusc disputavit Plotinus Enneadis primae libro VII. et VIII., ubi de bono eiusque variis generibus exponitur, et Enneados sextae libr. VII.; ad quos locos doctissime disputavit Creuzerus Vol. III. p. 530 sqq. et 386 sqq.

Positis autem quinque istis boni tanquam gradibus, quibus manifestum est Platonem censuisse omnem vitae humanae perfectionem et felicitatem absolvi, reliquum fuit, ut etiam de ceteris voluptatibus sententia dicenda esset. Nec defuit qui has ipsas sexto bonorum loco ponendas arbitraretur. Statuit enim ita nuper Steinhartus Meletematt. Plotin. p. 14., qui miratus est non vidisse alios, quod ipse scilicet vidit, sex bonorum vel potius boni gradus a Platone constitutos esse. At enim vero Plato ipse omnino sensit aliter. Quod enim Socrates fecit de reliquis voluptatibus tacentem ac sexto loco

protenus disputationem finientem, eo ipso significavit elegantissime, voluptates impuras atque falsas tales esse, quae non possint in perfectae vitae beatitate locum habere. Enimvero turbant eae consummatae felicitatis, quae eadem est summa vitae humanae moralis absolutio, tanquam concentum et convenientiam, quippe quae et a veritate alienae sunt, neque symmetriae quidquam habent, nec denique ad illam pulcritudinem aliquid conducunt, qua vitam optimam ac beatam insignem esse omnino consentaneum est *). Quamobrem Plato τὸ ἀπειρον voluptatum, quod in humana natura cernatur, eatenus tantum ad optimam vitam absolvendam valere voluit, quatenus cum finito in unum coiret, ac finitionis legem ferret ac susciperet. Quod quam egregie cum reliqua viri doctrina conveniat, si modo eius sententiam recte perceperis, facillime intelligere licet. Sed de his fortasse alio loco dicendi occasio erit; nunc satis erit paucis aperuisse, cur philosophus quinque tantum summi boni gradus discernendos iudicaverit.

Reliquum est, ut iam paucis ostendamus, etiam hoc loco a Platone respectata esse, quae in superioribus de dialecticis sunt exposita. Quum enim ea per totum sermonem admirabili artificio viderimus ad rem praesentem revocari, tum ne hoc quidem loco a philosopho neglecta esse consentaneum est. Quod miramur a Trendelenburgio l. c. p. 30. non satis diligenter observatum esse. Et summa quidem rerum generatarum principia, de quibus supra explicatum est, qua ratione philosophus ad rei controversae diiudicationem traduxerit, iam satis ostendisse videmur, in eaque caussa plurimum dissentimus a Trendelenburgio, qui eorum nullam prope rationem haberi iudicavit. Hoc unum hic addidisse iuvabit, prudentissime in optimae vitae ad ipsam summi boni ideam informatam finitum et infinitum non discerni, sed in vitae humanae adumbratione disiungi. Nam in vita ideali, ut ita dicam, utrumque illud tam arcto iun-

*) Vidit igitur omnem voluptatem sapientiae esse contrariam. Recte reprehendit Cicero Calliphonem et Dinomachum Offic. III, 33. Tusc. V, 30. De fin. V, 8. qui se diremturos controversiam putaverint, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulavissent. Non recipit, inquit, istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit; nec vero finis bonorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri potest.

ctum est vinculo, ut alterum ab altero cogitatione divelli ac segregari nullo modo possit. Sed alia est vitae humanae ratio, in qua utrumque non tam apte iunctum copulatumque est, ut discerni nequeat; nam illi hoc ipsum est propositum, ut quam maxima utriusque efficiatur convenientia. Quamobrem etiam alterum ab altero probe discerni debet, ut possit accurate intelligi, quo temperamento inter se misceri et consociari possint. Itaque dubium non est, quin quae de summis rerum generibus ac principiis antea explicata sunt, ea hic prudentissime a Platone ad usum revocata sint. Nec vero neglecta ab eo sunt illa, quae ab initio dialogi de analytica et synthetica disserendi ratione copiose disputata leguntur. Nam quemadmodum in superioribus a summo notionum genere ad eius partes et formas paulatim descendi vidimus, ita quidem, ut primum genus summi boni definiretur, et voluptates atque cognitiones ei tanquam partes subiicerentur, tum harum ipsarum rursus genera et formae variae exquirerentur: ita nunc vicissim earum formas et partes sapientissime ad ea genera revocari liquidum est, quae ut ponerentur disputatio de summo vitae humanae bono, vel ut brevius dicam, de optima vita, in qua ipsa summum hominis bonum cernitur, utique postulavit atque flagitavit. Quodsi igitur Philebum iudicamus etiam dialecticae nomine pro perfectissimo artis opere haberi oportere, laudquaquam veremur, ne id praedicata quadam opinione ducti dixisse videamur.

Atque haec quidem de singulis libri partibus: quas ita persequuti esse videmur, ut quorsum totum opus spectet et quid ei propositum sit, iam tandem paucis verbis definire posse existimemus.

Redit enim summa universae disputationis, si quid iudicare possumus, fere huc.

Quod quaeri solet a multis, quidnam illud sit, in quo omnis vitae humanae praestantia ac beatitas cernatur, et utrum ea in voluptate an in mente et scientia inesse putanda sit; neutra harum sententiarum omnino probanda et pro vera ducenda est. Imo re diligentius considerata sic statuendum videtur, ut, quemadmodum in rerum universitate finitum cum infinito moderante mente et ratione divina coniunguntur, quo existat rerum generatarum quam maxima perfectio et absolutio, ita etiam in vita humana quae sunt contrariae inter se na-

turae nostrae partes atque affectiones, eae ad boni ideam, quae est tanquam procreatrix quaedam omnis perfectionis et felicitatis, sapienter temperandae atque in unum copulandae sunt. Verum enim vero ex eo ipso, quod vita omnis ad boni summi ideam gubernari debet, facile intelligi potest, mentem et intelligentiam ad vitae beatitatem efficiendam multo plus valere voluptate. Mens enim atque ratio humana quum summam habeat cum perfecta numinis divini ratione cognationem, etiam una capax est atque particeps ideae illius, in quam intueri debent, qui ad quam maximam vitae suae praestantiam atque felicitatem pervenire voluerint. Ex quo intelligi debet, ei in vita humana utique primum locum tribui oportere. Sunt autem cum ea coniunctae artissime cognitiones, artes, disciplinae, rectae opiniones, alia id genus multa. Quae etsi magnopere inter se differunt magnamque prae se ferunt varietatem, tamen hoc certe habent commune, quod ex mente et intelligentia gignuntur ideoque cum ea intimae cuiusdam necessitudinis vinculo continentur. Neque quidquam in iis animadverti potest, quod eas possidentibus detrimenti quid atque damni afferre videatur. Ex quibus omnibus consequitur, ut ipsae quoque voluptati longissime antependendae sint. Idque recte ita iudicari vi et natura voluptatis accuratius considerata etiam clarius apparet. Nam voluptas in se nullum habet modum; est item vera et falsa, bona et mala, parva et magna; imo etiam quo est vehementior, eo magis conturbare videtur naturae nostrae aequabilitatem atque concordiam. Ex quo efficitur, ut, si de optimae vitae agitur condicione, non omnia eius genera cum humana felicitate convenire aut consistere posse iudicanda sint. Multae enim sunt voluptates, quae menti, cognitioni, sapientiae, existant adversariae atque inimicae. Quamobrem ad vitae nostrae felicitatem eae tantum conducunt voluptates, quibus efficitur, ut quantum iucunditatis insit in sapientia, in cognitione, in artium ac disciplinarum studio, denique in mentis animique agitatione, acrius persentiscamus ac vicissim sensus corporis ad intelligentiae et cognitionis virtutem convertantur. Nam ea demum vera voluptas est, quum suavi quodam et iucundo sensu perfundimur sic, ut in vita nostra omnia inter se tanquam concentu quodam concordare et ad ipsam boni ideam spectare intime sentiamus. Quocirca nec dubitare licet, quinam

tanquam gradus boni nobis constituendi sint. Nam primum boni ideam adesse oportet, in quam iis, qui ad vitae suae perfectionem quam maximam perventuri sunt, intueri liceat; quae si rata sit et re ipsa efficitur, perfecta vitae conditio oritur, quae secundo loco ponenda est; tum mens in homine habitet necesse est, quae ideam boni concipere et vitam nostram ad eius legem moderari queat; denique in ipsa hominis natura tanquam elementa reperiantur necesse est, unde optima vita componatur. Atque ex his omnibus facile iudicari licet, quibus rebus summum vitae humanae bonum absolvatur, et quid voluptas, quid mens ac scientia ad illud valere iudicari oporteat. Hoc igitur argumentum, hoc propositum universi dialogi est *).

Quod tamen qui recte aestimare voluerint, ii etiam artem dialecticam in eo conspicuam diligenter considerare debent. Etenim tractavit philosophus hanc quaestionem de summo vitae humanae bono admirabili arti-

*) Hanc universae disputationis summam qui attentè consideraverint ac diligenter perpenderit, ii facile iudicabunt, quatenus vera sint, quae Schleiermacherus l. c. p. 132. de Philebi argumento ac proposito disputavit. Scripsit enim haec: Dieses also lag ihm am Herzen, das Gute zu bestimmen nicht nur für das Leben des Menschen, sondern auch zumal für das ganze Gebiet des gewordenen Seins, und mußte auch demjenigen anliegen, welcher nicht nur für die Erkenntniß des Menschen selbst, sondern auch für die aller andern Dinge die Idee des Guten zum Princip gemacht hatte. Und eben diese gemeinschaftliche Grundlage aufzustellen für die Bücher vom Staate sowohl als für den Timäus, ist das Ziel dieser Erörterungen über das gewordene Sein als Mischung, welche wir offenbaren sollen, welches wohl dasselbe sein könne u. Nimirum hae merae argutiae sunt, quas quum Schleiermacherus innumeras in opere suo protulerit, operam perdiderit, si quis singulas coarguere voluerit; ridiculique sunt, qui Schleiermacheri rationem nondum censent labefactam et convulsam esse propterea, quod nondum omnia ac singula, quae scripserit, examinata et confutata sint. Philebi ratio quanam sit, in aprico est, modo ne argute pervertantur omnia. Est enim opus in se absolutum, quod nequam partes alienas ac supervacaneas complectitur, quantumvis necessitudine quadam cum aliis Platonis scriptis contineatur. Neque in eo id potissimum agitur, ut omnino bonum exquiratur, sed exquiratur vitae humanae bonum sic, ut iudicium de eo ab summis rerum universitatis principiis repetatur atque ad boni summi ideam referatur.

ficio sic, ut, quemadmodum in Sophista et Politico fecit, ita etiam hic eadem opera disciplinam dialecticam egregie locupletaverit eiusque praeceptis ad rem praesentem ita usus sit, ut praestantissimum quoddam condiderit artis opus, quale alterum nulla unquam hominum aetas denuo extulit. Sed de hac re quoniam qui superioris disputationis nostrae non immemores fuerint, facile ipsi iudicabunt, non opus esse existimo, ut nunc accuratius exponatur.

Atque haec quidem satis erunt ad gravissimi operis argumentum et propositum demonstrandum atque illustrandum. Nam quae alia adicere constitueramus, ut, quibus causis universa haec Platonis de summo bono doctrina nitatur, plenius certiusque intelligeretur et quanta sit eius praestantia ac sublimitas perspiceretur, ea nunc quidem, ne libri moles nimium excresceret, in scriniis servanda duximus, alio tempore atque loco daturi, quae in hac commentationis parte litteris perscripsimus. Nec vero videmur his in alium locum reiectis quidquam omisisse, quod ad perspicendas iudicandasque libri rationes necessario requiratur. Nam dedimus certe quantum satis sit, quo aditus ad eius lectionem aperiatur; censuram autem eorum, quae a Platone exposita sunt, nunc quisque pro se ipse instituere poterit. Quod qui docte facere voluerint, si comparabunt etiam quae Aristoteles Ethic. ad Nicom. X, 2 sqq. et VII, 11 sqq. adversus Platonis rationem disputavit. Nam ad Philebum maxime pertinere, quae ibi leguntur, id vero adeo manifestum est, ut ea de re dubitari nullo modo possit.

Codices manu scripti,

qui ad hunc librum excussi sunt, numerantur septemdecim. Sunt autem hi:

- 1) Clarkianus sive Bodleianus, Bekkero \mathcal{A} .
- 2) Vaticanus \mathcal{A} . hunc etiam Bastius contulit.
- 3) Coislinianus \mathcal{I} .
- 4) Venetus \mathcal{A} .
- 5) Venetus \mathcal{E} .
- 6) Venetus \mathcal{H} .
- 7) Venetus \mathcal{Z} .
- 8) Parisinus \mathcal{B} .
- 9) Parisinus \mathcal{C} .

- 10) Parisinus \mathcal{E} .
- 11) Parisinus \mathcal{F} .
- 12) Parisinus \mathcal{H} .
- 13) Angelicus \mathcal{W} .

De his omnibus v. Bekkeri Elench. Codd. Comment. Crit. Vol. I. p. XII. XIII. VII sqq.

- 14) Florentinus \mathcal{a} .
- 15) Florentinus \mathcal{b} .
- 16) Florentinus \mathcal{c} .
- 17) Florentinus \mathcal{d} .

De his nos vide in edit. Operum Platon. Lipsiensi Tom. XII. p. VI sq.

Commentarios in Philebum scripsit Olympiodorus, ex quibus, quae adhuc reliqua sunt, ex codice Cizensi descripta dedimus in editione nostra a. 1822. p. 235 sqq. Sunt autem tantummodo eclogae scholiorum.

Praeterea etiam Eubulus, Proclus et Marinus commentarios in Philebum scripsisse perhibentur. v. Fabricii Biblioth. Gr. Vol. III. p. 172. 178. ed. Harless. et de Eubulo Longin. p. 178. ed. Weisk. Sed Eubuli et Procli opera intercidisse videntur; quae autem Marinus scripserat, ea ipse flammis tradidit. Praeterea Müllerus in Notitia et Recens. Codd. mss. Cizens. Part. II. p. 4. narrat extare in bibliotheca Monacensi codicem nota C. insignitum, qui praeter Olympiodori Scholia in Phaedonem contineat etiam Stratonis commentationes in Philebum, neque a Fabricio neque ab aliis memoratas. Verum ista nescimus sane quo auctore Müllerus scripserit. Nos enim ab amico quodam certiores facti sumus, illa Stratonis scholia non alia esse nisi Olympiodori commentarios, qui inde a p. 103. cod. illius perscripti leguntur, hac inscriptione praemissa: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Φιλήβον. Hunc igitur Stratonem mittamus. Praeter eos, quos modo nominavimus Philebi interpretes, imprimis nominandus est etiam Claudius Galenus, celeberrimus medicus, qui librum composuisse fertur περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, hodie non amplius superstitem. v. Histor. literar. Claud. Galeni in Edit. Kühn. p. CCL. Ad eundem dialogum spectasse videtur eius opusculum περὶ τοῦ τῶν ὄντων ἑκαστον ἐν τε εἶναι καὶ πολλαί, de quo v. l. c. CXCIX. quandoquidem haec quaestio in Philebo potissimum tractatur. Nec tamen quidquam ea de re certo definiam, deficient-

tibus plane rei argumentis. Sed alter ille liber in eo versatus esse videtur, ut singularum disputationis partium nexum et cohaerentiam illustraret, atque varias ab uno argumento ad aliud transitiones explicaret. Quae res profecto digna fuit subtiliore examine, quandoquidem ex superioribus clarum erit ac perspicuum, obscuriorem sane in Philebo subinde esse disputationis universae ordinem et progressionem.

Editiones Philebi

ante Fischerum, si discesseris ab universis Platonis operibus, hoc est ante annum superioris saeculi 76., nulla factae sunt. Is igitur primus eum una cum Symposio ex Henr. Stephani recensione varietate lectionis et animadversionibus criticis illustratum separatim edidit Lipsiae, 8. 1776. Substitit autem vir doctus in conquirendis, quae tum suppetebant, opibus criticis.

Tum sequuta est post longum prope quinquaginta annorum intervallum nostra opella: Platonis Philebus. Recensuit, prolegomenis et commentariis illustravit G. Stallbaum. Accesserunt Olympiodori scholia in Philebum nunc primum edita. Lipsiae, 1820. 8. qua id egimus, ut totus liber iusta interpretatione explanaretur et illustraretur. Ita certe libri difficillimi pariter atque gravissimi interpretandi aliquando factum initium est. Quanquam multum absuit, ut quae nobis ipsi proposueramus, ea successu operis omnino prospero perficeremus. Nam et virium juvenilium periculum erat et carebamus subsidiis criticis; nondum enim Im. Bekkeri Commentarii critici in lucem prodierant. Quo maior fuit felicitas nostra, quod humanissimos nacti sumus libri censors, qui in Indic. litter. Götting. a. 1821. n. 31. in Seebodii Biblioth. Critic. a. 1822. n. 3. p. 225 sqq. in Diar. litt. Jenens. a. 1822. fol. 195. et in Jahni Annal. a. 1827. Vol. II. Fasc. I. p. 147 sqq. de eo exposuerunt sic, ut quicquid scriberent, id totum valeret ad benevolam admonitionem atque studiorum nostrorum commendationem. Sed quum aliis satisfecisse videremur, ipsi tamen nobis nunquam satisfacimus. Coepimus enim mox intelligere, cognitum in primis opibus criticis, quantum opera nostra ab ea laude distaret, quam ardore studii juvenilis utique consecuturi eramus. Quo gratius atque exoptatius nobis accidit,

quod nunc libri denuo interpretandi opportunitas nobis oblata est. Quaecumque igitur hac operis editione correctae sunt atque emendatae (sunt autem plurimae), ea iam sic a viris doctis accipi volumus, ut eorum, quae olim aliter disputata fuerunt, memoria omnino aboleatur. Quae autem praeterea propria sunt pristino operi bona, ea rogamus legentes, ut porro aequi bonique consulant. Ceterum nos nunc etiam iis usos esse, quae viri docti de editione nostra passim disputaverunt, hic grato animo profiteri licebit, quanquam ubi ipsi verum pervidisse videremur, eorum sententias exponere aut refutare noluimus.

Praeter editiones memorandae sunt etiam quae vulgo dicuntur

Versiones operis.

Germanice nuper Philebum verterunt

- 1) *Fr. Hülsemannus* in libro: Ueber das Wahre, Gute und Schöne; drei Dialogen des Platon, Theaetet, Philebus, Hippias; insbesondere für junge Theologen nach einem berechtigten Texte übersetzt und mit Einleitungen nebst erläuternden Anmerkungen, welche besonders die Sachen betreffen, versehen. Lips. 1807. 8. II. Vol. Sed bonus Hülsemannus nec Graeca intellexit, nec rerum habuit satis subtilem cognitionem, ut totum opus praeter ea, quae aliunde excerpta sunt, fere nihil contineat, quod Platonis lectoribus usui esse possit.
- 2) *Fr. Schleiermacherus* Opp. Platon. Vol. II. Part. III. cuius operis virtutes notiores sunt, quam ut a nobis hic praedicandae sint. Quanquam vir egregius dum docere subtilius instituit, quo ordine singuli Platonis dialogi inter se nectendi atque coniungendi sint, ut alius alium tanquam praeparasse, ac doctrina Platonis veluti naturali incremento paulatim ad maioris perfectionis laudem aucta esse videatur, nostro quidem iudicio multa disputavit argute magis quam vere atque adeo, quae esset uniuscuiusque libri per se spectati ratio, rarius quam par erat quaerendum putavit. Quocirca de ordine scriptorum Platonum prudenter instituendo cum eo dissentimus plurimum, laetamurque vehementer, quod quae de

hac re in Prolegg. Volum. I. P. I. anno 1827. disputavimus, ea quum aliis tum Car. Fr. Hermannō non displicuerunt.

3) *Io. Casp. Götzius*: Platons Philebus, oder von der Lust; aus dem Griechischen übersetzt, und mit philosophischen und andern Anmerkungen erläutert. Augsburg, 1827. 8. Interpretatio non spernenda, quamquam Graeca minus accurate quam a Schleiermāchero expressa sunt. Anglice vertit Philebum *Floyer Sydenham*, cuius hoc opus est: *Philebus*, a Dialogue concerning the chief Good of Man. *The first Part.* (by Floyer Sydenham). Lond. 1779. 4. *Philebus*, a Dialogue concerning the chief Good of Man. *The second part.* Lond. 1780. 4.

Gallice liber conversus est in his operibus: *Les Dialogues de Platon*, traduits du Grec en François (par l'Abbé I. Grou). Amstel. Vol. II. 1770. 8. Additae sunt aliquot annotationes criticae. *Oeuvres complètes de Platon*, traduites par *Victor Cousin*. Paris. ap. Didot. Philebus tomo secundo continetur, atque illustratus est quum eleganti de argumento libri disputatione tum animadversionibus criticis. Quae hic leguntur, eadem haere vir eximius exposuit etiam in diario: *Journal des Savans* a. 1825. p. 420 sqq. 729 sqq. ubi meae editionis censuram egit; et a. 1826. p. 38 sqq. ubi de scholiis Olympiodori docte disseruit.

Singulos Philebi locos qui peculiaribus scriptis tractarunt, ii suis locis, si qua opus fuerit, in Commentariis nominabuntur. Hoc loco unam invabit memorasse disputationem *Lud. Fr. Ottonis Baumgarten-Crusii* — celeberrimi nunc apud Ienenses Theologiae Professoris — De Philebo Platónico, quae prodiit Lipsiae 1809. 4. In hoc enim libello priora tredecim dialogi capita usque ad p. 26. D. ed. Steph. doctissime sic illustrantur, ut et sententia totius loci exponatur accuratius, et verborum usus, sicuti res postulare visa est, uberrime declaretur.

Φ Ι Λ Η Β Ο Σ

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ, ΦΙΛΗΒΟΣ.

Cap. I. Ὅρα δὴ, Πρώταρχε, τίνα λόγον μέλ-
λεις παρὰ Φιλίβου δέχεσθαι νυνὶ καὶ πρὸς τίνα τὸν
παρ' ἡμῖν ἀμφισβητεῖν, ἐὰν μὴ σοι κατὰ νοῦν ἢ
λεγόμενος. βούλει συγκεφαλαιωσώμεθα ἐκάτερον;

T. II.
p. 11

P. 11. Ὅρα δὴ, Πρώταρχε.] Bekkerus ex Ven. Σ. rec.
ὦ Πρώταρχε. Sed vocativus sine ὦ est admonentis, ut ea vocula
nunc non indigeamus. v. ad Soplhist. p. 220. D. conf. mox p. 12.
B. 21. A. 28. B.

δέχεσθαι νυνὶ] Sic pro vulg. τὸν Bodl. Vat. Ven. II.
Recte; nam νυνὶ est nunc ipsum, diciturque de praesenti tem-
poris momento; v. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 242., quum τὸν
trium sit temporum. Recte hoc ex Heraclide docuerunt Etym.
M. p. 608. et Eustathius ad Odys. Σ. p. 1840.

πρὸς τίνα τὸν παρ' ἡμῖν] Libri τῶν, quod correxit
Schleiermacher. v. interpretat.

ἐὰν μὴ σοι κ. ν.] V. ἄν, invitis Bodl. Vat. Ven. II.

P. 11. Ὅρα δὴ, Πρώταρχε —] De exordio libri expo-
suimus Prolegg. p. 4 sqq.
καὶ πρὸς τίνα τὸν παρ'
ἡμῖν] Male vulgo scribebatur
τῶν παρ' ἡμῖν. Nam una tan-
tum fuerat sententia, quam So-
crates aliis consentientibus ad-
versus Philebum defenderat. Ita-
que verissime Schleierma-
cherus τὸν scribendum iudica-
vit, quod placuit etiam aliis,
quantumvis librorum auctoritati
alias omnia tribuentibus. Enim-
vero ita Socrates de sua ipsius
sententia loquitur δεικτικῶς; di-
cit enim hoc: καὶ τίς ἐστιν ὁ
παρ' ἡμῖν λόγος, πρὸς δὲ μέλ-

λεις ἀμφισβητεῖν, sive τίς οὐτός
ἐστιν ὁ λόγος, ὁ παρ' ἡμῖν,
πρὸς δὲ μέλλεις ἀμφισβητεῖν.
Gorg. p. 520. E. ἐπὶ ποτέρων
οὐκ με παρακαλεῖς τὴν θερα-
πείαν; Lysid. p. 203. B. παρὰ
τίνας τοὺς ἑμᾶς; Legg. I. p.
629. D. Reip. IX. p. 585. B.
Cratyl. p. 433. E. Phaed. p. 79.
B. Lucian. Diall. Mort. 13.
οκίπει, ὄντινα τὸν τρίτον πατέ-
ρα ἐπινοήσεις τῶ ὄντι; h. e.
ὅστις ὁ τρίτος πατήρ ἐστιν, ὃν
ἐπινοήσεις. Sed affatim exem-
plorum suppeditabunt A. Mat-
thiae Gramm. §. 265. 4. ann.
et Elmsleius ad Eurip. Bacch.
v. 492. Pro παρ' ἡμῖν ne quis

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φίλητος μὲν τοίνυν ἀγαθὸν εἶναι φησι τὸ χαίρειν πᾶσι ζώοις καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τέρψιν, καὶ ὅσα τοῦ γένους ἐστὶ τούτου σύμφωνα· τὸ δὲ παρ' ἡμῶν ἀμφισβήτημά ἐστι, μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ μεμνησθαι καὶ τὰ τούτων αὐτῶν ξυγγενῆ, δόξαν τε ὀρθὴν καὶ ἀληθεῖς λογισμούς, τῆς γε ἡδονῆς ἀμείνω καὶ λῶν γίγνεσθαι
C ξύμπασιν, ὅσαπερ αὐτῶν δυνατὰ μεταλαβεῖν· δυνατοῖς δὲ μετασχεῖν ὠφελιμώτατον ἀπάντων εἶναι πᾶσι

B. καὶ τὸ μεμνησθαι] τὸ ex Bodl. Vat. Ven. II. additum vulgo deerat.

οὕτω πως λέγομεν] λέγομεν Vat.

C. Δέχει δὲ τοῦτο] V. δέχη, contra auctoritatem Bodl.

requirat παρ' ἡμῶν, sicuti deinde scriptum legimus τὸ δὲ παρ' ἡμῶν ἀμφισβήτημα. Nam ὁ παρ' ἡμῶν λόγος est sententia nobis propria, quam nos tuemur ac defendimus. Infra p. 20. A. τὰ νῦν ἀμφισβητούμενα παρ' ἡμῶν. De Rep. IV. p. 435. A. καὶ φανερίαν γενομένην (τὴν δικαιοσύνην) βεβαιωσαίμεθ' ἂν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς. Sophist. p. 251. D. ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν λόγοις τιθώμεν.

B. ἀγαθὸν εἶναι φησι —] Jungas verba hunc in modum: τὸ χαίρειν φησὶν εἶναι ἀγαθὸν πᾶσι ζώοις κ. τ. λ. Cogitandum autem de summo bono, quo humana felicitas absolvitur, quamquam id nunc verbis non accurate exprimitur, quippe omisso ante ἀγαθὸν articulo. Non enim in se perinde esse, utrum dicatur εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, an εἶναι τὴν ἡδονὴν τὸ ἀγαθόν, facile tibi persuadebit Aristotel. Analytic. Prior. Lib. I. c. 40. p. 49. ed. Bekker. ἐπεὶ δ' οὐ ταυτὸν ἐστὶ τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν, καὶ τὸ εἶναι τὴν ἡδονὴν τὸ ἀγαθόν, οὐχ ὁμοίως θεῖον

τοὺς θροῦς, ἀλλ' εἰ μὲν ἐστὶν ὁ συλλογισμὸς, ὅτι ἡ ἡδονὴ τὰ ἀγαθόν, τὰ ἀγαθόν, εἰ δ' ὅτι ἀγαθόν, ἀγαθόν. οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Sed Platonem etiam alibi similiter omisisse articulum evincunt exempla rei iam olim memorata, Phaedon. p. 76. D. 77. A. De Rep. VI. p. 506. C. Hipp. mai. p. 293. E. Mox de ξύμφωνα genitivo adiuncto consulas Matthiae Gr. §. 379.

τὸ δὲ παρ' ἡμῶν ἀμφισβ. —] a nobis autem id vocatur in dubitationem, atque contenditur non ista, sed prudentiam et intelligentiam etc. Nam ἀμφισβήτην non raro sic dicitur, ut sit dubitantem contendere; cuius usus exempla congesimus ad Gorg. p. 452. C. et Erast. p. 136. D. Post μὴ ταῦτα subiungi deinde oportebat haec: κράτιστα καὶ λῶστα γίγνεσθαι ξύμπασιν; sed admissa levi orationis mutatione per anaecoluthon quoddam dicitur: τῆς γε ἡδονῆς ἀμείνω καὶ λῶν γίγνεσθαι κ. τ. λ. in qua sermonis conversione nemo temere offendet.

C. δυνατοῖς δὲ μετα-

τοῖς οὐσί τε καὶ ἐσομένοις. Μῶν οὐχ οὕτω πως λέγομεν, ὦ Φίλητε, ἐκάτεροι;

ΦΙ. Πάντων μὲν οὖν μάλιστα, ὦ Σάκρατες.

ΣΩ. Δέχει δὲ τοῦτον τὸν νῦν δίδόμενον, ὦ Πρώταρχε, λόγον;

ΠΡΩ. Ἀνάγκη δέχεσθαι· Φίλητος γὰρ ἡμῶν ὁ καλὸς ἀπειρήκε.

ΣΩ. Δεῖ δὲ περὶ αὐτῶν τρόπῳ παντὶ τάληθές πη περανθῆναι;

ΠΡΩ. Δεῖ γὰρ οὖν.

Vat., qui per totum hunc librum alteram secundae personae formam tuentur, quod interdum etiam alii faciunt. Vaticanum quidem librum, cuius collationem diligentissimam debemus Bastio, ne unum quidem locum habere novimus, quo vulgaris terminatio sola compareat.

σχεῖν ὠφελιμώτατον] Expectabas ὠφελιμώτατα. Sed numero singulari utitur propterea, quod in animo retinuit infinitivum μετασχῖν. Quocirca consequutio verborum haec est: δυνατοῖς δὲ μετασχῖν (αὐτῶν) ὠφελιμώτατον (αὐτὸ s. μετασχῖν) εἶναι κ. τ. λ. — Mox οὕτω πως λέγομεν est: sic fere indicamus et statuimus. Quod ideo monemus, quia Astium vidimus ἐλέγομεν requirere. Usus temporis praesentis attigimus ad Theaet. p. 188. D. Phaedon. p. 77. D. Euthyphr. p. 10. D. Hipp. mai. p. 302. E. al. Atque haec qui tenuerint, iis nec λέγομεν probabitur.

Δέχει δὲ τοῦτον τὸν νῦν δίδόμενον — λόγον;] Loquendi ratio haec ex eo habet explicationem, quod ad notissimum illud proverbium, δέχεσθαι τὰ δίδόμενα ἀνάγκη, respicitur. Gorg. p. 499. C. ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον τὸ παρὸν εἶ ποιεῖν καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ δίδόμενον παρὰ σοῦ. Expressit illud etiam Cicero Epistol. Famil. I. 1, 5. Quod

dat, accipimus: Simile est illud Euthydem. p. 285. A. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ χρῆναι ἡμᾶς παρὰ τῶν ξένων δέχεσθαι ἢ λέγονοι, ἢ ἐθέλωσι δίδόναι. Alcib. II. p. 141. C. οὐκ ἀσφαλές — τὰ δίδόμενα εἰκῆ δέχεσθαι. Plura suppeditabit Wytttenbach ad Plutarch. De Superstit. p. 1069. ed. Oxon.

Φίλητος γὰρ ὁ καλὸς] Crebrum hoc Atticae urbanitatis blandimentum. v. Hippiam mai. in. ibique ann. Dorvill. ad Charit. p. 23. Creuzer. ad Plotin. De Pulcrit. p. XVI. Wytttenbach. Epist. Crit. p. 33. ed. Lips. Boissonad. ad Aristaen. p. 295. et ad Philostr. p. 306.

Δεῖ δὲ περὶ αὐτῶν] Oportet igitur, sicuti convenit inter nos antea, rem aliquo modo ad liquidum perducere. Nam ita δὲ intelligimus, quod Astius in δέ commutari maluit.

τάληθές πη περανθῆναι] Gorg. p. 454. C. ἵνα οὐ τὰ σαντιῶ — ὅπως ἂν βούλη περανθῆς. Ibid. p. 472. B. περανθῆναι περὶ ὧν λόγος. Ibid.

Cap. II. ΣΩ. Ἴθι δὴ, πρὸς τούτοις διομολογήσόμεθα καὶ τόδε.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὡς νῦν ἡμῶν ἐκάτερος ἕξιν ψυχῆς καὶ διάθεσιν ἀποφραίνειν τινὰ ἐπιχειρήσει τὴν δυναμένην ἀνθρώποις πᾶσι τὸν βίον εὐδαίμονα παρέχειν. ἂν οὐχ οὕτως;

ΠΡΩ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν τὴν τοῦ χαίρειν, ἡμεῖς δ' αὖ τὴν τοῦ φρονεῖν;

ΠΡΩ. Ἔστι ταῦτα.

D. Ὡς νῦν ἡμῶν ἐκάτερος] Pro ἡμῶν, quod praebuerunt Bodl. Vat. Ven. II., vulgo erat ἀδῶν. In Flor. c. et Ven. Σ. nec ἡμῶν nec ἀδῶν legitur.

E. τοῦ ταῦτα ἔχοντος βεβ.] ταῦτ' Coisl. quod dedit

p. 497. D. Ἦνα περὶ ἀδῶν οἱ λόγοι. De Rep. VI. p. 502. E. τὰ τῶν γυναικῶν τε καὶ παιδῶν πεπέραται. Politic. p. 272. D. Ἦνα τὸ μετὰ τοῦτο εἰς τὸ πρόσθεν περὶ ἀδῶν. al.

D. Ὡς νῦν ἡμῶν ἐκάτερος ἕξιν ψυχῆς —] Hanc lectionem trium codicum praestantissimorum quilibet amplectetur facillime. Mirum tamen accidit, quod ceteri libri omnes cum editt. veteribus pro ἡμῶν habent ἀδῶν. Quod qui scripserunt, ii τῶν λόγων videntur intellexisse. Etiam Ficinus: uterque nostrum, unde Sydenhamus ἡμῶν scribendum coniecit. De discrimine τῆς ἕξιος καὶ τῆς διαθέσεως Aristot. Categor. c. 6. ἕξις ἐστὶ χρονιώτερον καὶ μονιμώτερον, διάθεσις ἐκλογικὸν καὶ ταχὺ μεταβάλλον. Galen. Protrept. p. 29. ed. Kühn. ἢ μὲν γὰρ ἕξις ἑμμοнос τις καὶ διαλλοιωτος διάθεσις.

E. τοῦ ταῦτα ἔχοντος

β. β.] Sc. τὸ κρείττω φαίηται. Cui quod ταῦτα, numero plurali, adiungitur, id etsi fraudem fecit viris doctis, tamen hodie non amplius mirabuntur qui comparaverint nostra ad Gorg. p. 447. A. ed. 2. Apolog. Socr. p. 19. D. Sympos. p. 187. D. De κρατεῖν vi superandi ac vincendi cum accusativo iuncto v. Matthiae Gr. §. 360. b.

P. 12. ὁμολογοῦμενά φατε] Non deerunt, qui ὁμολογημένα requirant. Nec, qui tres optimos codd. recensuerunt, haec videntur legisse sine offensione, siquidem correxerunt ὁμολογοῦμεν ἃ φατέ. Sed sincera est reliquorum librorum scriptura. Nam ὁμολογοῦμενα sunt de quibus etiam nunc convenit; v. ad Criton. p. 48. B. Gorg. p. 476. C. Quod quidem ita esse, facile senties verborum constructione in hunc modum mutata: ἄρα φατέ περὶ τούτων ἡμᾶς ὁμολογεῖν; Sed non opus est, opinor, copiosiore rei demonstratione.

ΣΩ. Τί δ' ἂν ἄλλη τις κρείττων τούτων φαίη; μῶν οὐκ, ἂν μὲν ἡδονῇ μᾶλλον φαίηται ξυγγενῆς, ἠττώμεθα μὲν ἀμφοτέροι τοῦ ταῦτα ἔχοντος βεβαίως Ε βίου, κρατεῖ δὲ ὁ τῆς ἡδονῆς τὸν τῆς φρονήσεως; 12

ΠΡΩ. Ναί.

ΣΩ. Ἄν δέ γε φρονήσαι, νικᾷ μὲν φρόνησις τὴν ἡδονήν, ἢ δὲ ἠτῶνται; ταῦθ' οὕτως ὁμολογοῦμενά φατε, ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δαὶ Φιλήβω; τί φῆς;

Bekkerus, qui omnino elisiones in hoc libro ex Coisl. ubique restituit: nos aliter fecimus.

P. 12. ὁμολογοῦμενά φατε] ὁμολογοῦμεν ἃ Bodl. Vat. Ven. II.

Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.] Editt. libris mss. invitis Ἐμοὶ οὖν δοκεῖ, quod mendum correxit Bekkerus in Commentariis. Enimvero Ἐμοὶ οὖν si legitur, quorsum οὖν pertineat, nemo quisquam dixerit. Differunt enim γε οὖν et γοῦν inter se sic, ut illud ubi reperitur, ibi γε ad vocabulum proxime antegressum referatur, οὖν autem sua ac propria vi et significatione igitur, ergo; valeat; ubi vero γοῦν dicitur, utraque voces consociatae vim confirmandi cum restrictione habeant, ut Lat. quidem certe; v. ad Politicum p. 257. D. Itaque γοῦν rectissime pro γ' οὖν restitutum esse in Apolog. Socr. p. 20. C. De Rep. I. p. 335. E. etiam nunc contendimus. Aliter tamen visum est Schneidero ad Remp. I. p. 335. E. qui γε οὖν ita usurpari opinatur, ut γε oppositionem efficiat, οὖν autem valeat ad declarandum consensum. Quod si verum esset,

sanequam etiam hoc loco altera scriptura sese recte esset habitura. Sed dubitamus vehementer de huius sententiae veritate. Nam οὖν confirmandi vim et potestatem ita tantum habere putamus, si cum aliis particulis ita in unam notionem veluti coalescit, ut singulae partes divelli cogitatione nequeant. Unde accidit, ut in quibusdam dictionibus cum antecedentibus una scripturae perpetuitate et continuatione coniungeretur. Quod ipsum in γοῦν ita evenit: quod tamen ideo saepenumero est depravatum, quia etiam γε οὖν in usu fuit. Ceterum nemo erit, quin sententiam hanc esse largiatur: Certe quidem ita mihi videtur. Iam vero hoc modo ubi vera intellexerimus, nec ineptum cuiquam videbitur, quod Ven. II. et Bastio testante Vat. obtulerunt Τί δαὶ Φιλήβω; idque nunc loco vulg. Τί δὲ Φιλήβω restituimus.

ΦΙ. Ἐμοὶ μὲν πάντως νικᾶν ἡδονὴ δοκεῖ καὶ δόξει· σὺ δέ, Πρώταρχε, αὐτὸς γνώσει.

ΠΡΩ. Παραδούς, ὦ Φίλιβε, ἡμῖν τὸν λόγον οὐκ ἂν ἔτι κύριος εἴης τῆς πρὸς Σωκράτη ὁμολογίας ἢ καὶ τούναντιον.

B ΦΙ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλὰ γὰρ ἀφοσιοῦμαι καὶ μαρτύρομαι νῦν αὐτὴν τὴν θεόν.

ΠΡΩ. Καὶ ἡμεῖς σοι τούτων γε αὐτῶν συμμέρο-

σὺ δέ, Πρώταρχε, αὐτὸς γνώσει.] Sic Bodl. Vat. pro vulg. σὺ δ', ὦ Πρ. Dein pro γνώσει Bodl. et corr. Vat. Ven. II. γνώσει, ut solent. Mox iidem tres libri παραδούς ὦ Φίλιβος.

B. τούτων γε αὐτῶν] γε additum e Bodl. Vat. Ven. II.

ἡδονὴ δοκεῖ καὶ δόξει.] Usitatus fuerit δοκεῖ τε καὶ δόξει, quod olim de coniectura dedimus. Infra p. 60. **B.** οὐ ταῦτ' ἔστι τε καὶ ἦν τὰ τότε λεγόμενα; Critto p. 49. **D.** ἄλλοις τιὸν ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. Ibid. p. 45. **C.** ἀπερ' ἂν καὶ οἱ ἐχθροὶ σου σπεινομέν τε καὶ ἰσπεύουσι. Menexen. p. 249. **C.** θεραπεύειν τε καὶ θεραπεύεσθαι. Theaet. p. 210. **C.** θυνμάσσοι ἄνδρες εἰδὼ τε καὶ γεγονάσι. Sophist. p. 244. **E.** πῶς γὰρ οὐ φήσουσι τε καὶ φασίν; Ibid. p. 258. **C.** καὶ αὐτῶν ἦν τε καὶ ἔστι μὴ ὄν. Politic. p. 264. **A.** ἐν ταῖς ἡμέραις ἦν τε καὶ ἔστι. De Rep. II. p. 377. **E.** μύθους τοῖς ἀνθρώποις ἤλεγόν τε καὶ λέγονται. Ibid. III. p. 391. **E.** ὡς ἀρα ταῦτα πράττουσι τε καὶ ἔπραττον. Ibid. V. p. 453. **C.** οὐδ' ἀποδοῦναι τε καὶ δέονται. Ibid. p. 457. **B.** κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λέλειπται. Legg. VI. p. 754. **B.** ἔναι γεγονάσι τε καὶ ἔσονται. Ibid. mox: ἔν γε τῇ παραύτῃ παιδείας ἀπορῆν στέργει τε καὶ στέργεται ὑπὸ τῶν γεννησάντων. Ibid. p. 771. **A.** ὅσας εἰχέ τε καὶ ἔχει. Nec aliter Latini. Cicero De offic. I, 17, §. 57. et in ea (republica) delenda occupati et

sunt et fuerunt. Ibid. I, 20, §. 69. multi autem et sunt et fuerunt, qui a negotiis publicis se removerunt. Philipp. I. c. 8. §. 20. itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res et iudicant et iudicantur. Nempe ita, quae sunt unius generis, tanquam inter se opposita accurate distinguuntur. Sed ut hoc loco Legg. X. p. 887. **D.** ἀνάγκη γὰρ δὴ χαλεπῶς φέρειν καὶ μισοῖν ἐκείνους, οἱ τούτων ἡμῖν αἰτίαι τῶν λόγων γεγέννηται καὶ γέγονται; atque alibi. Nec sine aliqua sententiae diversitate. Nam copula non geminata primariae sententiae partī aliquid per se cum vi et gravitate adiungitur tanquam secundarium. Quocirca hunc locum sic interpretari licebit: Mihi quidem voluntas omnino victoriam reportare videtur; et vero etiam videbitur. Quo sensu ubi verba acceperis, facile carebis voculae repetitione, quam nec ullus codex manu scriptus testatam habet.

σὺ δέ, Πρώταρχε, αὐτὸς γνώσει.] Formulam αὐτὸς γνώσει, ipse videris, attigimus ad Gorg. p. 595. **C.** Lachet. p. 187. **C.** cap. XII. in.

τυρες ἂν εἴμεν, ὡς ταῦτα ἔλεγες ἂ λέγεις. Ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἐξῆς, ὦ Σώκρατες, ὅμως καὶ μετὰ Φιλίβου ἐκόντος ἢ ὅπως ἂν ἐθέλη πειρώμεθα περαινεν.

Cap. III. ΣΩ. Πειρατέον ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ, ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαι φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα ἡδονὴν εἶναι.

ΠΡΩ. Ὁρθότατα.

Coisl. et rec. Ven. ΞΣ. Tum pro vulg. ἦμεν recte Ven. Σ. corr. εἴμεν, quod restituendum vidit Heindorf. ad Theaet. p. 298.

ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ] Pro δὴ Bodl. Vat. Ven. II. δε. Silet tamen Bastius de Vaticano.

ἢ καὶ τούναντιον.] Facili negotio correxeris τούναντιον, h. e. τῆς ἀπαρνήσεως. Sed τούναντιον adverbii instar est, ac sexcenties ita dicitur, ut sit vicissim, contra.

B. ἀλλὰ γὰρ ἀφοσιοῦμαι] **H.** e. solvo me religione, atque id tanquam nefas et impium aversor, eiusque rei causa ipsam deam testor, h. e. Voluptatem. Usus verbi ἀφοσιοῦσθαι, quo significat animum suum religione ita exsolvere, ut aliquid tanquam impium aut molestum repudies et averseris, s. religionis causa aliquid detestari, doctissime illustravit Wytenbachius ad Plutarch. De discerna. adul. ab amico p. 489. ed. Ox. — Vol. I. p. 386. ed. Lips. Omnes autem vocabuli significationes subtiliter rimatus est Leopoldus ad Plutarch. Num. c. X. p. 299 sqq.

ὅμως καὶ μετὰ Φιλίβου ἐκόντος —] Dicturus erat: ὅμως καὶ μετὰ Φιλίβου ἐκόντος ἢ καὶ ἀκόντος αὐτοῦ πειρώμεθα περαινεν. Sed pro ἢ καὶ ἀκόντος urbane, mutato repente sermonis tenore, infert haec: ἢ ὅπως ἂν ἐθέλη. In quibus accipitur levis quaedam anacolu-

thia. Praeterea diligenter observandum, ὅμως pertinere ad πειρώμεθα περαινεν prorsus eodem modo, quo participio praemittitur, quum tamen ad sequentia pertineat. Sic Phaedon. p. 91. **C.** Συμμάς φοβέται, μὴ ἢ ψυχὴ ὅμως καὶ θεϊότερον καὶ κάλλιον ὄν τοῦ σώματος προαπολλύηται. Lysid. p. 213. **A.** ὅμως καὶ μισοῦντα ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ πάντων μάλιστα ἔστι τοῖς γονεῦσι φίλιαι. Theaet. p. 145. **D.** Xenoph. Cyrop. V, 1, 26. VIII, 2, 21. Oeconom. XIV. 8. Memor. I, 2, 10. conf. Matthiae Gr. §. 566. 3. Itaque sententia verborum haec est: At nimirum quae deinceps sequuntur, o Socrate, ea etiam cum Philebo, sive voluerit sive noluerit, tamen communiter persequi conemur.

Πειρατέον ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ.] Pro δὴ optimi libri δέ. Sententia tamen vulgatam lectionem satis tuetur. Nam hoc dicit Socrates: Conandum id nobis ab ipsa scilicet dea exordientibus. Quid vero istud δέ hic valeat, vix quisquam dixerit. Nam quid tandem hoc est: Conandum id vobis, sed

C ΣΩ. Τὸ δ' ἐμὸν θεός, ὦ Προΰταρχε, αἰεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἀνθρώπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου. καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπη ἐκείνη φίλον, ταύτην προσαγορεύω· τὴν δὲ ἡδονὴν οἶδα ὡς ἔστι ποικίλον, καὶ ὅπερ εἶπον, ἀπ' ἐκείνης ἡμᾶς ἀρρομένους ἐνθυμῆσθαι δεῖ καὶ σκοπεῖν, ἥντινα φύσιν ἔχει. ἔστι γάρ, ἀκούειν μὲν οὕτως, ἀπλῶς ἐν τι, μορφὰς δὲ δήπου παντοίας

C. ταύτην προσαγορεύω] V. ταύτην, quod unus fere tenet Ven. H.

D. ἡδεσθαι δὲ καὶ τὸν ἀνοηταίνοντα] Quod vulgo hic post δὲ inserebatur αὐ, id abieci cum Bodl. Vat. Ven. H.

ab ipsa dea exordientibus? Nilominus Turicensis δέ, quod ex manifesta ortum est grammaticorum correctione, restituendum putarunt. Post τῆς θεοῦ Stephanus excidisse putabat ἀρρομένοις. Sed recte dicitur περιαιτέον περιαιτεῖν τὸν λόγον s. διαλέγεσθαι ἀπὸ τῆς θεοῦ. Theophrast. Charact. I. πρῶτον πειρήσομαι λόγον ἀπὸ τῶν τῆν εἰρωνεῖαν ἐξηλοκότων ἀφίεις τὸ προσημαίνεσθαι. Proxima sic accipienda sunt, ut Philebus putetur in sermone antea instituto contendisse atque affirmasse, voluptatem tanquam deam vulgo appellari Ἀφροδίτην, quam tamen vero nomine suo Ἠδονήν dici debuerit. Quocirca videtur homo voluptatis dignitatem atque magnitudinem ex eo voluisse declarare, quod ea adeo in numerum Deorum relata sit, quantum non vero nomine suo Ἠδονήν, sed nomine alio Ἀφροδίτην dicatur. Ceterum non negligendum, quod in altero membro τὸ δὲ ἀληθέστατον αὐτῆς ἄνομα κ. τ. λ. post relativum ἦν infertur αὐτῆς demonstrativum; cuius generis exempla bene multa congressimus ad

Gorg. p. 452. D. Alia supplebit Matthiae Gr. §. 469.

C. Τὸ δ' ἐμὸν θεός, ὦ Προΰταρχε] Censet Socrates mittendam esse istam de nominis ratione disceptationem; illud potius arbitratur diligenter animadverti oportere, quam varia sit atque multiplex voluptatis vis et significatio, quaeque vera sit eius natura. Quod quidem sic exprimit, ut sese dicat magna semper religione ac verecundia in usurpandis variis deorum nominibus teneri; quocirca se nec in praesenti velle de nomine Ἀφροδίτης quidquam decernere; illud autem certum esse et exploratum, nominis ἡδονῆς tantam esse ambiguitatem, ut rerum diversissimarum significationi inseruiat, siquidem non modo virtuti ac sapientiae, verum etiam stultitiae atque sceleri suae sint atque propriae voluptates. De veterum religione in usurpandis deorum nominibus atque πολωνυμίαι eorum, qua utebantur, ipse Plato Cratyl. p. 409. E. ὅπερ ἐν εὐχαῖς νόμος ἐστὶν ἡμῖν εὐχεσθαι οἱ τινὲς τε καὶ ὁπόθεν χαίρουσιν ὀνομαζόμενοι, ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς (τιοὺς

ἔλληψε καὶ τινὰ τρόπον ἀνομοίους ἀλλήλαις. ἰδὲ γάρ, ἡδεσθαι μὲν φαιμεν τὸν ἀκολασταίνοντα ἀνθρώπον, ἡδεσθαι δὲ καὶ τὸν σωφρονοῦντα αὐτῷ τῷ σωφρονεῖν· ἡδεσθαι δὲ καὶ τὸν ἀνοηταίνοντα καὶ ἀνοήτων δοξῶν καὶ ἐλπίδων μεστόν, ἡδεσθαι δ' αὖ τὸν φρονοῦντα αὐτῷ τῷ φρονεῖν· καὶ τούτων τῶν ἡδονῶν ἐκατέρως πῶς ἂν τις ὁμοίως ἀλλήλαις εἶναι λέγων οὐκ ἀνόητος φαίνοιτο ἐνδίκως;

ἡδεσθαι δ' αὖ τὸν φρονοῦντα] Vulgo καὶ ante τὸν insertum erat, quod eliminavi auctoritate Bodl. Vat. Ven. H. lidem deinde τὸν σωφρονοῦντα αὐτῷ τῷ σωφρονεῖν, quod redolet lucernam criticorum, qui praecedenti ἀνοηταίνοντα σωφρονεῖν potius quam φρονεῖν opponendum fuisse crederent.

θεοῦ) καλεῖν, ὡς ἄλλο μὴδὲν εἰδότης ubi v. ann. Quocirca vult etiam Socrates Ἀφροδίτην ταύτην προσαγορεύειν, ὅπη ἐκείνη φίλον. Sic enim rectissime codd. pro vulg. ταύτην πρ. Cratyl. p. 418. D. ταύτην ὀνομασάν ἡμέραν, ubi idem v. go ταύτην scribebatur. De ἐκείνη ad nomen proxime praegressum referendo v. Ast. Annot. ad Phaedr. Vol. X. p. 270 sq. Ceterum sententiam totius loci referunt Origenes adv. Cels. I. p. 20. et 4, p. 196, atque Iulian. Orat. VII. p. 236. D sqq.

ὡς ἔστι ποικίλον] H. e. varium et multiplex, quod quem specie sua facile deludat. v. ad Sympos. p. 182. B. — ὅπερ εἶπον; nam dixit antea, περιαιτέον ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ κ. τ. λ. ἀκούειν μὲν οὕτως,] si quis nomen sic audiat, re nondum accuratius pensitata, wenn man es so hört. Demosthen. adv. Leptin. §. 15. ἔστι δὲ τοῦτο, οὐτωσὶ μὲν ἀκούσαι, λόγον τινὰ ἔχον· εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ, ψεύδος αὐτῷ ὄν φανεῖται. Plat. Lysid. p. 216. A. εὐ γε, ἔφη ὁ Μενέξενος, ὡς γε οὕτωσὶ ἀκούσαι. Sed

affatim exemplorum collegerunt Reizius ap. Hermann. ad Viger. p. 744. et Matthiae Gr. §. 545. 2. Ceterum male vulgo οὕτως cum ἀπλῶς iungunt neglecta verborum distinctione, de qua re inquit Bastius Epistol. Crit. p. 37. ed. Lips. Nam οὕτως ἀπλῶς foret sic simpliciter, sine ulla exceptione, ut Symp. p. 180. C. Theaet. p. 468. C. De Rep. I. 331. C. 351. A. Protag. p. 351. D. Gorg. p. 468. C. Quod facile apparet in hunc locum minime congruere. Ne vero de ἀπλῶς ἐν τι, simpliciter unum quiddam, dubites, vel unquam ille Philebi locus p. 50. D. satis, opinor, proliabit.

D. τὸν ἀκολασταίνοντα ἀνθρώπον] Galenus T. V. p. 332. ed. Bas. ἀνθρώπον omittit. Quod fecit lubricinose. Neque vi sua caret vocabulum, quod constat saepenumero poni cum quodam contentu. v. Valcken. ad N. F. p. 336. — αὐτῷ τῷ σωφρονεῖν, eo ipso, quod temperans sit. — αὐτῷ τῷ φρονεῖν, eo ipso, quod sapiat.

ΠΡΩ. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἀπ' ἐναντίων, ὧ Σώκρατες, αὐταὶ πραγμαμάτων, οὐ μὴν αὐταὶ γε ἀλλήλαις ἐναντία. **E** πῶς γὰρ ἡδονὴ γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοίωτατον ἂν εἴη, τοῦτ' αὐτὸ ἐαντιῶ, πάντων χορημάτων;

ΣΩ. Καὶ γὰρ χοῶμα, ὧ δαιμόνιε, χοῶματι κατὰ γε αὐτὸ τοῦτο οὐδὲν διοίσει, τὸ χοῶμα εἶναι πᾶν, τό γε μὴν μέλαν τῷ λευκῷ πάντες γινώσκουμεν ὡς πρὸς τῷ διάφορον εἶναι καὶ ἐναντιώτατον ὄν τυγχάνει· καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι κατὰ ταῦτόν· γένει μὲν ἐστὶ πᾶν ἕν, τὰ δὲ μέρη τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ

E. ὧ δαιμόνιε, χοῶματι κατὰ γε αὐτὸ τ.] Pro χοῶματι Ven. Z et corr. H. χοῶματος, quod Astio placebat. Sed interpunctione post χοῶματι restituta non opus est mutatione. v. interpretat. Dein vulgo τὸ χοῶμα εἶναι τὸ πᾶν; sed articulum ante πᾶν om. Bodl. Vat. Ven. AΞΠ. Coisl. Par. BCH. Aug.

Εἰσὶ μὲν γὰρ ἀπ' ἐναντίων] Toto hoc loco diligenter animadvertendum est, Protarchum ea duci opinione, ut generis notionem mordicus teneat, partium et formarum diversitatem paene negligat atque tollat. Errat igitur ille contrario modo, atque faciunt alibi apud Platonem sophistarum filii, qui fere haerent in partibus atque formis notionum, ad genera earum vix ac ne vix quidem animus advertunt. Quod non caret causa idonea, sicuti apparebit ex iis, quae de Philebi artificio in Praefat. exposuimus.

πῶς γὰρ ἡδονὴ γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοίωτατον.] Ne mireris usum vocularum μὴ οὐ. Inest enim in interrogatione negandi vis ac potestas. v. Matthiae Gr. §. 609. 4. a. γ. p. 1452. ed. 3. Pro τοῦτ' αὐτὸ ἐαντιῶ etiam nunc requiritur τὸ γ' αὐτὸ ἐαντιῶ. Nihil enim ad sententiam momenti facit istud τοῦτ' αὐτὸ.

Καὶ γὰρ χοῶμα, ὧ δ., χοῶματι κατὰ γε αὐτὸ τ.] Perperam post χοῶματι ante nos olim ommissa fuit distinctio.

Etenim repetendum ex antecedentibus est ὁμοίωτατον ἂν εἴη. Quo facto quae sequuntur recte per epexegesin sine copula vel coniunctione adficiuntur. Neque iam γε istud spreverim, quod fuit qui in μέν mutatum vellet. Nam quomodo differat ab γὰρ, satis docebunt quae scripsimus ad Sympos. p. 180. D. quibus adde Schaefer. ad Dionys. de Comp. Verb. p. 406. Apparatus ad Demosthen. Vol. I. p. 784 sq. Schneider. ad Xenoph. Hieron. I. 11. Cyrop. IV. 3, 18. Dobraeum ad Aristoph. Comment. VII. 1. p. 510. ed. Lips. Nec vero Astius audiendus est, qui pro χοῶματι corrigendum censuit χοῶματος, his verbis cum iis, quae sequuntur, una perpetuitate coniunctis. Nam unice veram esse nostram rationem, prorsus evincunt proxima: καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι κατὰ ταῦτόν, ad quae item intelligendum relinquitur ὁμοίωτατον ἂν εἴη. Verum hic quoque ante nostram editionem post ταῦτόν deerat interpunctio. Est vero in his eadem epexegesis, quae in antecedentibus cernitur, neque est

τὰ μὲν ἐναντιώτατα ἀλλήλοις, τὰ δὲ διαφορότητα ἔχοντα μυσίαν που τυγχάνει. καὶ πόλλ' ἕτερα οὕτως **13** ἔχονθ' εὐρήσομεν, ὥστε τοῦτω γε τῷ λόγῳ μὴ πιστεύετε, τῷ πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἐν ποιούντι. φοβοῦμαι δὲ μὴ τινὰς ἡδονὰς ἡδοναῖς εὐρήσομεν ἐναντίας.

ΠΡΩ. Ἰσως· ἀλλὰ τί τοῦθ' ἡμῶν βλάβει τὸν λόγον;

ΣΩ. Ὅτι προσαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ἄντα ἐτέρῳ, γήσομεν, ὀνόματι. λέγεις γὰρ ἀγαθὰ πάντ' εἶναι τὰ ἡδέα. τὸ μὲν οὖν μὴ οὐχ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα

Flor. a. b. c. i. Vulgatam tenet Galenus V. p. 332. ed. Bas.

P. 13. τί τοῦθ' ἡμῶν βλάβει V. ἡμῶν, invitis Bodl. Vat. Ven. AΞΠΣ. Coisl. Par. BCFH. Aug. Flor. a. b. c. i. Μοχ Coisl. ὅτι ἀνόμοια.

cur γένει μὲν γὰρ ἐστὶ corrigendum statuas. v. ad Gorgiam p. 464. B. Legg. VII. p. 791. A. XII. P. 957. A. Protagor. p. 338. C. Xenoph. Cyrop. III. 2, 28. Homer. Odys. β. 96. δ. 160. al. De χοῶμα et σχῆμα coniuncto v. ad Gorg. p. 465. B.

P. 13. μὴ τινὰς ἡδονὰς ἡδ. εὐρήσομεν] Metuo, inquit, num forte voluptates quasdam inventuri simus voluptatibus contrarias, h. e. puto futurum esse, ut voluptates voluptatibus contrariae appareant. Nam μὴ cum indicativo post eiusmodi verba iunctum indicat, id quod metuatur, revera futurum esse vel esse vel fuisse. Germanice dixeris: ich fürchte, ob wir nicht irgendwo Luste finden werden, die andern entgegengesetzt sind. De Rep. V. p. 451. A. φοβερόν καὶ σφαλερόν — μὴ σφαλεῖς τῆς ἀληθείας κέλομαι. Aristoph. Nubb. v. 489. δέδοικα δ., ὧ φοβοῦμαι, μὴ πληγῶν δέει, ubi v. Herrmann. coll. ann. ad Eurip. Med. v. 310. Soph. Aiac. v. 272. Electr. v. 992.

Nos germanice haec sic interpretamur: ich fürchte, o Alter, ob du nicht Prügel bedarfst. Phaedon. p. 84. E. φοβείσθε, μὴ δυσκολώτερόν τε γὰρ διακείμαι ἢ ἐν τῷ πρόοθεν βίῳ, h. e. ihr fürchtet, ob ich nicht wirklich mich jetzt in einer üblern Stimmung befinde als früher. De eodem temporum praeteritorum usu diximus ad Menon. p. 89. C.

τί τοῦθ' ἡμῶν βλάβει τὸν λόγον;] quid hoc nostrae rationi officiet? Ὅτι προσαγορεύεις — ἐτέρῳ φήσομεν ὀνόματι] Locus ab interpretibus variis modis vexatus. Grouius enim, Gallicus interpres, p. 234. ante προσαγορεύεις suspicatus est οὐ, particulam negantem, inseri oportere. Heindorfius Spec. Crit. p. 20. pro ἐτέρῳ scribendum censuit ἐπὶ γέ τῳ, h. e. uno certe aliquo nomine. Baumgarten-Crusius porro p. 22. maluit reponi προσαγορεύσει, addita hac interpretatione: compellabit, compellare nos iubebit, di-

B λόγος οὐδεις ἀμφισβητεῖ· κακὰ δὲ ὄντ' αὐτῶν τὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δέ, ὡς ἡμεῖς φασί, ὅμως πάντα σὺ προσαγορεύεις ἀγαθὰ, αὐτὰ ὁμολογῶν ἀνόμοια εἶναι, τῷ λόγῳ εἰ τις σε προαναγκάζῃ. τί οὖν δὴ ταύτων ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς ἐνὸν πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις;

B. ὅμως πάντα σὺ προσαγορεύεις] πάντα om. Bodl. Vat. et pr. Ven. II. v. interpret.

versas illas ἐτέρῳ etiam, ἀνόμοιῳ, δόμοιαι, neque vero uno illo τοῦ ἀγαθοῦ. Alii etiam aliter. Sed nihil istorum omnium nobis nunc probatur. Hoc enim dicit Socrates: Officiet sane ista diversitas voluptatum rationi nostrae eo, quod tu, quae inter se dissimilia sunt et contraria, ea alio nomine atque oportebat quodque cum dissimilitudine illa minime convenit, appellas; vocas enim omnia communi bonorum nomine. Quippe voluptates quoniam ita inter se differunt, ut aliae turpes, aliae honestae iudicandae sint, sponte consequitur, non posse omnes sine discrimine bonas appellari. Id enim rationi mirum quantum adversatur. Ita igitur nihil hic videmus, quod ineptum aut obscurum merito appellari queat. Nec vero Stephanus in isto φησομεν debebat offendere, quod infertur per parenthesis. Eodem modo infra p. 42. E. εἰ δ' οὖν μὴ γένοιτο, φήσω, τὸ τοιοῦτον, τί ποτε ἀναγκαῖον ἐξ αὐτοῦ συμβαίνειν ἡμῖν; Phaedon. p. 59. E. ἀνεξ, φήσ, ἦσαν οἱ λόγοι; Ibid. p. 106. B. ὡς περ τὰ τρία οὐκ ἔστιν, ἔφημεν, ἔργον. Ceterum rem ipsam persequitur philosophus etiam De Republ. VI. p. 505. C. τί δαίς; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ἔριζόμενοι μὴν

μή τι ἑλάττωτος πλάνης ἡμιπλοῦ τῶν ἐτέρων; ἢ οὐ καὶ οὗτος ἀναγκάζονται ὁμολογεῖν ἡδονὰς εἶναι κακάς; Σφόδρα γε. Συμβαίνει δὲ αὐτοῖς, οἶμαι, ὁμολογεῖν ἀγαθὰ εἶναι καὶ κακὰ ταῦτα. κ. τ. λ. μὴ οὐχ ἡδέα — ἀμφισβητεῖ] Legg. I. p. 650. B. οὐδένας ολόμεθα ἀμφισβητῆσαι μὴ οὐ πείραν ταύτην εἶναι κ. τ. λ. Sed v. Matthiae Gr. §. 609. 3. Mox istud καὶ ἀγαθὰ δὲ sic accipimus, ut eo praegressa verba quodammodo corrigantur atque limitentur. Sed quum pleraque ex istis mala sint, quanquam etiam bona in iis reperiuntur, ut nos arbitramur, tamen tu omnia bona appellas, etiamsi ea inter se dissimilia esse fatearis, si quis teratione s. argumentis cogat. Quocirca non opus esse putamus cum Astio τὰ δὲ καὶ ἀγαθὰ, aut καὶ οὐκ ἀγαθὰ, corrigere. De καὶ — δέ, et vero etiam, quod superioribus aliquid adiungit cum quadam oppositione, v. Criton. p. 51. A. Theaet. p. 171. E. Legg. II. 665. B. et quae congresserunt Astius ad Legg. p. 54. Schaefer. ad Long. p. 349 sq. Hartung. De Particul. Graec. Vol. I. p. 181 sq. Post ὅμως quod tres optimi libri πάντα omittunt, vercor ne vocabulum abiecerint praepostera sedulitate critici, qui illud antegressis istis αὐτῶν τὰ

ΠΡΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἷμαι γάρ τινα συγχωρήσεσθαι, θέμενον ἡδονὴν εἶναι τὰγαθόν, εἴτα ἀνέξεσθαι σου λέγοντος τὰς μὲν εἶναι τινὰς ἡδονὰς ἀγαθὰς, τὰς δὲ τινὰς ἐτέρας αὐτῶν κακάς;

ΣΩ. Ἄλλ' οὖν ἀνομοίους γε φήσεις αὐτὰς ἀλλήλαις εἶναι καὶ τινὰς ἐναντίας.

B. τὰς μὲν εἶναι τινὰς ἡδονὰς ἀγαθὰς,] ἡδονὰς Vat. omittit, Bodl. Coisl. Ven. II. Par. C. post ἀγαθὰς collocant.

πολλὰ adversari putarent; nisi forte ideo est extrusum, quia quod subiungitur αὐτὰ, id non cum ὁμολογῶν ἀνόμοια εἶναι, sed cum προσαγορεύεις ἀγαθὰ copulaverunt. Verum ut res sese habet, qui sententiam loci accurate perpenderit, ii πάντα optime cum ea convenire facile largientur. Ceterum τῷ λόγῳ coniunximus cum προαναγκάζοι, quum vulgo interpunctione ante εἰ τις facta ad ὁμολογῶν ἀνόμοια εἶναι referatur, sensu aut nullo aut perinepto. Errorrem nuperi editores sedulo propagarunt.

B. τί οὖν δὴ ταύτων — προσαγορεύεις;] Mira structura verborum, orta, nisi fallor, ex anacoluthia. Scribi poterat sic: τί οὖν δὴ ταύτων ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς ἐστίν, ὡςτε πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι σε προσαγορεύειν; vel hunc in modum: τίρος οὖν δὴ ταύτων — ἐνότιος πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις; quid igitur in malis pariter atque in bonis voluptatibus inest commune, ut eas omnes boni nomine ornandas existimes? Sed loco posterioris constructionis positus est nominativus τί — ἐνὸν aut quia scriptor dicturus erat: τί οὖν δὴ — ἐνὸν αὐτὸ ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις; aut quia ἐνεσι more impersonalium verborum, licet addito iam sub-

iecto, in participio neutrius generis poni posse sensit, de qua ratione v. Matthiae Gr. §. 564. aut denique, quod τί οὖν δὴ ταύτων ἐνὸν accusativum posuit ad designandum id, cuius ratio in boni nomine ponendo haberi posset. Primam rationem fate-mur maxime nobis probari. Nam recte sane dici poterat: τί οὖν δὴ ταύτων ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς ἐνὸν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι προσαγορεύεις, pro τί ἐνεστιν, ὡςτε αὐτὸ ἀγαθὸν σε προσαγορεύειν. Hoc ipsum igitur audaciore quadam orationis mutatione facta ita expressit, ut pro αὐτὸ ἀγαθὸν dixerit πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι πρ. Ceterum εἶναι istud ne quis moleste ferat, verba nominandi frequenter ita construuntur, v. Cratyl. p. 396. B. Tim. p. 59. A. Parmenid. p. 133. D. Lachet. p. 192. A. Theaet. p. 160. B. al. conf. Schaefer. ad Dionys. Hal. De Comp. Verb. p. 141. Iacobs Additam. ad Athen. p. 225.

εἴτα ἀνέξεσθαι σου λέγοντος] Repetunt haec verba cum vi quadam praegressum illud συγχωρήσαι, quod egregie convenit orationi paulo vehementiori atque concitatiiori. Sic Theaet. p. 171. B. ubi post ὑπό γε ἐκείνου ὁμολογήσεται deinceps infertur ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς συγχωρήσεται. vide ibi ann. Similis ratio est ibid. p. 172. B. al. Quod εἴτα ante ἀνέξεσθαι interpositum

HPΩ. Οὔτι καθ' ὅσον γε ἡδοναί.

ΣΩ. Πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν φερόμεθα λόγον, ὃ Πρώταρχε. οὐδ' ἄρα ἡδονὴν ἡδονῆς διάφορον, ἀλλὰ πάσας ὁμοίας εἶναι φήσομεν, καὶ τὰ παραδείγματα ἡμᾶς τὰ νῦν δὴ λεχθέντα οὐδὲν τιτρώσκει, πειρασό-
D μεθα δὲ καὶ ἐροῦμεν ἄπερ οἱ πάντων φανότατοι τε καὶ περὶ λόγους ἅμα νέοι.

HPΩ. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ὅτι σὲ μιμούμενος ἐγὼ καὶ ἀμυνόμενος ἐὰν τολμῶ λέγειν ὡς τὸ ἀνομοιοτάτων ἐστὶ τῶ ἀνομοιοτάτῳ πάντων ὁμοιοτάτων, ἔξω τὰ αὐτὰ σοὶ λέγειν, καὶ φανοῦμέθα γε νεώτεροι τοῦ δέοντος, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν ἐκπεσὼν οἰχθήσεται. πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουά-

C. Οὔτι καθ' ὅσον γε ἡδ.] γε post οὔτι interponunt Ven. A. Flor. a. b. c. i.

ἡδονὴν ἡδονῆς διάφορον] V. ἡδονὴ ἡδονῆς, quod ex Ven. AΣΣ. Coisl. Par. BCH. Flor. a. b. c. i. et corr. Ven. II. correctum. Accusativum tunc etiam editt. Bass. 1. et 2. Proximum εἶναι om. Ven. AΣ. Par. BEFH. Angel. Flor. a. c. et pr. Ven. E.

est. de eo v. ann. ad Phaedon. p. 70. E. Ad ἀνέχεσθαι σου λέγοντος autem contendas haec. Gorg. p. 491. A. ἢ οὔτε ἐμοὶ ἀποβάλλοντος ἀνέξει οὔτε αὐτῶς ἐρεῖς; De Rep. VIII. p. 564. D. οὐκ ἀνέχειται τοῦ ἄλλου λέγοντος. Ibid. X. p. 613. D. ἀνέχει — λέγοντος ἐμοῦ. Euthydem. p. 278. E. al. Constructionem notarunt etiam Coraes ad Isocrat. p. 47 et 100. et Creuzerus ad Proclum I. p. 101. Denique de τινάς post τὰς μὲν et τὰς δὲ illato v. Matthiae Gr. §. 288. coll. Euthyphron. p. 12. A. De Rep. I. p. 339. C. Legg. II. 658. B. p. 669. A. Xenoph. Cyrop. I. 4. 15. Vis pronomini satis aperta est. Nam hoc dicit Protagoras; putasne quemquam te laturum esse dicentem,

alias aliquas voluptates bonas esse, alias autem nescio quas malas?

Οὔτι καθ' ὅσον γε ἡδοναί.] Haudquaquam, quatenus sunt voluptates. v. ad Phaedon. p. 81. D.

C. οὐδὲν τιτρώσκει] H. e. οὐδὲν ἡμῶν τὸν λόγον βλάπτει. Metaphora a pugnantibus sumpta, ut p. 41. B. 43. A. p. 23. B. al.

D. ἐὰν τολμῶ λέγειν] si sustineo neque erubescere dicere; v. ad Alcibiad. II. p. 138. C. Apolog. Soer. p. 39. A. Menex. p. 245. C. Dein in verbis ἐκπεσὼν οἰχθήσεται metaphora petita est a navibus, quae tempestatibus iactatae cursum non possunt tenere ideoque ad litus vel scopulos deferuntur. Legg.

μεθα, καὶ τάχ' ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας ἴσως ἂν πρὸς ἀλλήλοις συζητήσομεν.

HPΩ. Λέγε πῶς;

Cap. IV. ΣΩ. Ἐμὲ θεῖς ὑπὸ σοῦ πάλιν ἐρω-
τώμενον, ὃ Πρώταρχε.

HPΩ. Το ποῖον δὴ;

ΣΩ. Φρόνησις τε καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς καὶ πάνθ' ὁπόσα δὴ κατ' ἀρχὰς ἐγὼ θέμενος εἶπον ἀγαθόν, διερωτώμενος ὅ τί ποτ' ἐστὶ τὰγαθόν, ἃ οὐ ταῦτόν πείσονται τοῦτο, ὅπερ ὁ σὸς λόγος;

HPΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πολλοὶ τε αἱ ξυνάπασαι ἐπιστήμαι δόξουσιν εἶναι καὶ ἀνόμοιοι τινες αὐτῶν ἀλλήλαις. εἰ δὲ καὶ ἐναντία πῃ γίνονται τινες, ἃ ἄξιός ἂν εἶην τοῦ 14

τὰ νῦν δὴ λεχθέντα] V. δὴ τὰ νῦν, quod mutatum est ex Bodl. Vat. Ven. II. Dein pro πειρασόμεθα Vat. Ven. II. πειρώμεθα. Bodl. πειρώμεθα. Ven. E. Par. F. πειρασώμεθα.

D. ἢ μὴν ἐκπεσὼν] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Sed vett. editt. ἐκπεσὼν ἡμῖν.

E. θέμενος εἶπον ἀγαθόν.] V. ἀγαθά, quod auctoritate Bodl. Vat. Ven. II. Par. H. mutavi.

καὶ ἀνόμοιοι τινες] Bodl. Vat. Ven. II. ἀνόμοια.

IX. p. 866. C. ἂν μὲν κατὰ θάλατταν ἐκπλήτη πρὸς τὴν χώραν. Thucyd. II. 92. ἐξέπειον ἐς τὸν Ναυκακίων λιμένα. Xenoph. Anab. VI. 4. 2. οὐς ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων ἐκπλητορίας. Eurip. Helen. v. 409. καὶ νῦν τὰς νηυσὶς — ἐξέπειον ἐς γῆν τήνδε. Ibid. v. 1211. Αἰβόης ἀλμύρονος ἐκπεσόντα πρὸς πέτραις. Usterhusius ad Luciani Nigrin. c. 8. Quocirca eleganter subiicitur, πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουάμεθα. Nam ἀνακρουέσθαι dicuntur, qui navem remis inlibent atque retrocedunt; id quod docuerunt Valcken. ad Herodot. VIII. 84. Wesseling. ad Diod. I. p. 418. Gronov. ad Liv. III. 30. et in Obs. IV. 26. Beck. ad Aristoph. Avv. p. 67.

ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας] Schol. ἀπὸ μεταφορᾶς εἰρηται τῶν παλαιόντων. Intelligendum est λαβὰς. Sophist. p. 231. C. τὰς ἀπύσας μὴ ἡδίων εἶναι διαφεύγειν. Phaedr. p. 236. C. εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐληλυθας. De Rep. VIII. in. πάλιν τοῖνυν, ὡς περὶ παλαιότητος, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε. Legg. III. 682. E. Significat autem Socrates; etiam sapientiae formas ac species fore varias ac diversas, quantumvis genus illius idem sit; quocirca illam eandem esse habituram reprehensionem.

ὁπόσα δὴ κ. ἀρχὰς — εἶπον ἀγαθόν] Vulgo erat ἀγαθά. Nunc melioribus codicibus obtemperantes dedimus ἀγαθόν. v. p. 11. B.

διαλέγεσθαι ἤν, εἰ φοβηθεῖς τοῦτ' αὐτὸ μηδεμίαν ἀνόμοιον φαίην ἐπιστήμην ἐπιστήμη γίγνεσθαι, καὶ περὶ ἡμῶν οὗτος ὁ λόγος ὡς περὶ μῦθος ἀπολόμενος οἴχοιτο, αὐτοὶ δὲ σωζόμεθα ἐπὶ τινος ἀλογίας;

ΠΡΩ. Ἄλλ' οὐ μὴν δεῖ τοῦτο γενέσθαι, πλὴν

P. 14. μηδεμίαν ἀνόμοιον] V. ἂν ὁμοιον, manifesto errore, et codd. mss. invitis.

ΠΡΩ. Ἄλλ' οὐ μὴν δεῖ —] Vulgo hic Protarchi nomen et mox ante Τὴν τοίνυν διαφορότητα nomen Socratis deest. Emen- davit Schützius, consentientibus codd. non paucis, qui utroque loco

P. 14. ὡς περὶ μῦθος ἀπο-
λόμενος οἴχοιτο,] Hoc di-
cit: Sin autem contrariae
aliquae reperiuntur scien-
tiae formae, num ego dig-
nus sim qui nunc tecum
dissideram, si istud ipsum
reverens nullam conten-
dam scientiam esse dissi-
mitem scientiae, atque
tum disputatio tanquam
fabula in nihilum abeat,
nos ipsi autem veluti in
temeritatis vehiculo (i. e.
ad absurdum quiddam et rationi
contrarium confugientes) con-
servemur? Duplex est in his
sic explicandum, ut alterum ad
protasin, alterum ad apodosin
referatur; v. ad Menon. p. 72. B.
Alius generis sunt de quibus mo-
nui ad Gorg. p. 453. C. Pro-
verbii instar est ὁ μῦθος οἴχοιται,
ὁ μῦθος ἀπόλετο, et contrarium
ὁ μῦθος ἐσώθη. Origines huius
loquendi consuetudinis demon-
strat Photius p. 279. I. Μῦ-
θος ἐσώθη ἐπὶ ἐσχάτῳ τοῖς λεγομέ-
νοις μύθοις τοῖς παιδίοις. Quod
eleganter ad rem suam transtulit
Plato Reip. X. p. 621. B. μῦθος
ἐσώθη καὶ οὐκ ἀπόλετο καὶ ἡμῶς
ἂν σώσειεν, ἂν πειθόμεθα αὐτῷ.
Legg. I. p. 645. B. οὕτω δὲ —
ὁ μῦθος ἀρετῆς σεωσμένος ἂν
εἴη, et alibi. Iam vero similiter
de iis, quae non ad finem per-
ducuntur aut disseruntur frustra,

ὁ μῦθος οἴχοιται, ὁ μῦθος ἀπό-
λετο frequentatur. Theaet. p. 164.
D. καὶ οὕτω δὴ μῦθος ἀπόλετο
ὁ Πρωταγόρειος καὶ ὁ σὸς ἄμι.
Euthydem. p. 68. D. Denique
in his: σωζόμεθα ἐπὶ τινος ἀλο-
γίας, agnoscimus impropiam
orationem cum propria mixtam
et temperatam. Plenius Phae-
don. p. 85. D. τὸν γούτ βέλτιστον
τῶν ἀνθρώπων λόγων λαβόντα
καὶ διεξελεγκνότερον, ἐπὶ τοῦ-
τον ὀχοῦμενον, ὡς περὶ ἐπὶ σχε-
δίας κινδυνεύοντα διαπλευοῦν τὸν
βλον, εἰ μὴ τις δύναται ἀσφαλ-
στερον καὶ ἀκινδυνότερον ἐπὶ βε-
βαιότερον ὀχέματος, λόγου θείου
τινός, διαπορευθῆναι. conf. ad
p. 58. B.

ΠΡΩ. Ἄλλ' οὐ μὴν δεῖ —
καὶ διαφοροῖ.] Haec multo
melius Protarcho quam, ut vulgo
fit, Socrati assignari scite et
elegantiter iudicavit Schützius
Opusc. Philol. p. 127. Nam rati-
oni consentaneum est Protar-
chum, priusquam suum istud Δεῖ
γάρ σὸν enuntiat, iam consen-
sisse de iis, quae Socrates an-
tea dixerat. Itaque his verbis
profertur, se quoque admitti
nolle crimen absurditatis alicuius
aut temeritatis, quamquam τὸ
σωθῆναι sibi placeat, h. e. quam-
quam optet, ut sua vincat sen-
tentia. Accedit igitur Socratis
iudicio, et ἡδονὰς pariter atque
ἐπιστήμης inter se diversas esse
concedit. Nam γιγνέσθαι est

τοῦ σωθῆναι. τὸ γὰρ μὴν μοι ἴσον τοῦ σοῦ τε καὶ
ἐμοῦ λόγον ἀρέσκει· πολλαὶ μὲν ἡδοναὶ καὶ ἀνόμοιοι
γιγνέσθων, πολλαὶ δὲ ἐπιστήμαι καὶ διάφοροι.

ΣΩ. Τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρωταρχε,
τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτό-

hoc personae signum (:) habent, veluti Vatic. Ven. ΑΞΣΗ. Pro
vulg. τοῦτο δεῖ ex plurimis codd. inverso ordine δεῖ τοῦτο restitui-
mus. δὲν τοῦτο tres optimi.]

ἀνόμοιοι γιγνέσθων] γιγνέσθων Bodl. Coisl. Ven. Α. Par.
B C E F H. sed. v. interpret.

concedentis, ut Lat. diversae
sunt. Gorg. p. 47. C. τὴν δὲ
ἄλλην ἐπίδειξιν ἐσαῦθις - ποιη-
σάσθω. Euthyphron. p. 9. C. εἰ
βούλει, πάντες αὐτὸ ἡγέσθωσαν
θεοὶ ἄδικον καὶ πάντες μισούτων.
Sophoc. Antig. v. 74. σοὶ δ'
εἰ δοκεῖ, τὰ τῶν θεῶν ἐντιμὴ
ἀτιμάσασ' ἔχε. Sed non infre-
quens hic imperativi usus est.

B. ΣΩ. Τὴν τοίνυν δια-
φορότητα —] Ficinus: Dif-
ferentiam itaque mei ac
tui boni, o Protarcho, mi-
nime abscondentes, sed
in lucem potius educen-
tes, feramus, si qui exa-
minantes inquirant. Unde
Cornarius reponi iubebat: τλω-
μεν ἐλεγχόμενοι, ἂν πη
μηνύσωσι, sc. αἰ διαφοροῖτες.
Sed displicet transpositionis auda-
cia. Audacior etiam Schleier-
machi est coniectura legen-
dum putantis: τολμῶμεν, ἂν πη
ἐλεγχόμενῃ μηνύσῃ. Multo lenius
Grouius p. 237. et Heindorf.
Specim. Crit. p. 20. coni. τολμῶ-
μεν, ἂν πη ἐλεγχόμενῳ (sc. τὸ
ἐμὸν καὶ τὸ σὸν ἀγαθὸν) μηνύ-
σωσιν. At enim vero, ut nihil
dicam de usu numeri dualis, qui

certe aliquantum offensionis ha-
bet, non ipsa utriusque boni na-
tura, sed potius diversitas for-
marum atque partium utriusque
propria dicitur fortasse indicatur
esse, si exploretur diligentius,
num voluptas, an scientia, an
tertium quiddam pro summo et
absoluto bono ducendum sit. At-
que hoc si ita est, facile appa-
ret, nec ad ἐλεγχόμενοι aut intel-
ligi ex superioribus aut de con-
iectura addi posse οἱ λόγοι, quo-
rum alterum Bernhardio Syn-
tax. Gr. p. 430. alterum Win-
ckelmanno Praefat. ad Phileb.
edit. min. p. IX. placuit. Nam
quod frequens est loquutio μηνύει
ὁ λόγος, id profecto nihil ad rem
facit, quum illud potius quaeratur:
quid nunc ipsi sententiae
sit consentaneum. Quod ipsum
etiam de loco Timaei p. 55 D.
ita iudicandum est, quem de-
pravavit Winckelmannus
commendata hac scriptura: τὸ
μὲν οὖν δὴ παρ' ἡμῶν ἔνα αὐτὸν
κατὰ τὸν εἰκότα λόγον περιπότα
μηνύει λόγος. Nam istud λόγος
ibi non habet locum, quum τὸ
παρ' ἡμῶν sit enuntiatum sub-
iectum, sicuti clarum erit iis,
qui verba accuratius paullo con-
sideraverint. Restat igitur, ut
quid ipsi sentiamus, aperiendum
sit. Fatemur autem libere, per-
manere nos in ea sententia, quam
ante hos viginti annos proposui-
mus. Corrigendum enim etiam

μενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον τολμῶμεν, ἂν πῃ ἐλεγχόμεναι μηνύσωσι, πότερον ἡδονὴν τὰγαθὸν δεῖ λέγειν ἢ φρόνησιν ἢ τι τρίτον ἄλλο εἶναι. νῦν γὰρ οὐ δῆπου πρὸς γε αὐτὸ τοῦτο φιλονεικοῦμεν, ὅπως ἂ γὼ τίθεμαι, ταῦτ' ἔσται τὰ νικῶντα, ἢ ταῦτ' ἂ σύ, τῷ δ' ἀληθεστάτῳ δεῖ που συμμαχεῖν ἡμᾶς ἀμφω.

ΠΡΩ. Δεῖ γὰρ οὖν.

Cap. V. ΣΩ. Τοῦτον τοίνυν τὸν λόγον ἔτι
C μᾶλλον δι' ὁμολογίας βεβαιωσώμεθα.

B. ἐλεγχόμεναι μηνύωσι] Libri mss. et editi. ἐλεγχόμενοι. v. in pr.

ἢ τι τρίτον ἄλλο] τι om. Bodl. Vat. et pr. Ven. II.

πρὸς γε αὐτὸ τοῦτο φιλον.] Post τοῦτο quod vulgo additum legitur ὅ, id recte viderunt Grouius et Heindorf. omitti

nunc censemus ἐλεγχόμεναι, scilicet αἱ διαφοροίητες, idque tanto facimus confidentius, quo gratius nobis accidit, quod non modo Schleierm. sed etiam A. Matthiae, hoc est viros acutissimos, sententiae nostrae adstipulatores atque patronos nacti sumus. Et enim pluralis numerus ἐλεγχόμεναι nunc ponitur ideo, quia diversitas utriusque boni intelligitur, ut haec synesis admodum faciis sit et paene sponte ex ipsa re enata. Simillimus locus est Hipp. mai. p. 302. B. καὶ γὰρ ἐγὼ ἔλεγον, εἰ μένησαι, — δεῖ ἢ διὰ τῆς ὀφείας καὶ δεῖ ἀκαῶς ἡδονὴν οὐ τοῦτω ἂν εἶεν καλὰ, δεῖ τυγχάνοιεν ἐκατέρα μὲν αὐτῶν πεπονηνία, ἀμφοτέρω δὲ μή. Nec desunt alia, quae commodè comparari queant; sicuti ostendit Matthiae Gr. Gr. §. 293. p. 749. ed. 3. Itaque totum locum sic interpretamur: Haec vero differentiam mei atque tui boni non occultantes, sed in medium proferentes sustineamus, si forte explorata aliquo

modo ostendat ac declaret, utrum voluptatem an sapientiam bonum dici oporteat. Illud ἂν πῃ μηνύωσι sic dicitur, ut videndi vel experiendi notio assumenda sit, unde suspensum putetur. De quo genere loquendi aliquid monuimus ad Alcibiad. I. p. 122. D. Infra p. 52. A. προσθῶμεν τὰς περὶ τὰ μαθήματα ἡδονάς, εἰ ἄρα δοκοῦσιν ἡμῖν πείνας μὲν μὴ ἔχειν. Hom. Iliad. XX. 172. γλαυκιδῶν δ' ἰδὼς φέρεται μένει, ἦν τινα πένην ἀνδρῶν. Ibid. k. 55. ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορα δῖον εἶμι καὶ ὀτρυνέω ἀνοτήμεναι, ἀπ' ἧ' ἔθελον εἰθεῖν. Odyss. α. 379. Thucyd. I. 58. πέμψαντες μὲν καὶ παρ' Ἀθηναίους πρόβους, εἰ πῶς πείλοισιν. Neque aliter Latini, Caesar. B. G. VI. 37. circumfunduntur postes, si quem aditum reperire possent. Livius XXVII. 14. Hannibal elephantos in primam aciem induci iussit, si quem iniicere ea res tumultum ac pavorem posset. Vocabulo διαφοροίητες, quod

ΠΡΩ. Τὸν ποῖον δὴ.

ΣΩ. Τὸν πᾶσι παρέχοντα ἀνθρώποις πράγματα ἐκοῦσί τε καὶ ἀκούσιν ἐνίοις καὶ ἐνίοτε.

ΠΡΩ. Λέγε σαφέστερον.

ΣΩ. Τὸν νῦν δὴ παραπεσόντα λέγω, φύσει πῶς περικτάτα θαυμαστόν. ἐν γὰρ δὴ τὰ πολλὰ εἶναι καὶ τὸ ἐν πολλὰ θαυμαστόν λεχθέν, καὶ ἥδιον ἀμφισβητῆσαι τῷ τούτων ὀποτεροῦν τιθεμένῳ.

ΠΡΩ. Ἄρ' οὖν λέγεις, ὅταν τις ἐμὲ φῆ Πρώταρχον, ἕνα γεγονότα φύσει, πολλοὺς εἶναι πάλιν, D

oportere. Eiecit Bekker. cum corr. Coisl. Dein pro ἂ γὼ Bodl. ἄγω, unde Bekkerus ἀγὼ dedit.

δεῖ που συμμαχεῖν] Pro δεῖ Vat. Ven. A. Par. BCH. Aug. Flor. a. b. c. i. et pr. Coisl. Ven. Σ δὴ. errore creberrimo.

C. καὶ ἥδιον ἀμφισβητῆσαι] ἂν post ἥδιον vulgo insertum omisimus cum Bodl. Vat. Ven. II.

Platoni tanquam proprium attribuunt grammatici, philosophus non uno loco usus est, veluti Theaet. p. 209. A. D. E. Parmen. p. 141. C. De Rep. IX. p. 587. E.; usi sunt etiam alii, Dio Chrysostomus, Aelianus, Porphyrius, reliquique Platonici. v. Pierson. ad Moer. p. 128. Lobeck. ad Phrynich. p. 350.

πρὸς γε αὐτὸ τοῦτο φιλονεικοῦμεν] Sic infra p. 50. B. ἀδύνατον μὴ ὁμολογεῖν ταῦτα, ὃ Σόκρατες, εἰ τις καὶ φιλονεικοῖ πάντῃ πρὸς τὰναντία. Legg. V. p. 371. A. φιλονεικῶ πρὸς ἀρετήν. Gorg. p. 457. E. De Rep. I. p. 338. A.

C. Τὸν νῦν δὴ παραπεσόντα] qui modo forte se obtulit, natura nescio quomodo mirabiliter comparatum. Legg. p. 838. B. τῷ παραπεπλωμένῳ λόγῳ. De Rep. V. p. 466. A. εἰ που παραπλεῖται. Ibid. VIII. p. 561. B. al. Similiter ἐμπλεῖται dicitur Protag. p. 311. C. D. Dion Chrysost. Orat. VII. in. τὸ μηδένα διω-

θεῖσθαι ἥδιον τῶν ἐπιπτότων λόγων. De πῶς, nescio quomodo, v. ad Theaet. p. 144. B. 177. A. Tim. p. 37. E. Mox καὶ ἥδιον ἀμφισβητῆσαι κ. τ. λ. sic intelligas: καὶ ἥδιον, ὥστε τινὰ ἀμφισβητῆσαι τῷ τούτων ὀποτεροῦ. τιθεμένῳ, quodque facile efficiat, ut quis utrumcunque ponenti moveat controversiam.

Ἄρ' οὖν λέγεις, ὅταν τις ἐμὲ φῆ Πρ.] Rem attingit philosophus etiam Parmenid. p. 129. A. B. C. ubi inter alia haec leguntur: εἰ δ' ἐμὲ τις ἐν ἀποδείξει ὄντα καὶ πολλὰ, τί θαυμαστόν, λέγων, ὅταν μὲν βούληται, πολλὰ ἀποφαίνειν, ὡς ἕτερα μὲν τὰ ἐπὶ δεξιᾷ μου ἔστιν, ἕτερα δὲ τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ, καὶ ἕτερα μὲν τὰ πρόσθεν, ἕτερα δὲ τὰ ὀπίσθεν, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὡσαύτως, πλήθους γὰρ, σῆμαι, μετέχω' ὅταν δὲ ἐν, ἔρεῖ ὡς ἐπὶ ἡμῶν ὄντων εἰς ἐγὼ εἶμι ἀνθρώπος, μετέχων καὶ τοῦ ἐνός. ὥστε ἀληθῆ ἀποφαίνει ἀμφοτέρω. ἐν οὖν τις τοιαῦτα ἐπιχειρῆ πολλὰ καὶ ἐν ταῦτα ἀποφαίνειν, ἴθους καὶ

τοὺς ἐμὲ καὶ ἐναντίους ἀλλήλοις μέγαν καὶ σμικρὸν
τιθέμενος, καὶ βαρὺν καὶ κοῦφον τὸν αὐτόν, καὶ
ἄλλα μυρία;

ΣΩ. Σὺ μὲν, ὦ Πρώταρχε, εἰρηκας τὰ δεδη-
μευμένα τῶν θανασιῶν περὶ τὸ ἐν καὶ πολλὰ,
συγκεχωρημένα δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑπὸ πάντων ἤδη,
μὴ δεῖν τῶν τοιούτων ἀπειθεῖν, παιδαριώδη καὶ
ῥάδια καὶ σφόδρα τοῖς λόγοις ἐμπόδια ὑπολαμβάνον-
των γίνεσθαι· ἐπεὶ μὴδὲ τὰ τοιαῦτα, ὅταν τις ἐκά-

D. τιθέμενος, καὶ βαρὺν κ.] V. τιθεμένους, quod sicuti
Grouius et Heindorf. corrigendum viderunt, ita ex Bodl. Vat. et
pr. Ven. II. emendatum est.

ἔστι καὶ τὰ τοιαῦτα, φήσομεν
αὐτὸν πολλὰ καὶ ἐν ἀποδεικνύται,
ὄν το ἐν πολλὰ, οὐδὲ τὰ πολλὰ
ἐν, οὐδέ τι θανασιῶν λέγειν,
ἀλλ' ἄπειρ' ἂν πάντες ὁμολογοῖμεν.
Easdem argutias explodit etiam
Sophist. p. 251. A. sqq. et C.
ad quem locum p. 176. osten-
disse videmur, quinam fuerint
potissimum, qui eas sedulo iacta-
verint. Istud τοὺς ἐμὲ egregie
convenit ipsi sententiae, nec
quidquam habet offensionis, prae-
sertim quum articulus etiam alibi
pronomini personali addatur, ut
infra p. 20. B. ubi vide ann.
Nam significat multos istos,
in quos ego tanquam dis-
cerptus sum. Quapropter non
opus est conjectura Heusdii,
qui Specim. Crit. p. 99. locum
sic refingit voluit: — πολλοὺς
εἶναι, καὶ πάλιν τοούτους ἐμὲ
καὶ ἐναντ. ἀλλ. μ. κ. σ. τιθέμενος.

D. συγκεχωρημένα δὲ
ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑπὸ πάν-
των ἤδη] trita et vulgaria,
qualia non oportere at-
tingi propemodum iam ab
omnibus concessum est.
Nam ὡς ἔπος εἰπεῖν pertinet ad
ὑπὸ πάντων, de quo usu lo-
quendi v. ad Symp. p. 179. A.

Apol. p. 17. A. Gorg. p. 450.
B. D. Phaed. p. 78. E. al. conf.
infra p. 17. C. Porro ἀπει-
θεῖν τῶν τοιούτων ἐστὶ ta-
lia attingere, talia tractare,
sich mit dergleichen
Dingen befassen; quem
usum loquendi illustravimus ad
Remp. VI. p. 497. E. VII. p.
539. A. Alienum ab hoc loco
videtur, quod olim putavimus,
ἀπειθεῖν nunc redarguere,
impugnare, significare; qua
vi et significatione Phaed. p. 86.
D. dicitur ἀπειθεῖν τοῦ λόγου.
Ad proxima, παιδαριώδη καὶ ῥά-
δια — γίνεσθαι, non poenitebit
contendisse illa Sophist. p. 251.
A. B. qui locus commentarii in-
star est. Putamus autem καὶ
σφόδρα hic ita dici, ut alibi καὶ
πάνν, καὶ μάλα, καὶ πάλα,
ideoque καὶ vim augendi et inten-
dendi habere. Ita non opus erit
cum Schützio καὶ οὐ σφόδρα
corrige. Nam sententia iam
haec est: quippe quum exi-
stiment, puerilia atque le-
via vel maxime disputa-
tionibus officere. Sic καὶ
σφόδρα legitur Reip. III. p. 405.
A. al.

ἐπεὶ μὴδὲ τὰ τοιαῦτα,] Ex
praegréssis τοῦ τοιούτων ἀπει-

στον τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη διελὼν τῷ λόγῳ πάντα
ταῦτα τὸ ἐν ἐκεῖνο εἶναι διομολογησάμενος ἐλέγχῃ
καταγελῶν, ὅτι τέρατα διηνάγκασται γάναι, τὸ τε
ἐν ὡς πολλὰ ἐστὶ καὶ ἄπειρα, καὶ τὰ πολλὰ ὡς ἐν
μόνον.

HPQ. Σὺ δὲ δὴ ποῖα, ὦ Σώκρατες, ἔτερα λέ-
γεις, ἃ μὴπω συγκεχωρημένα δεδήμευται περὶ τὸν
αὐτὸν τοῦτον λόγον;

ΣΩ. Ὅποταν, ὦ παῖ, τὸ ἐν μὴ τῶν γιγνομένων 15

E. διομολογησάμενος ἐλέγχῃ] διομολογησάμενον edit.
Bas. I. et 2. cum Ficino.

ὦ Σώκρατες, ἔτερα λέγεις] Sic Bodl. Vat. Ven. II.
Coisl. Par. BC. Vulgo ἔτερα ante ὦ Σώκρατες collocabatur.

οἶμαι synesi sanequam duriore
intelligendum est δὲ ἐν ἐλέγχῃ,
vel simile quiddam. — ἐκάστον
τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη
διελὼν κ. π. si quis unius-
cuiusque membra et par-
tes disputatione sua dis-
tinxerit atque haec om-
nia unum istud esse alte-
ro consentiente evicerit,
quando (eum) deridens do-
ceat, coactum eum fuisse
monstra dicere etc. De μέλη
καὶ μέρη conf. Legg. VII. p.
795. E. Phaedr. p. 238. A. Ion.
p. 14. A. Tim. p. 76. E. ibique
ann. Eodem modo Latini. Ovi-
dus Metam. XIV. v. 547.
cremabit edax nemorum
partes et membra meorum.
Pro διομολογησάμενος olim cum
Schleiermacherso διομολο-
γησάμενον accusativum require-
bam, quem habent Bas. I. et
2. ne scilicet ἐλέγχῃ suo casu
cateret. Sed huic rationi plura
officiunt. Nam primum quidem
ita aegre desideres τὸν articu-
lum. Deinde διομολογεῖσθαι nus-
quam est fateri, assentiri
aut consentire alteri, sed
potius aliqua re pertractan-
da efficere, ut inter col-
loquentes de ea conveniat.
Plat. Opp. Vol. IV. Sect. II.

id quod iam Baumgarten-
Crusius p. 28. breviter signi-
ficavit, copiosius demonstravit
Graserus Adversar. p. 78
sqq. Itaque ἐλέγχῃ καταγελῶν
absolute ponitur, ut ex prae-
gresso ἐκάστον intelligendum re-
linquatur αὐτόν, usu haudqua-
quam raro v. ad Sophist. p. 217.
C. 230. B. Praeterea ad τέρατα
γάναι comparasse iuvabit Theaet.
p. 163. D. τέρας ἂν εἴη ὃ λέγεις.
Ibid. p. 164. B. ὃ τέρας ἐφαμεν
εἶναι, εἰ γίγντο. Ibid. p. 188.
C. τέρας γὰρ ἐστὶν. Euthydem.
p. 296. C. τέρας γὰρ ἂν εἴη, ἢ
δ' ἐγώ. Parmen. p. 129. A. εἰ
μὲν γὰρ αὐτὰ τὰ ὁμοῖά τις ἀπέ-
φανεν ἀνόμοια γιγνομένα ἢ τὰ
ἀνόμοια ὁμοῖα, τέρας ἂν, οἶμαι,
ἢ π. ubi de eadem re disputatur,
quam hoc loco exponit philoso-
phus. Menon. p. 91. D. Hipp.
mai. p. 300. E.

P. 15. Ὅποταν, ὦ παῖ, τὸ
ἐν μὴ τῶν γιγν.] Illud τὸ ἐν
εἶναι πολλὰ, καὶ τὰ πολλὰ ἐν,
grave quiddam et magnificum
esse arbitratur, si non lusu paene
puerili et inepto, qui disserendi
subtilitati plurimum officiat, ad
res oculorum conspectui subie-
ctas transferatur, sed referatur
potius ad ipsas rerum species

τε καὶ ἀπολλυμένων τις τιθῆται, καθάπερ ἀρτίως ἡμεῖς εἶπομεν. ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον ἐν, ὅπερ εἶπομεν νῦν δὴ, συγκεχώρηται τὸ μὴ δεῖν ἐλέγχειν· ὅταν δὲ τις ἕνα ἀνθρώπον ἐπιχειρῆ τιθεσθαι καὶ βούν ἕνα καὶ τὸ καλὸν ἐν καὶ τὰγαθὸν ἐν, περὶ τούτων τῶν ἐνάδων καὶ τῶν τοιούτων ἢ

atque formas nulli mutationi obnoxias. Oriri quidem sic multas gravesque quaerendi difficultates ac plena esse omnia dubitationis; sed ea si recte ac subtiliter fuerint peruestigata, tum vero aperiri fontem veritatis perennem atque plane inexhaustum. — μὴ τῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων τις τιθῆται, h. e. non ad res adspectabiles referat, ita ut ἐν de corporum parte aliqua vel toto dicatur. De constructione verborum v. ad Theat. p. 186. A.

ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον] H. e. ubi ponitur esse τῶν γιγνομένων καὶ ἀπολλυμένων. Itaque merito aliquis requirat ἐνταυθα, nisi forte malis ἐνταυθὶ cum Elmsleio ad Aristoph. Acharn. v. 152. Ne tamen scripturam mutemus, primum quidem codicum auctoritas impedit, qui hic quidem ἐνταυθοῖ unanimi consensione tuentur. Deinde nec alii desunt loci simillimi, in quibus ea forma status et quies designari videatur. Videatur, inquam. Nam cavendum est magnopere, ne vana specie deludamur, id quod praeter alios accidit etiam Buttmanno Gr. Gr. T. II. p. 288. et ad Philoctet. v. 481. sq. qui ἐνταυθοῖ statuit pro ἐνταυθα demonstrandi vi et potestate usurpari, ut ἐνταυθί, originem autem huius formae ex analogia adverbiorum in ὄν exeuntium repetendam censet. Quo ipso, si verum quaerimus, ne hilum

quidem proficitur. Imo vero sic existimandum est, ut ἐνταυθοῖ propriam vim et significationem suam habere dicamus, hoc est, motum in locum indicare; sed eodem modo, quo alia id genus adverbia, cum verbis quietem significantibus consociari arbitremur. Sic Plat. Apol. Socr. p. 33. D., πάρεσιν αὐτῶν πολλοὶ ἐνταυθοῖ, idem est quod: multi huc (hierherwärts) venerunt atque praesentes adsunt. Legg. VII. p. 822. C. αἴρ' οὐκ ολόμεθα γελῶν τε καὶ οὐκ ὀρθὸν — νῦν ἐνταυθοῖ (quod istuc pertinet) καὶ ἐν τούτοις γίγνεσθαι, Prot. p. 310. A. Xenoph. Mem. IV. 2, 13. Βούλεσθ' οὖν — γράψομεν ἐνταυθοῖ μὲν δέλτα, ἐνταυθοῖ δὲ ἄλφα; ubi ἐνταυθοῖ item est hierherwärts, ut locus temere sollicitatus sit. Aristoph. Rann. v. 272. τί ἔστι τὰνταυθοῖ, i. e. was giebt's hierherwärts? Thesmophor. v. 225. οὐ γὰρ ἐνταυθοῖ μὲν, i. e. nicht werde ich hierherwärts bleiben. Vesp. v. 1442. οὐτοὶ ἐπ' ἐνταυθοῖ μενεῖς. Nubb. v. 814. 843. Plut. v. 223. Euripid. Iphig. Taur. v. 1010. ἤπειρ καὶ τὸς ἐνταυθοῖ περὶ. al. Itaque hunc locum sic interpretemur: nam ad ista quod pertinet (istuc) concessum est etc. denn hierherwärts (i. e. in Bezug hierauf) ist zugegeben, etc. Ad τὸ μὴ δεῖν ἐλ. contendas illa Sophist. p. 218. C. περὶ τῶν τοιούτων δέδοκται

πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεως ἀμφισβήτησις γίγνεται.

HPΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν, εἴ τινες δεῖ τοιαύτας εἶναι B
μονάδας ὑπολαμβάνειν ἀληθῶς οὐσας· εἶτα πῶς αὐ
ταύτας, μίαν ἐκάστην οὐσαν αἰετὴν αὐτὴν καὶ μήτε

πᾶσι καὶ πάσαι τὸ πρότερον αὐτὰ δεῖν μελετᾶν. ubi idem est usus articuli.

ὅταν δὲ τις ἕνα ἀνθρώπον — τὰγαθὸν ἐν.] Intelligit ideam sive speciem hominis, animalis, pulcri et boni, atque id significat quod alibi vocatur τὸ ὄν ἔστιν ἐν, ut Parmen. p. 129. B. vel αὐτὸς ὁ ἀνθρώπος, αὐτὸ τὸ ἀγαθόν, αὐτὸ τὸ καλόν, κ. τ. λ. Hae vero ideae, quia semper sibi constant neque ullam subeunt mutationem ac vicissitudinem, recte ex numero rerum generatarum eximuntur atque τῶν ἐνάδων nomine insigniuntur. Sed ἢ πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεως περὶ αὐτῶν γίγνεται ἀμφισβήτησις. Quae verba nonnihil habent difficultatis. Et Schützius quidem Opuscul. p. 134. putat librariorum incuria excidisse particulam καὶ, legendumque esse καὶ μετὰ διαιρέσεως, ut sententia verborum haec sit: De hac unitate generis ad multitudinem specierum comparata magna inter philosophos quaestio et vero etiam disceptatio atque controversia agitur. Vereor tamen, ut ulla opus sit verborum mutatione. Nam ἢ πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεως idem est fere, quod ἢ πολλὴ σπουδὴ, quae utitur διαιρέσεως, adiumento et auxilio. De Rep. VIII. p. 546. C. οὐδὲν μᾶλλον λογιμῶν μετ' αἰσθήσεως τεύζονται. Ibid. IX. p. 571. B. κολαζόμενοι — ὑπὸ τὴν νόμων καὶ τῶν βελτιό-

νων ἐπιθυμιῶν μετὰ λόγου. Phaedon. p. 69. E. Legg. X. p. 906. A. B. al. Iam vero plurimum studium ac diligentissima de iis quaestio cum subtili disceptatione coniuncta dicitur γίγνεσθαι ἀμφισβήτησις, h. e. exire denique et evadere in dubitationem atque controversiam. Hoc igitur modo ubi verba acceperis, non opus fore putamus, ut quidquam loco suo moveatur. Pendent vero ex ἀμφισβήτησις γίγνεται proxima, εἴ τινες δεῖ τοιαύτας εἶναι μονάδας κ. τ. λ.

B. Πρῶτον μὲν, εἴ τινες δεῖ τοιαύτας κ. τ. λ.] Triplicem ait oriri dubitationem, primum, num quas liceat statui eiusmodi species sive notiones revera esse; deinde, quomodo unaquaeque ab ortu et interitu immunis esse intelligatur; denique, num illas ideas consentaneum sit credere per rerum adspectabilium infinitatem diffusas esse et in partes divisas, an totas putare liceat tanquam extra se positas esse atque infinitis modis quasi repetitas. Eaedem dubitationes de idearum doctrina moventur Parmenid. p. 130. A. sqq. de quo loco copiose exposuimus Prolegg. p. 43 sqq. ed. Lips., ut hic nihil addendum videatur. Ad εἶτα πῶς — μίαν ταύτην ex antecedentibus repetendum ὑπολαμβάνειν δεῖ. — αὐτὴν αὐτῆς χωρὶς, h. e. a semet ipsa seiunctam et extra se positam.

γένεσιν μήτε ὀλεθρον προσδεχομένην, ὅμως εἶναι βεβαιότατα μίαν ταύτην· μετὰ δὲ τοῦτ' ἐν τοῖς γιγνομένοις αὐ καὶ ἀπείροις εἴτε διεσπασμένην καὶ πολλὰ γεγονυῖαν θετέον, εἰθ' ὅλην αὐτὴν αὐτῆς χωρὶς, ὃ δὴ πάντων ἀδυνατώτατον φαίνοιτ' ἄν, ταῦτον καὶ ἐν ἅμα ἐν ἐνὶ τε καὶ πολλοῖς γίγνεσθαι. ταῦτ' ἔστι
 C τὰ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν καὶ πολλὰ, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα, ὡς Πρώταρχε, ἀπάσης ἀπορίας αἰτία, μὴ καλῶς ὁμολογηθέντα, καὶ εὐπορίας ἄν αὐ, καλῶς.

P. 15. B. ὅμως εἶναι βεβαιότατα] Sic Vat. Ven. P. S. Coisl. Par. BCFH. Flor. a. b. c. i. et codd. Vind. ac Paris. apud Bastium ad Gregor. Corinth. p. 790. Vulgo erat βεβαιότητα, quod primus correxit Grouius p. 239.

ὅ δὴ πάντων ἀδυνατώτατον —] Pronominis vis et significatio accuratius deinceps declaratur his verbis: ταῦτον — πολλοῖς γίγνεσθαι, quae epergesin quandam continent. Gorg. p. 519. D. καὶ τοῦτον τοῦ λόγου τί ἐν ἀλογώτερον εἴη πρῶγμα, ἀνθρώπων ἀγαθός — ἀδικεῖν τοῦτω, ὃ οὐκ ἔχουσιν; ubi v. ann. conf. Matthiae Gr. §. 476. p. 1060. ed. 3. Pertinent vero haec ad dubitationem tertiam. Quod si tenes, haudquaquam assentieris Schleiermachero corrigendum putanti: ταῦτον καὶ ἐν ἅμα εἶναι καὶ ἐν πολλοῖς γίγνεσθαι. Nimirum sententia haec est: istud vero omnium minime fieri posse apparet, ut idem atque unum pariter in uno atque multis insit. Nam si idea ὅλη αὐτῆ αὐτῆς χωρὶς inest in rebus generatis atque individuis, id quod natura sua est ταῦτον καὶ ἐν, inest sane in aliis, et quidem nunc in uno nunc in multis. Vocabulum ἅμα saepe sic voculis τε καὶ praemittitur, ut Theaet. p. 182. A. De Rep. I. p. 348. B. Cratyl. p. 440. B. Añiam eius collocationem notabimus ad p. 42. A. Ita igitur

omnia suadent, ut ne de verborum integritate dubitemus. Et concessit ipse Schleiermacherus in repetita libri sui editione nostris rationibus pristinamque sententiam suam retractavit.

C. τὰ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν καὶ πολλὰ, ἀλλ' —] Recte Schleiermacherus istud ἐν καὶ πολλὰ, quod olim pro glossamate habendum statuebat, in altera editione pro sincero probavit. Etenim articulus τὰ pertinet ad ἐν καὶ πολλὰ, ut loci sententia haec sit: Haecce sunt in talibus quaestionibus τὰ ἐν καὶ πολλὰ (quae ad res non adspectabiles, atque notiones animis nostris informatas referantur, nec vero illa (quae ad res sensibus subiectas pertinent), quae, si non recte de iis constiterit, omnis dubitationis causae existunt; sin recte, etiam prosperi disputationis successus felicitatem afferre possint. Nam ad εὐπορίας ἄν αὐ intell. εἴη, qui usus nihil habet offensionis. Theaet. p. 186. D. οὐκ ὄντων ἢ δίκαιόν γε sc. εἴη. Aristoph. Nubb. v. 5. οἱ δ' οὐκ εἶναι φέρονται· ἀλλ'

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χορὴ τοῦθ' ἡμᾶς, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ νῦν πρῶτον διαπονήσασθαι;

ΣΩ. Ὡς γοῦν ἐγὼ φαίην ἄν.

ΠΡΩ. Καὶ πάντας τοίνυν ἡμᾶς ὑπόλαβε συγχωρεῖν σοι τοῦδε τὰ τοιαῦτα Φίλησον δ' ἴσως κράτιστον ἐν τῷ νῦν ἐπερωτῶντα μὴ κινεῖν εὐ κείμενον.

Cap. VI. ΣΩ. Εἴεν. πόθεν οὖν τις ταύτης

C. Οὐκοῦν χορὴ τοῦθ'] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg. χορὴ που τοῦθ'.

D. πόθεν οὖν τις ταύτης] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Vulgo erat οὖν ἄν τις. v. interpretat.

οὐκ ἄν πρό τοῦ. sc. ἰσχυρον. Pac. v. 908. ὁ πρότατος παρεδέξατο· ἀλλ' οὐκ ἄν, εἴ τι προῖα προσαγαγεῖν ὀΐδει. Nubb. v. 1377. ἀλλ' ἀδύνατος αὐ τυπῆσομαι. Φειδ. γῆ μά Α' ἐν δειγῆ γ' ἄν. Sed alia exempla verbi apud ἄν quum optativo tum indicativo et vero etiam coniunctivo modo sic omissi suppedita-bunt Hermann. De Partic. ἄν p. 187. et Sauppe Epist. crit. ad Hermannum p. 72. Ceterum pro ἀπάσης ἀπορίας ne quis πάσης ἀπορίας requirat, v. ad Phaedon. p. 108. B.

Φίλησον δ' ἴσως κράτιστον —] Philebum autem fortasse optimum est in praesenti non sollicitare eo, ut et ipsum praeter ceteros interrogemus, quippe bene cubantem. Urbane ac facete Philebus, acerrimus voluptatis defensor ac patronus, his verbis carpitur. Is enim significatur harum rerum disputationem aegre concessurus esse, ne scilicet caussa sua cadat. Quippe p. 12. A. ille sane confidentius: ἐμοὶ πάντως νικᾶν ἡδονὴν δοκεῖ καὶ δόξει. Graecorum proverbium fuit, μὴ κινεῖν κακὸν εὐ κείμενον. Salse igitur

pro κακὸν dicitur Φίλησον. Suidas: Μὴ κινεῖν κακὸν εὐ κείμενον· ἐπὶ τῶν καυτοῖς ἐ ἀγνοίας πράγματα ἐγχερόντων. Apostolius XII. 95. Μὴ κινεῖ κακὸν εὐ κείμενον· ἐπὶ τῶν παρακινούντων τινὰ ἐπὶ σφετέρῃ βλάβῃ. Schol. ad h. l. Μὴ κινεῖν κακὸν εὐ κείμενον· ἐπὶ τῶν καυτοῖς ἐ ἀγνοίας πράγματα ἐγχερόντων. ταύτης μέμνηται καὶ Υπερίδης ὁ φητωρ ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογέτονα· καὶ οὐδὲ ἐν τῆς παρομιλίας δύνασαι μανθάειν τὸ μὴ κινεῖν κακὸν εὐ κείμενον. Qui quae praeterea addit, merae nugae sunt, ut satius videatur ea silentio transmitti.

D. πόθεν οὖν τις ταύτης ἀρξήται —] Vett. edit. οὖν ἄν τις ἀρξήται. Sed ἄν si verum esset, opus foret ἀρξήταις, optativo. Idque per se haudquaquam spernendum. De Rep. IV. p. 430. D. πῶς οὖν ἄν τὴν δικαιοσύνην εὐροισεν; Menexen. c. 5. extr. τίς οὖν ἄν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανεῖ; ἢ πόθεν ἄν ὀρθῶς ἀρξάμεθα ἀνδρας ἀγαθούς ἐπαινούμεντες; Aristoph. Pac. v. 525. πόθεν ἄν λάβοιμι ἄγμα μυριάμορον; Sophocel.

D ἀρξεται πολλῆς οὔσης καὶ παντοίας περὶ τὰ ἀμφισβητούμενα μάχης; ἀὐ ἐνθέρδε;

ΠΡΩ; Πόθεν;

ΣΩ. Φαμέν που ταῦτον ἐν καὶ πολλὰ ὑπὸ λόγων γιγνόμενα περιτρέχειν πάντη καθ' ἑκαστον τῶν λεγομένων ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν, καὶ τοῦτο οὔτε

Φαμέν που ταῦτόν] V. ποι, inquit Vat. Coisl. Ven. II.

Phil. v. 1388. τί δὴτ' ἀν ἡμῖς δοῦμεν; Sed optativum praebuit codex plane nullus, ἀν autem tres optimi libri omittunt. Ex quo consequitur ut recepta lectio pro vera dicenda sit. Habet vero conjunctivus deliberativus personae tertiae cum τις conjunctus ideo nihil incommodi, quia in eius usu semper de certa aliqua persona cogitari potest, sicuti fit etiam in formula Germanica, was soll man nun anfangen? Sophist p. 225. A. τῷ δὲ λόγοις πρὸς λόγοις τί τις, ὦ Θεαίτητε, ἄλλο εἴη πλὴν ἀμφισβητικόν; Sophoc. Oed. Col. v. 170. Θύγατερ, ποί τις φρονίδος τρέπη; Aristoph. Plut. v. 438. ποί τις φύγη; Et hoc quidem loco facile apparet πόθεν τις ἀρξεται idem esse quod πόθεν ἀρξώμεθα, ut conjunctivus omni ex parte satis firmatus sit atque munitus.

Φαμέν που ταῦτόν ἐν —] Locus plane divinus, quo quanta sit vis et amplitudo eius, quod dicitur τὸ ἐν καὶ πολλὰ, in omni generis quaestionibus, vividis coloribus describitur. Patere enim illius vim latissime Socrates arbitratur, ita ut etiam perpetua ac sempiterna et viguerit olim et etiam nunc vigeat; eum autem, qui primum eam sentiat, mira quadam perfundat voluptate. Iungenda autem verba sunt hunc in modum: φαμέν που ἐν καὶ πολλὰ ὑπὸ λόγων ταῦτόν γιγνόμενα περιτρέχειν πάντη; dicimus, opinor, unum et multa disserendo idem

facta ubique reperiri. In quibus ἐν καὶ πολλὰ διὰ λόγων ταῦτόν ποιεῖν certe nihil est aliud quam disserendo facere, ut unum et multa idem videatur, h. e. genera in partes dividere et vicissim partes ad genera sua referre, quo artissima eorum intelligitur necessitudo et conjunctio. Itaque περιτρέχει αὐτὰ πάντη est; ubique locum habet ista generum et formarum conjunctio; ubique ea reperitur. Theaet. p. 207. A. ταῦτα περιτρέχοντα πάνι προσφέρεται. Iam adduntur haec καὶ ἑκαστον τῶν λεγομένων ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν, h. e. in unoquoque eorum quae dicuntur. Iungendum hic ἀεὶ cum τῶν λεγομένων. Neque enim novi qui dixerit ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν; id esset potius ἀεὶ τε καὶ νῦν. v. ad Gorg. p. 523. A. Phaedr. p. 254. A. Sunt igitur τὰ ἀεὶ λεγόμενα i. q. τὰ ἐκαστοτε λεγόμενα, ut significetur, vim illius unitatis atque multitudinis semper patere, quotiescumque sermones atque disputationes instituantur. De hoc usu voc. ἀεὶ v. ad Remp. p. 360. A. ac ne in collocazione verborum haereas, conf. ann. ad Tim. p. 79. A. et Phaedon. p. 88. A. ubi alia eius exempla attulimus, Monk. ad Eurip. Alcest. v. 110. Bornemann. ad Xenoph. Mem. I. 6, 7. et ad Cyrop. VII. 1, 1, 4, 2. Iam vero his ita exploratis nullam causam esse putamus, cur aliquid vitiosum existimetur.

μὴ παύσεται ποτε οὔτε ἤροζατο νῦν, ἀλλ' ἔστι τὸ ταιούτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῶν λόγων αὐτῶν ἀθάνατον τι καὶ ἀγήρων πάθος ἐν ἡμῖν. ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος ἐκάστοτε τῶν νέων, ἡσθεῖς ὡς τινα Εσοφίας εὐρηκῶς θησαυροῦ, ὑφ' ἡδομῆς ἐνθουσιᾶ τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον ἄσμενος, τοτὲ μὲν ἐπὶ θάτερα

καὶ ἀγήρων] ἄγηρων Bodl., de qua scriptura v. Buttmann. Gramm. I. p. 53.

οὔτε μὴ παύσεται ποτα] nec unquam desinet; v. ad p. 21. E. Aoristum Astius secundum sententiam Dawesii Misc. Crit. p. 221 sqq. plurimis grammaticis probatam siue librorum consensione in παύσεται mutavit. Sed illum Dawesii canonem idonea causa et ratione carere satis demonstrarunt Heindorf. ad Phaedon. p. 44. Hermann. ad Soph. Aiac. v. 557. Reisig. ad Oed. Colon. Comm. Crit. p. 250 sqq. Matthiae Gr. §. 517. ann. I. conf. nostra ad Remp. X. p. 609. B.

ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος —] Comparata haec descriptio est ad ludendos praesentes adolescentes, quorum exultans laetitia de tali invento, dialectico ita adumbratur, ut simul levitas atque protervitas juvenilis rideatur. Consimilis lusus est Reip. VIII. p. 539. B. ἄρ' οὐκ οὐ μὴ μὲν εὐλόγηται αὐτῶν συγγῆ τὸ μὴ νέους ἄντας αὐτῶν χεῖροσθαι; οἶμαι γὰρ σε οὐ κληθήσεται, ὅτι οἱ μειρακλικοὶ, ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύονται, ὡς παιδιᾶ αὐτοῖς καταχρῶνται, ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χεῖροσθαι καὶ μειρακλικοὶ τοὺς ἐξελέχοντας αὐτοῦ ἄλλους ἐλέχοντες, χεῖροσθαι ὡς πρὸ ἀντιλογίας τῶν ἄλλων ἀεὶ. — παρὰ τὴν τὸς πλεονάζον ἀεὶ. — πάντα κινεῖ λόγον ἄσμενος est lubens omnem movet orationem; omnia molitur, ut rem in disceptationem vocatam perve-

stiget. Nam eadem vi et significatione nunc loquutionem hanc positam esse, quam de qua dictum est ad Symp. p. 198. E. et alibi, facile intelligitur. Quae ratione vero talis adolescens versetur in exploranda re proposita, id declaratur verbis proximis: τοτὲ μὲν ἐπὶ θάτερα κινῶν κ. τ. λ. in quibus ἐπὶ θάτερα κινῶν, in alteram partem circumvolvens, explicatur per ἐναπόρῳν εἰς ἑν, h. e. varias ac multiplices formas uno genere complectens, ut de synthetica notionum sive idearum copulatione cogitandum sit. Itaque contrarium est πάλιν ἀπειλίτων καὶ διαμερῶν, rursus ea evolvens et in partes distinguens, h. e. via analytica notionum genera in formas suas dissolvens. — ἀεὶ τὸν ἐχόμενον, h. e. τὸν πληροῦ ἀεὶ. — φειδόμενος οὔτε παρὸς οὔτε μητρός, Germanice item, omisso articulo dixeris: schonend weder Vater noch Mutter, uli sententia est generalior. v. Schaeffer. Appar. ad Demosth. I. p. 329. — Ad ὀλλου δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζῶων intellige ex antecessis οὐ φειδόμενος, ut non opus sit corrigere ὀλλου δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ζῶων. v. Schneider. ad Rempl. X. p. 605. A. Denique ita ἐπὶ βροτῶων referuntur ad ὀλλου δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζῶων, atque sic intelligi debent nam (id quod proximum est illi) barbarorum certe nemini par-

κυκλῶν καὶ συμφύρων εἰς ἓν, τοτὲ δὲ πάλιν ἀνειλιτ-
των καὶ διαμερίζων, εἰς ἀπορίαν αὐτὸν μὲν πρῶτον
καὶ μάλιστα καταβάλλον, δεύτερον δ' αἰεὶ τὸν ἐχόμε-
νον, ἂν τε νεώτερος ἂν τε πρεσβύτερος ἂν τε ἡλιξ
16 ἂν τυγχάνη, φειδόμενος οὔτε πατρὸς οὔτε μητρὸς
οὔτε ἄλλου τῶν ἀκουόντων οὐδενός, ὀλίγου δὲ καὶ
τῶν ἄλλων ζώων, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων· ἐπεὶ
βαρβάρων γε οὐδενός ἂν φείσαιοτο, εἴπερ μόνον ἐρημη-
νέα ποθὲν ἔχοι.

ΠΡΩ. Ἄρ', ὦ Σώκρατες, οὐχ ὄρας ἡμῶν τὸ
πλῆθος, ὅτι νεοὶ πάντες ἐσμέν; καὶ οὐ φοβεῖ μὴ σοὶ
μετὰ Φιλίβου ξυνεπιθώμεθα, ἐὰν ἡμᾶς λουδορήσ;
ὁμως δέ, μανθάνομεν γὰρ ὃ λέγεις, εἴ τις τροπὸς
ἔστι καὶ μηχανὴ τὴν μὲν τοιαύτην ταραχὴν ἡμῶν ἔξω
τοῦ λόγου εὐμενῶς πως ἀπελθεῖν, ὁδὸν δὲ τινα καλ-

E. πάλιν ἀνειλιττων] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg.
ἀπειλιτων.

P. 16. μόνον ἐρημηνέα] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. pro
vulg. ἐρημῆα μόνον.

ceret, si modo alicunde
nancisceretur interpretet.
Quo neglecto olim parum con-
siderate verba transponenda iu-
dicavimus.

P. 16. Ἄρ', ὦ Σώκρατες,
οὐχ ὄρας ἡμῶν τὸ πλῆ-
θος —] Iocose minatur So-
crati propter lepidam descriptio-
nis istius petulantiam. v. ad
Phaedr. p. 236. C. De Rep. I.
327. C. Sic etiam Horatius
Serm. I. 4. extr. Cui si con-
cedere nolis, multa — ven-
iat manus, auxilio quae
sit mihi; nam multo plu-
res sumus.

ὁμως δὲ μανθάνομεν γὰρ
δ' λ.] Parmen. p. 137. A. ὁμως
δὲ — δεῖ γὰρ χαρῆσθαι, ἐπειδὴ
καὶ ὁ Σῆνων λέγει — αὐτοὶ γὰρ
ἐσμέν. Aristoph. Lysist. v. 144.
ὁμως γε μὴν· δεῖ γὰρ εὐχάνας
μάλ' αὐ. Proxima sic interpre-

tatur: si qua ratio et ars
est huius perturbationis
placide ex hoc sermone
nostro amovendae (sed τα-
ραχή ipsa tanquam dea aliqua
dicitur εὐμενῶς πως ἔξω τοῦ λό-
γου ἀπελθεῖν), viae autem
alicuius haec pulchrioris
ad disputationem inve-
niendae, tu id lubenter ac
parato animo facias. — οὐ
γὰρ μικρός, h. e. χαλεπός;
v. ad Phaedon. p. 62. B. Eu-
thydem. p. 275. D. Cratyl. p.
384. B. ubi item, τὸ περὶ τῶν
ὀνομάτων οὐ μικρὸν τυγχά-
νει ὃν μάθημα.

B. ὦ παῖδες, ὡς φησὶν
ἡμᾶς πρ.] Blanda haec fuisse
videtur Philebi alloquutio, qua
reliquos adolescentes, fortasse
ipso aliquanto iuniores, saluta-
bat, pro ὦ νεανῆαι. conf. p. 15
A. et infra p. 36. D. ubi plura

λίω ταύτης ἐπὶ τὸν λόγον ἀνευρεῖν, σύ τε προθυμοῦ B
τοῦτο καὶ ἡμεῖς συνακολουθήσομεν εἰς δύναμιν· οὐ
γὰρ μικρός ὁ παρὼν λόγος, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν, ὦ παῖδες, ὡς φησὶν ἡμᾶς
προσαγορεύων Φιλίβος. οὐ μὴν ἔστι καλλίων ὁδὸς
οὐδ' ἂν γένοιτο, ἣς ἐγὼ ἐραστής μὲν εἰμι αἰεὶ, πολ-
λάκις δὲ με ἤδη διαφυγοῦσα ἔρημον καὶ ἀπορον κα-
τέστησε.

ΠΡΩ. Τίς αὐτῆ; λεγέσθω μόνον.

ΣΩ. Ἦν δηλῶσαι μὲν οὐ πάντῃ χαλεπὸν, χρῆ- C
σθαι δὲ παρχάλεπον. πάντα γὰρ ὅσα τέχνης ἐχόμε-
να ἀνευρέθη πάποτε, διὰ ταύτης φανερά γέγονε.
σκόπει δὲ ἦν λέγω.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσεις, ὡς γε

B. οὐδ' ἂν γένοιτο] γένοιτο vett edit., quod ex Bodl.
Vat. Ven. II. correctum.

C. ἀνευρέθη πάποτε] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Male vul-
go ἂν εὐρεθῆ πάποτε. Paullo ante χρῆται Bodl.

πολλάκις δὲ με ἤδη διαφ.]
H. e. ἢ δὲ ἤδη δ. vel πολλάκις
δὲ αὐτῆ με δ. v. ad Sympos.
p. 201. B. Gorg. p. 496. B.
Sed dixit de relativo pronomine
pariter atque de aliis nominibus
cum verbis diversae constru-
ctionis copulari solitis A. Mat-
thiae Gr. §. 428. 2. b. Hic
illud tantum admonuisse iuvabit,
etiam in proximis, pro ἢ δὲ χρῆ-
σθαι παρχάλεπον ἔστι, scriptum
esse χρῆσθαι δὲ παρχάλεπον.
Pro ἔρημον καὶ ἀπορον κατέστη-
σε poterat etiam dici εἰς ἐρη-
μίαν καὶ ἀπορίαν κατέστησε.
Sophist. p. 283. D. ὅτι καὶ
τὸν ἐλέγχοντα εἰς ἀπορίαν κα-
θίστησι τὸ μὴ ὄν. Phaedr. p.
232. D. εἰς ἐρημίαν φθλων κα-
θιστᾷ.

C. ὅσα τέχνης ἐχόμενα
ἀνευρέθη πάποτε] omnia
quae unquam inventa sunt

ad artem pertinentia et
cum ea coniuncta. Fre-
quens est dictio ἔχουσα τινας
vel ἐχόμενον ἔστι τινας, cuius
exempla sunt De Rep. V. p.
526. C. Lach. p. 182. C. Po-
litic. p. 289. A. Legg. V. p.
734. D. Theaet. p. 145. A.
Alia si cupis, adi quaeso He-
msterhus. ad Plut. p. 472. et
quos laudavimus ad Lachet.
l. c.

Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους
δόσεις —] Solet philosophus
maxima quaeque vitae humanae
bona ad divinam referre origi-
nem. Hinc De Rep. IV. p. 411.
E. musicam et gymnasticam
vult ab aliquo deorum mortali-
bus esse donatam. Hinc in
Protagora et Politico p. 274.
B. sqq. quaecunque ad vitam
sustentandam feliciterque degen-
dam pertinent, deorum be-

καταφαίνεται μοί, παθὲν ἐκ θεῶν ἐξόβλην διὰ τινος Προμηθεῖος ἅμα φανοτάτω πυρὶ διὰ μὲν

φανοτάτω τινὶ π.] V. φανοτάτω, quod correctum ex plurimis optimisque codicibus. Mox permulti libri, sed ii fere ignobi-

nignitati accepta referri statuit. Hinc igitur etiam artem dialecticam, qua genera rerum atque formae tum discernantur tum coniungantur, de coelo demissam esse arbitratur, et quidem per Prometheum aliquem, hoc est, per aliquem, qui similiter atque ille igne in terras deferendo de genere humano meritis sit, siquidem in maximis beneficiis numerari debeat, quod artis dialecticae usum teneamus. Dicti huius multi rationem habuerunt: veluti Iulianus Orat. VI. p. 183. C. ἡ τῶν θεῶν εἰς ἀνθρώπους δόσις ἅμα φανοτάτω πυρὶ διὰ Προμηθεῖος ἐξ Ἥλιου μετὰ τῆς Ἐρμού μερίδος οὐχ ἕτερόν ἐστι παρὰ τὴν τοῦ λόγου καὶ καθ' ἑαυτοῦ. Damascius apud Suidam in v. Ἄστρος —; εἰς τὴν διὰ Προμηθεῖος τινός ἅμα φανοτάτω πυρὶ καταπεμφθεῖσαν διαλεκτικὴν, αὐτοῦσαν καθαρωτάτην τε οὖσαν νοῦ καὶ φρονήσεως ἀναδομαεῖν. Numenius ap. Euseb. Praep. Ev. XI. p. 539. A. διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὴν σοφίαν ὑπὸ Προμηθεῖος ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους μετὰ φανοτάτω τινός πυρός ἔφη. Iamblich. Myster. Aegypt. III. c. X. p. 71. Synes. Epist. CXXXVII. p. 274. C. Indicavit haec ex parte Wyttenbach. ad Plutarch. De Fortuna p. 99. C. cuius loci color item hinc ductus est. Et haec quidem de loco universo; pergimus ad rimanda singula. Hic vero primum observandum est, θεῶν δόσις εἰς ἀνθρώπους dici pro usitatore θεῶν δόσις ἀνθρώποις, de quo nunc satis erit consuluisse A. Matthiae Gr. Gr. §. 390. et

quae nos scripsimus ad Euthyphron, p. 13. D. et 15. A. Dein ἐκ θεῶν παθὲν nihil sane discrepat ab illis Phaedr. p. 244. C. παλαιῶν ἐκ προμηθεῖος παθὲν. Reip. VIII. p. 560. A. ἡ παθὲν παρὰ τοῦ πατρῶος. Ibid. p. 544. E. ἐκ θεῶν παθὲν, quae iam olim comparavimus. Sophist. p. 246. B. ἀνωθεν ἐξ ἀοράτου παθὲν ἀμύροια. Atque eodem pertinet, quod legitur infra p. 44. D. ἀρχομένους παθὲν ἀνωθεν. Porro ἐξόβλην idem est quod κατεβλήθη, κατεπέμφθη, quo non perspecto Schützius corrigebat, εἰ μὴ παθὲν ἐκ θεῶν ἐξόβλην, sicut sane commento. Denique ἅμα φανοτάτω τινὶ πυρὶ improprie intelligendum. Nam πῦρ φανοτάτω intelligitur lumen rationis arte dialectica tanquam accensum mentibus hominum atque allatum. Veram pervidit Clemens Alexandrinus Protreptico p. 2. C. καταφωμεν δὲ ἀνωθεν ἐξ οὐρανόων τὴν ἀληθειᾶν ἅμα φανοτάτω φρονήσει. Ceterum prava vulgo φανοτάτω. Suidas: Φανός: φανικός, κατὰ οργάνην. Primam igitur syllabam producit.

καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττορες ἡμῶν —] Priscae aetatis homines, quippe qui ab ortu rerum omnium atque adeo divina progenie propius absentes, talia posteris proderere certius potuisse, Plato iuxta cum aliis philosophis statuit; scilicet ad traditionem maiorum in rebus dubiis atque incompertis provocare solitus. Neque vero οἱ ἑγγυτέρω θεῶν αἰκούντες sunt qui utebantur diis familiariter, ut interpretantur

παλαιοί, κρείττορες ἡμῶν καὶ ἑγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἐνός μὲν καὶ

lores, φήμην παρέδοσαν. Ante πολλῶν ex Bodl. Vat. Ven. Π, in accessit, quod vet. editt. ignorant.

Baumgarten - Crusius in Actis Semin. Reg. et Societ. Phil. Lips. ed. a Chr. Dan. Beckio Vol. I. p. 40. et Im. G. Husehkius Annal. Litter. p. 332. sed qui illis erant ortu suo propiores, ut recenti veri rectique sensu pollerent, et quid verum esset facilius sentirent atque acutius cernerent. Nam non solum filiis deorum, sed etiam hominibus aetate diis propioribus singularis tribuitur sapientia. Platonis mentem egregie patefacit Cicero, qui Tuscul. I. 12. antiquitas, inquit, quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebat. Idem, Legg. II. 11. 27. Iam ritus familiae patrumque servare, id est, quoniam antiquitas proxime accedit ad deos, a diis quasi traditam religionem tueri. Iam audi ipsum Platonem, et facile senties, quo iure Husehkius quidem illam sententiam suam tantopere iactaverit. Timaeo p. 40. D. πρὸς δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἶπεν καὶ γινῶμαι τὴν γένειον μείζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πιστοτέρων δὲ τοῖς εἰρημόσιον ἑμπεροσθεν, ἐγγύοις μὲν θεῶν οὖσαν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δὲ πῶν τοῖς γε αὐτῶν προγόρων εἰδῶσιν. De Rep. III. p. 388. B. μηδὲ Πλάτων ἑγγύς θεῶν γεγονότα λιτανεύοντα. Ibid. p. 391. E. ὡς ἄρα τοιαῦτα πρῶττοι τε καὶ ἑκαττοί τε καὶ θεῶν ἀγγλοποροί — ὧν ἕνεκα πανοσιότερον τοῖς τοιοῦτοις μύθοις. Quo loco quid sit θεῶν ἀγγλοποροί, satis

dilucide explicatur versu, οὐ πῶ σφιν ἐξέτηλον αἶμα δαιμόνων; intelliguntur igitur, in quibus vis divina nondum gravius excoluisset. Denique vide, quae de his rebus ad Remp. p. 391. A. et Tim. p. 40. E. alio tempore commentati sumus. — Pro ταύτην φήμην παρέδοσαν ne quis requirat ταύτην τὴν φήμην παρέδοσαν. Nam recte omittitur articulus, quia ταύτην est subiectum, φήμην praedicatum, ut etiam sic dici potuerit: τοῦτο ὡς φήμην τινὰ παρέδοσαν. Sic Protagor. p. 341. E. τῷ θεῷ τοῦτο γέρας ἀπέειπεν. ubi v. ann. Infra p. 65. D. εὐσεπίον γε καὶ ταύτην σέφην ἡραβέβληκας. Apolog. p. 18. A. p. 24. B. al. — Dein ὡς — ὄντων — ἐγγύτων post φήμην παρέδοσαν loco accusativi cum infinitivo infertur; unde mirum non est, quod facta constructionis mutatione hic ipse infinitivus inde a θεῶν οὖσαν x. τ. λ. usurpatur, Prorsus eodem modo Legg. I. p. 624. A. 626. A. Charmid. p. 164. D. Omnino autem de ὡς cum participii casu secundo post verba alias accusativum cum infinitivo regentia v. Phaedr. p. 244. C. Euthyd. p. 273. E. Cratyl. p. 439. C. Legg. I. p. 644. B. IV. p. 722. E. VI. 755. A. XII. p. 964. E. Reip. IV. p. 437. A. Theaet. p. 158. B. Phaeton. p. 94. E. Alia praeterea dabit Matthiae Gr. §. 569. Atque hinc sponte intelligitur, quo iure Schützius olim ὄντων deleri ac pro θεῶν infinitivo dei indicativum restitui iusserit. Itaque locum sic interpretamur; prisci illi homines hanc nobis

ἐκ πολλῶν ὄντων τῶν αἰεὶ λεγομένων εἶναι, πέρας δὲ καὶ ἀπειρίαν ἐν αὐτοῖς ζύμυτον ἔχόντων. δεινὸν οὖν
D ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων αἰεὶ μίαν ἰδίαν
 πρὸς πάντος ἐκάστοτε θεμένουσιν ζητεῖν· εὐρήσειν γὰρ
 ἐνοῦσαν· εἰν οὖν μεταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἰ
 πως εἰσί, σκοπεῖν, εἰ δὲ μή, τρεῖς ἢ τινα ἄλλον
 ἀριθμόν, καὶ τῶν ἐν ἐξείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύ-

D. Θεμένουσιν ζητεῖν] Vitiose Bodl. Vat. Ven. II. ζητῶν.
 εἰν οὖν μεταλάβωμεν] Libri omnes μεταλάβωμεν, quod
 mutavit Stephanus in καταλάβωμεν.

famam tradiderunt, quae-
 cunque dicantur esse, ea
 ex uno et multis constare,
 atque finem et infinita-
 tem in se innata habere.
 Πέρας facile patet intelli-
 gendi genus, quo formae et res indi-
 viduae comprehenduntur; ἀπει-
 ρίαν autem infinitas partes at-
 que res singulas eius notioni
 subiectas: id quod ex proxima
 disputatione clarissime intelli-
 getur.

D. εὐρήσειν γὰρ ἐνοῦ-
 σαν] Int. αὐτῶν s. παντ.
 εἰν οὖν μεταλάβωμεν]
 Codd. omnes cum Ald. Bas. 1.
 2. μεταλάβωμεν scriptum habent,
 pro quo Stephanus nescimus
 quo auctore καταλάβωμεν dedit.
 Sed non est cur librorum scri-
 pturam spernamus. Nam sen-
 tentia haec est: si igitur eius
 participes facti simus s.
 si eam nacti simus et ac-
 ceperimus. Dein post εἰν
 quod εἰ δὲ μή inferitur, solemn-
 is est ea ratio et prope legitima.
 Exempla rei sunt Protag. p.
 311. D. Gorg. p. 470. A. 481.
 A. Sympos. p. 185. D. Phaed.
 p. 93. B. Reip. VII. p. 540. C.
 Charmid. p. 157. C. Lysid. p.
 210. D. ubi v. annotat.
 καὶ τῶν ἐν ἐξείνων ἕκα-
 στον ὡσαύτως] Locus aperte
 mendosus quomodo emendandus
 sit, vehementer dubitatur. Sen-

tentia Socratis haec est. Cen-
 set ille primum quidem quae-
 rendam esse generalem notio-
 nem eius rei, quae sit ad per-
 vestigandum proposita. Qua in-
 venta post unam duas, si forte
 reperiri queant, sin minus, tres
 aut quattuor aut alium nume-
 rum vult investigari. Tum ve-
 ro singulas notiones hac ratione
 inventas pari modo dividendas
 et explorandas esse praecipit,
 usque dum, quod tanquam unum
 antea fuerit positum, non tan-
 tum unum et multa esse intel-
 lexeris, sed etiam exploratum
 habeas, quot illud partes et
 formas complectatur. Et po-
 strema quidem sententiae huius
 pars his ipsis verbis declaratur,
 de quarum scriptura ambigitur.
 Ea igitur Schützjusz sic mu-
 tari iussit, ut τὸ ἐν τῶν
 sufficiens facti statueri, speciose
 sane, nec tamen vere. Nam
 vix quisquam dixerit, quatenam
 ita vis articuli sit, etiamsi mox
 sequitur τὸ ἐν ἕκαστον τῶν πάν-
 των. Quocirca Schleierma-
 cherus scribi iussit καὶ τῶν
 ἐνόντων ἐκείνων ἕκαστον. Ve-
 rum id vel audaciae nomine
 displicet, Lenius igitur nos olim
 tentavimus καὶ τῶν ἐξ ἐκείνων
 ἕκαστον. Nec tamen id postea
 quoque nobis omni ex parte
 satisfacit, praesertim quum ita
 ἐκείνου requiri videatur. Dicam

τως, μέχρι περὶ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἐν μὴ ὅτι ἐν καὶ
 πολλὰ καὶ ἀπειρία ἐστὶ μόνον ἴδη τις, ἀλλὰ καὶ
 ὅποσα τὴν δὲ τοῦ ἀπειροῦ ἰδίαν πρὸς τὸ πλῆθος
 μὴ προσεφύρειν, πρὶν ἂν τις τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ
 πάντα κατὶδῇ τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπειροῦ τε καὶ τοῦ
 ἐνός· τότε δ' ἤδη τὸ ἐν ἕκαστον τῶν πάντων εἰς
 τὸ ἀπειρον μετέντα χαιρεῖν εἶναι. οἱ μὲν οὖν θεοί,

τὸτε δ' ἤδη τὸ ἐν] τότε δὲ δεῖ Bodl. Vat. Ven. II. sed v.
 interpretat. Vulgat. lectionem Vat. teste Bastio in marg. annota-
 tam habet.

igitur quod nunc sentio. Proxi-
 me ad illam rationem nostram
 accessit Astius, qui τῶν ἐν
 ἐκείνω correxit, idque putamus
 unice verum esse. Nam quum
 scriptura librorum paene nihil
 mutata sit, siquidem ex ἐκεί-
 νου, quod iota non subscriptum,
 sed adscriptum haberet, facillime
 per errorem oriri potuit
 ἐκείνω, tum sententia verborum
 ita fit protenus clara, recta,
 dilucida. Etenim τῶν ἐν ἐκείνω
 ἕκαστον est unaquaeque spe-
 cies atque forma in illo
 (τῶ παντί) comprehensa.
 Has igitur Socrates pariter cen-
 set ita perquirendas et rimandas
 esse, ut continuata earum per-
 vestigatione denique numerus
 formarum summo generi sub-
 iectarum iniri queat.
 μέχρι περὶ ἂν — καὶ ὅπο-
 σα] H. e. usque dum sum-
 mum genus initio positum
 non tantum videat unum
 esse et multa et infinita,
 sed etiam intelligat, quot
 formas ac species illud
 sibi subiectas habeat. De
 μὴ ὅτι seq. ἀλλὰ καὶ v. ad Sym-
 pos. p. 207. E. Praeterea illud
 animadversione dignum est, quod
 καὶ ὅποσα non potest ad τὰ
 ἀπειρία referri, sed tantummodo
 ad τὰ πολλὰ pertinet. Nam si
 vera sunt, quae de his rebus in
 Prolegomenis exposuimus, τὰ

πολλὰ dicuntur formae et par-
 tes generis, quarum numerum
 philosophus accurate defini-
 vult; τὰ ἀπειρία autem sunt res
 singulae, quarum tam infinita
 copia est, ut singula percenseri
 ac dinumerari nullo modo pos-
 sint. Itaque facile aliquis in
 eam deveniat opinionem, ut
 istud καὶ ἀπειρία efficiendum cen-
 seat. Verum tunc illud verba
 proxima, τὴν δὲ τοῦ ἀπει-
 ρου ἰδίαν κ. τ. λ. Quocirca sic
 est existimandum, ut scripto-
 rem hic putemus primum qui-
 dem universe loquutum esse
 ideoque addidisse καὶ ἀπειρία;
 tum autem sententiam suam de-
 finivisse subtilius, subiunctis his,
 τὴν δὲ τοῦ ἀπειροῦ ἰδίαν κ. τ. λ.
 quae Latine licet cum superio-
 ribus hoc fere modo coniungere:
 quamquam infiniti spe-
 ciei non prius ad multi-
 tudinem illam, h. e. ad
 summum genus eiusque omnem
 formarum ambitum, adhiberi
 licere, quam quis nume-
 rum eius universum per-
 spexerit infinito atque
 uni interiectum.

E. τότε δ' ἤδη τὸ ἐν ἕκα-
 στον τῶν πάντων —] ac
 tunc de munum quodque
 omnium illorum, quae ex-
 plorata sunt formarum per-
 vestigatione instituta, ad infini-
 tum esse dimittendum.

ὅπερ εἶπον, οὕτως ἡμῖν παρέδοσαν σκοπεῖν καὶ μά-
θαιεν καὶ διδάσκειν ἀλλήλους· οἱ δὲ νῦν τῶν ἀν-
17 θρώπων σοφοὶ ἐν μὲν, ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολλὰ
θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιούσαι τοῦ δέοντος, μετὰ
δὲ τὸ ἐν ἀπειρᾷ εὐθύς, τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύ-
γει· οἷς διακεχώρισται τό τε διαλεκτικῶς πάλιν καὶ
τὸ εἰριστικῶς ἡμᾶς ποιείσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς
λόγους.

P. 17. σαφέστερον δέομαι] Hunc ordinem verborum

Pro τότε δ' ἤδη tres optimi libri τότε δὲ δεῖ, quod receperunt Turicensis. Male, si quid iudicare possumus. Nam primum quidem illud τότε δ' ἤδη tanquam fortius ac ponderosius ipsi sententiae longe est accommodatius, quam ex illo istud τότε δὲ. Deinde orationem aliunde suspensam hic quoque continuari, satis aperte indicant quae subsequuntur, οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, κ. τ. λ. quibus iam tandem narrationem de voluntate et institutione divina finitam esse significatur. Denique illud δεῖ speciem glossematis prae se fert, aut potius praeposteræ correctionis. Repetendum enim hic quoque ex superioribus est δεῖν; quod qui moleste ferrent, istud suum emplastrum vulnere opinato imposuerunt. De sententia conf. Polit. p. 262. A. B. C. Sophist. p. 266. A. B.

P. 17. ἐν μὲν, ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολλὰ θᾶττον —] Hoc dicit: nostri autem sapientes universam rerum notionem atque singulas eius formas, sive unum et multa, sicuti fors fortuna fert, et iusto festinantius et vero etiam tardius conficiunt s. ponunt, atque post unum statim infinita. Recte etiam τὰ πολλὰ memorat;

nam ea ipsa quoque sunt ἐν, quatenus iis tanquam generibus rursus aliae partes ac formae subiectae sunt. Itaque levis traectio, sive ὑπέρβατον, verborum ὅπως ἂν τύχωσι hic notanda est, quam Latino sermone ei subiectae memorantur, quae sunt illa ipsa πολλά. Verum eae non efficiunt plenam accuratamque generis divisionem, ideoque magno sane argumento sunt, qui fieri possit, ut in per-vestigandis generibus, prouti casus fert, vel tardius vel festinantius agatur. His ita expositis supervacaneum putamus varias interpretum de his verbis opiniones percensere. Nolumus enim aliorum somnia interpretari. οἷς διακεχώρισται τό τε διαλεκτικῶς —] Pronomen οἷς non tantum ad postremum orationis membrum refertur, verum etiam ad antecedentia spectat. Itaque post ἐκφεύγει loco commatis plenior feci verborum distinctionem. His rebus continetur rursus, inquit, discrimen inter dialecticam et eristicam disputandi rationem. Politic. p. 276. D. ἢ τε τὸν θεῖον ἂν που διελόμεθα ἰομά χωρίς, καὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐπιμελητήν. Demosthen. T. II. p. 1109. 15. ed. Reisk. ἀριστον δὲ δήπου κηχώρισται τό τ' εἶναι καὶ τὸ τούτων γάσκειν. conf. annot. ad p. 44. A. ubi similia congesti-

Cap. VII. ΠΡΩ. Τὰ μὲν πως, ὃ Σώκρατες, δοκῶ σου μάθαιεν, τὰ δὲ ἐτι σαφέστερον δέομαι ἂ λέγεις ἀκούσαι.

ΣΩ. Σαφές μὲν, ὃ Πρωταρχε, ἐστὶν ἐν τοῖς γραμμασὶν ὃ λέγω, καὶ λαμβάνε αὐτὸ ἐν τούτοις οἷς-περ καὶ πεπαιδευσαι.

ΠΡΩ. Πῶς;

praestant Bodl. Vat. Ven. P. Vulgo δέομαι σαφέστερον.

re etiam oportere hoc, ut numerus sonorum et intervallorum omnes variasque eorum conjunctiones cognitatas habeat. Hic igitur praeter summum vocis genus etiam formae quaedam ei subiectae memorantur, quae sunt illa ipsa πολλά. Verum eae non efficiunt plenam accuratamque generis divisionem, ideoque magno sane argumento sunt, qui fieri possit, ut in per-vestigandis generibus, prouti casus fert, vel tardius vel festinantius agatur. His ita expositis supervacaneum putamus varias interpretum de his verbis opiniones percensere. Nolumus enim aliorum somnia interpretari.

οἷς διακεχώρισται τό τε διαλεκτικῶς —] Pronomen οἷς non tantum ad postremum orationis membrum refertur, verum etiam ad antecedentia spectat. Itaque post ἐκφεύγει loco commatis plenior feci verborum distinctionem. His rebus continetur rursus, inquit, discrimen inter dialecticam et eristicam disputandi rationem. Politic. p. 276. D. ἢ τε τὸν θεῖον ἂν που διελόμεθα ἰομά χωρίς, καὶ τὸν ἀνθρώπινον ἐπιμελητήν. Demosthen. T. II. p. 1109. 15. ed. Reisk. ἀριστον δὲ δήπου κηχώρισται τό τ' εἶναι καὶ τὸ τούτων γάσκειν. conf. annot. ad p. 44. A. ubi similia congesti-

mus. Pro πάλιν quod Heusdius Specim. Crit. p. 100. requirebat ἐπιπάλιν, ea mutatione non opus esse putamus. Eristicam Plato etiam aliis locis monet diligenter a dialectica segregandam esse, veluti Sophist. p. 253. C. coll. p. 216. B. 231. E.

Τὰ μὲν πως, ὃ Σώκρ., δοκῶ σου μ.] Ad haec iam olim comparavimus Gorg. p. 488. C. οὐδὲ γὰρ τοι τότε οἷος τ' ἦν μάθειν σου, τί ποτε λέγεις; ibid. p. 517. C. ἀγροῦντε ἀλλήλων, ὃ τι λέγομεν. De Rep. IV. p. 432. E. ὡς δοκοῦμέν μοι — οὐ μάθαιεν ἡμῶν αὐτῶν, ὅτι ἐλέγομεν τρόπον τινὰ αὐτό.

Σαφές μὲν, ὃ Πρω.] Evidens vero, o Protarche, res erit in litterarum elementis, ac percipe eam exemplo earum rerum, quibus tu quoque institutus et eruditus es. In his μὲν non erat sollicitandum, quod saepe sic in responsionibus usurpari solet. Quae res est notior, quam ut exemplis demonstranda videatur. Praepositio ἐν in his: ἐν τοῖς γραμμασὶν, significat rem, in qua rei rationem cernere et cognoscere liceat; Germanice dixeris: Deutlich ist das, was ich meine, an den Buchstaben. Xenoph. Hist. Gr. VII. 1, 6. ἐν τούτοις εὐδελον. Atque eodem modo vocula int-

ΣΩ. Φωνή μὲν ἐστὶ πῶς μία διὰ τοῦ στόματος
ιοῦσα, καὶ ἀπειρος αὐτὴ πλήθει, πάντων τε καὶ ἐκά-
στου.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Καὶ οὐδὲν ἕτερον γὰρ τούτων ἐσμέν πῶ σο-
φοί, οὐδ' ὅτι τὸ ἀπειρον αὐτῆς ἴσμεν οὐδ' ὅτι τὸ

B. Φωνὴ μὲν καὶ πῶς μία] Vulgo post μὲν interponitur
ἡμῖν, quod cum Bodl. Vat. Ven. II. extrusi.

ligenda est in his: λάμβανε αὐ-
τὸ ἐν τοῦτοις. Sic etiam in-
fra p. 18. B. πάλιν δὲ ἐν γράμα-
μασι τὸ πῶν λεγόμενον λάβω-
μεν. P. 29. B. ἐν ἐνὶ δὲ λα-
βῆν περὶ πάντων νόσει ταῦτον.
et p. 21. A. οὐκοῦν ἐν σοὶ περ-
ρῶμεθα βρασιλίζοντες ταῦτα.
De Rep. III. p. 392. D. περιά-
σομαι σοὶ ἐν τοῦτω δηλώσαι
δ' βούλομαι. Menon. p. 82. B.
ἴσα ἐν τοῦτω σοὶ ἀποδείξωμαι.
Alcibiad. I. p. 114. D. ἐν ἐμοὶ
ἐμμελέτησαν καὶ ἐπιχρήσασαν ἐπι-
δείξαι. Sophist. p. 238. D. οὐ-
δὲν δέ τι ὁμαίον ἐν ἐμοὶ
σκοπεῖν. Phaedr. p. 229. E. ἐν
σοὶ ἐγγρημασάμενος. Ibid. p.
262. C. ἐν οἷς ἡμεῖς εἰπομεν
ἰδεῖν. Xenoph. Cyrop. I. 6,
29. καὶ ἐξαιτιῶν δὲ καὶ πλεο-
νεκτικῶν οὐκ ἐν ἀνθρώποις
ἐπαιδεύομεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἐν θε-
οῖσι. Jam vero non opus
est ante οὐσπερ mente et cogi-
tatione rursus repetere ἐν προ-
positionem. Nam παιδεύειν etiam
cum simplici dativo eius rei, in
qua quis instituitur, coniungi
solet. De Rep. IV. p. 430. A.
ὅτε ἐξελεγόμεθα τοὺς στρατιώ-
τας καὶ ἐπαιδεύομεν μουσικῇ
καὶ γυμναστικῇ. Ibid. VII. p.
521. D. γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ
ἐν γὰρ τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο
ἡμῖν. De usu voc. καὶ contu-
lisse non erit inutile Xenoph.
Mem. II. 1, 10. ἀρχοῦται δὲ
τῶν Ἑλλήνων, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς
εἶ. Germanice dixeris: worinn

du ia eben auch unterrich-
tet bist.

B. Φωνὴ μὲν ἡμῖν ἐστὶ
πῶς —] Rem duobus illustrat
exemplis, quorum altero doce-
tur, nihil ad scientiae subtilita-
tem prodesse, si cui generis
tantum atque rerum singularum
sive infinitorum aliqua notitia
comparata sit; altero ostendi-
tur, nec sufficere ad illam, ge-
neris et paucorum formarum
(πολλῶν) cognitionem. Ex quo
perspicuum fit, cur duo rei
exempla in medium afferantur.
Dein Τί μὴν; idem est quod τί
μὴν ἄλλο; diciturque sic, ut
affirmandi vim et significationem
habeat. Rei exempla ex hoc
uno libro attulisse iuvabit haec;
pag. 23. E. 26. A. 27. A. 33.
A. E. 34. A. E. 38. E. 39. E.
40. B. 41. D. 43. C. 48. B. C.
54. D. 57. D. 59. E. Semel
tamen positum est aliter p. 44.
B. ubi v. ann.

Καὶ οὐδὲν ἕτερον γὰρ τού-
των —] Atqui neutro istor-
um iam ullius rei periti
existimus, neque eo, quod
novimus infinitam esse
eius multitudinem, neque
eo, quod eius genus ali-
quod tenemus; sed illud
demum, ut quot et qua-
lia in eo insint, h. e. ut
quot et quales vocis humanae
formae reperiantur, explora-
tum habeamus, hoc igitur
demum est quod quemque

ἐν' ἀλλ' ὅτι πόσα τέ ἐστὶ καὶ ὅποια, τοῦτ' ἐστὶ
τὸ γραμματικὸν ἕκαστον ποιοῦν ἡμῶν.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τὸ μουσικὸν ὁ τυγχάνει ποι-
οῦν, τοῦτ' ἐστὶ ταῦτόν.

ΠΡΩ. Πῶς;

Καὶ οὐδὲν ἕτερον γὰρ τ.] Bodl. et Vat. a sec. man. οὐδ' ἐν.
Pro ἕτερον vulgo erat ἕτερον, quod solus agnoscit Par. E.
Καὶ μὴν καὶ τὸ μουσικὸν] τὸν Steph. cum Par. B.

nostrum grammaticae pe-
ritum efficiat. Non opus
est, ut οὐδετέρῳ refingatur. Nam
quae in οὐδὲν inest vis negandi,
ea etiam ad ἕτερον pertinere exi-
stimari debet, perinde ac si
scriptum legatur: οὐδετέρῳ γὰρ
τούτων ἐσμέν πῶ σοφοί τι.
Omnino enim tenendum est οὐ-
δὲν per quoddam genus attra-
ctionis dicam an brevilloquentiae
sic usurpari solere, ut pro οὐ
τι dicatur, ita quidem, ut ne-
gatio, etiamsi aliorum perti-
neat, tamen istud τι tanquam
secum traxisse iudicanda sit,
ideoque in οὐδὲν esse commu-
tata. Pertinet huc locus Char-
mid. p. 168. D. ἄχρων γὰρ
ὄψις οὐδὲν μὴ ποτε ἴδη, h. e.
ὄψις γὰρ οὐ μὴ ποτε ἴδη
ἄχρων τι. Quod qui aliter in-
terpretari conatus est Saup-
pius Epist. crit. ad G. Her-
mannum p. 72. is perperam sibi
persuasit οὐδὲν μὴ pro simplici
οὐ μὴ usurpari, ut nec οὐδὲν
ex ἴδη suspensum putari oporteat.
Nimirum istum usum nec
ea firmant, quae collegerunt
Engelhardt. Obs. in Demosth.
p. 46. et Hermann. ad Iphigen.
Taur. v. 886. Locum Plat. Sympos. p. 214. A.
ὁπόσον γὰρ ἂν κελύη τις, το-
σοῦτον ἐπιών οὐδὲν μᾶλλον μὴ
ποτε μεθυσθῆ, manifestum est
sic explicari oportere: οὐ μὴ
ποτε μεθυσθῆ μᾶλλον τι,
quo intellecto causa in prom-
Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

tu erit, cur οὐδὲν μὴ dictum
sit. Eadem ratio est Xenoph.
Hellen. I. 6, 32. Καλλικρατίδας
δὲ εἶπεν, ὅτι ἡ Σπάρτη οὐδὲν
μὴ κάκιον οἰκείται (i. οἰκείται);
ubi οὐδὲν μὴ κάκιον idem est
atque οὐ μὴ κάκιον τι. Nec
aliter accipimus illa Demo-
sthen. Phil. II. §. 24. ἐὰν οὖν
τιούτην σώζητε, οὐδὲν μὴ δεινὸν
πάθητε, quae nescio qua in-
temperie agitata Sauppium
sic dicta esse censet, ut οὐδὲν
μὴ rursus pro simplici οὐ μὴ
positum arbitretur. Imo veris-
sime Voemelius ea perdidit
sic explicari oportere: οὐ μὴ
πάθητε δεινὸν τι. Sic etiam
Demosth. adv. Aristocrat. p.
680. 22. ed. Reisk. ἐργῶν πείραν
ἔχων, ὅτι τῶν πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν
μὴ δυνήσῃ πρότερον λύσαι, πρὶν
ἂν ἐβάλῃ τούτους, i. e. ὅτι οὐ
μὴ δυνήσῃ τι τῶν πρὸς ὑμᾶς
πρότερον λύσαι κ. τ. λ. — Post
ἀλλ' ὅτι πόσα — ὅποια, repe-
tendum est ἴσμεν. — De πόσα
interrogativo cum ὅποια relativo
conosciuto v. infra p. 27. D. et
ad Criton. p. 48. A. Gorg. p.
500. A. Alia rei exempla sup-
peditabit Lobeckius ad Phry-
nich. p. 57. Ceterum γραμμα-
τικός etiam Sophist. p. 253. A.
al. vocatur is, qui varios litte-
rarum sonos recte discernere
et coniungere sciat. v. ad p.
18. D.

τὸ μουσικὸν ὁ τυγχάνει
ποιοῦν] H. e. musicae ar-

C ΣΩ. Φωνὴ μὲν που καὶ τὸ κατ' ἐκείνην τὴν τέχνην ἐστὶ μία ἐν αὐτῇ.

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Δύο δὲ θῶμεν, βαρὺ καὶ ὀξύ, καὶ τρίτον ὁμότονον. ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἄλλ' οὐπω σοφὸς ἂν εἴης τὴν μουσικὴν

C. καὶ τὸ κατ' ἐκείνην τὴν τ.] In Bodl. Vat. Ven. II. deest καὶ τό. v. interpretat.

tis vere peritum. Qui qualis esse debeat, similiter atque hoc loco exponitur etiam Sophist. p. 253. B. Legg. VII. p. 802. B.

C. Φωνὴ μὲν που καὶ τὸ κατ' ἐκείνην τὴν τ.] Int. ex superioribus μουσικῶν, notissima loquendi ratione. Proxima Heindorfius refingebat sic: κατ' ἐκείνην τὴν τέχνην ἐστὶ καὶ ἐστὶ μία ἐν αὐτῇ, quem sequutus est in vertendo Schleiermacherus: Die Stimme ist es doch auch, was iene Kunst ausmacht, und ist nur Eine in ihr. Et sane ita istud ἐν αὐτῇ fit paullo tolerabile. Sed prorsus intolerabile evadit, ubi cum Turicens. ex tribus codd. praestantissimis scripseris που κατ' ἐκείνην τὴν τ. omissis vocibus καὶ τό. Nam hae profecto aliquid momenti faciunt ad leniendam structurae duritiam, siquidem καὶ τὸ κατ' ἐκείνην τὴν τέχνην est: etiam quod ad illam artem attinet, ut tanquam sententiam intermediam quandam afferre videatur, cui illud ἐν αὐτῇ accommodatum sit.

βαρὺ καὶ ὀξύ, καὶ τρίτον ὁμότονον.] H. e. aequaliter intentionem ideoque eandem rationem habens, quae est 1:1. Sympos. p. 187.

A. ἀλλ' ὡς τοῦτο εἰρησέτο λέγειν (Heraclitus) οὐκ ἐκ διαφερομένων πρότερον τοῦ ὀξείους καὶ βαρέους, ἔπειτα ὑστερον ὁμοιογενῶν γέγονεν ὑπὸ τῆς μουσικῆς τέχνης (ἢ ἀρμονίας). Lucian. Prometh. T. I. p. 24. ed. Bip. ὥστε τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δις διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἀρμονίαν ἀπὸ τοῦ δξυτάτου ἐς τὸ βαρύτερον. In proximis ὡς γ' ἔπος εἰπεῖν rursus iunge cum ὀξυδενὸς ἄξιος; v. ad p. 14. A. D. Praeterea conferas Apolog. Socr. p. 23. B. οὐκ ὀξυδενὸς ἄξιος ἐστὶ τῆ ἀληθείας πρὸς σοφίαν. Infra p. 19. B. οὐδεὶς εἰς ὀξυδενὸς ἂν ἡμῶν οὐδέποτε γένοιτο ἄξιος.

Ἄλλ', ὡ φίλε, ἐπειδὴν λάβης —] Διαστήματα τῆς φωνῆς sunt vocis intervalla, quibus varii soni definiuntur; sive, ut Euclidis verbis utamur, διάστημα ἐστὶ τι περιεχόμενον ὑπὸ δύο φθόγγων ἀνομοίων δξυτάτη καὶ βαρύτερη. v. Bulliald. ad Theon. 248. Horum ipsorum vero termini, quibus inter se discernenda sunt, vocantur ὄροι τῶν διαστημάτων τῆς φωνῆς. De Rep. VII. p. 531. A. τὰς γὰρ ἀνομοίας αὐ συμφωίας καὶ φθόγγους ἀλλήλοις ἀναμετροῦντες (musici) ἀνήντα, ὥσπερ οἱ ἀστρονόμοι, ποιοῦσι. Νῆ τὸς θρούς, ἴφη, καὶ γε-

εἰδὼς ταῦτα μόνα· μὴ δὲ εἰδὼς ὥς γε ἔπος εἰπεῖν εἰς ταῦτα οὐδενὸς ἄξιος ἔσει.

ΠΡΩ. Οὐ γὰρ οὐν.

ΣΩ. Ἄλλ', ὡ φίλε, ἐπειδὴν λάβης τὰ διαστήματα ὅποσα ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς φωνῆς ὀξύτητος τε πέρι καὶ βαρύτητος, καὶ ὅποια, καὶ τοὺς ὄρους τῶν διαστημάτων, καὶ τὰ ἐκ τούτων ὅσα συστήματα γέγονεν, ἃ κατιδόντες οἱ πρόσθεν παρέδοσαν ἡμῖν D

μὴ δὲ εἰδὼς] V. μὴ εἰδὼς δέ. Bodl. Vat. Ven. II. μὴ δὲ εἰδὼς.

λοῖως γε, πικνώματ' αἴτα ὀνομάζοντες καὶ παραβάλλοντες τὰ αἴτα, οἷον ἐκ γειτόνων φωνῆν θηρεύομενοι, οἱ μὲν φασὶν εἶναι κατακοῦεν ἐν μέσῳ τινὰ ἤχη καὶ μικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα, ὃ μειρητέον, οἱ δὲ ἀμφισβητοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγόμενον, ἀμφοτέροι αἴτα τοῦ καὶ προσσησάμενοι. ubi facete carpuntur organici. Iam vero ex his sonorum intervallis eorumque terminis et rationibus, de quibus v. praeter alios Boeckhium in Studiis a Daubio et Creuzero editis Vol. III. P. I. p. 40 sq., nasci dicuntur συστήματα, quae a veteribus harmoniarum nomine appellata sint, h. e. variorum sonorum compositiones. Nam harmonia a Graecis dicitur non modo quaelibet sonorum gravium atque acutorum congruentia, sicuti ostendit Boeckhiius l. c. et De Metris Pindari p. 203. Vol. I. edit. Part. II., verum intelliguntur etiam varia modulationis et cantus genera atque modi, ad quos soni temperabantur: ex quo dicta est harmonia Doria, Phrygia, Lydia, aliae. v. Ptolem. Harm. II. 6. Cicero Tuscul. I. 18. Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus; quorum varia compositio

etiam harmonias efficit plures. Ceterum ad nominis etymon respici vix eget admonitione.

ἃ κατιδόντες — σκοπεῖν] Inde a verbis ἐν τε ταῖς κινήσειν αὐ τοῦ σώματος κ. τ. λ. iam tanquam per occasionem etiam rhythmici et metri mentio iniicitur, ita quidem ut rhythmus atque metrum significetur nomen accepisse suum, quia significet πάθη τινὰ τοῦ σώματος δὲ ἀριθμῶν μετροηθέντα; in quo rursus inest facetus quidam verborum lus. Enimvero Plato rhythmum esse voluit τὰξιν τινὰ τῆς κινήσεως. De Legg. II. p. 665. A. τῆ δὲ τῆς κινήσεως τάξει ἴσθμὸς ὄνομα εἶη, τῆ δὲ αὐ τῆς φωνῆς, τοῦ τε δξείους ἄμα καὶ βαρέους ἐνμεραννιμένων, ἀρμονία ὄνομα προσγορευέοιτο, χορεία δὲ τὸ ἐναμφοτέρον κληθείη. Ibid. p. 672. E. τὸ γε μὴν κατὰ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν ἴσθμῶν μὲν κοινὸν τῆ τῆς φωνῆς ἔχει κινήσει κ. τ. λ. Ne vero mireris illud τοῦ σώματος, pro quo fortasse aliquis τῆς φωνῆς expectaverit; ἀρμονία ad cantandi, ἴσθμὸς autem ad saltandi artem potissimum referebatur. Quamquam utraeque artes ita coniunctae erant, ut in cantu non minus rhythmus quam harmonia, ac

τοῖς ἐπομένοις ἐκείνοις καλεῖν αὐτὰ ἀρμονίας, ἐν τε ταῖς κινήσεων αὐ τοῦ σώματος ἕτερα τοιαῦτα ἐνόη-
τα πάθη γιγνόμενα, ἃ δὴ δι' ἀριθμῶν μετρηθέντα
δεῖν αὐ φασι ῥυθμούς καὶ μέτρα ἐπονομάζειν, καὶ
ἅμα ἐννοεῖν ὡς οὕτω δεῖ περι παντός ἐνός καὶ πολ-
λῶν σκοπεῖν. ὅταν γὰρ ταῦτά τε λάβῃς οὕτω, τότε
E ἐγένου σοφός, ὅταν τε ἄλλο τῶν ὄντων ὅτιοῦν ταύ-
τη σκοπούμενος ἔλῃς, οὕτως ἔμφρων περι τοῦτο γέ-
γονας. τὸ δ' ἀπειρόν σε ἐκάστων καὶ ἐν ἐκάστοις
πλήθος ἀπειρόν ἐκάστοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν καὶ οὐκ
ἐλλόγιμον οὐδ' ἐνάριθμον, ἅτ' οὐκ εἰς ἀριθμὸν οὐ-
δένα ἐν οὐδενὶ πώποτε ἀπιδόντα.

D. δεῖν αὐ φασι ῥυθμούς] αὐ pro vulg. αὐτὰ debetur
Bodl. Vat. Ven. II. lidem ἀριθμούς, vitiose.

καὶ ἅμα ἐννοεῖν] ἄλλα Bodl. et teste Bastio Vat.

ὅταν τε ἄλλο τῶν ὄντων] Sic Bodl. Ven. II. et pr. Vat.
pro vulg. ὅταν δὲ ἄλλο.

vicissim in saltatione non minus
harmonia quam rhythmus domi-
naretur. Lectu digna sunt, quae
his de rebus commentatus est
Burette Comm. Acad. In-
script. Par. Vol. I. p. 109
sq. et Vol. V. p. 152. Ceterum
harmoniae et rhythmici com-
memoratio, ut res ipsa tulit,
fere coniungitur, ut Symp. p.
187. C. D. Gorg. p. 502. C.
De Rep. III. p. 397. B. Legg.
p. 655. A. 669. D. al. unde mi-
rum non est, quod Socrates
hoc loco, facta harmoniae men-
tione, iam ultro ad rhythmum
quoque defertur.

ἃ δὴ δι' ἀριθμῶν μετρ.]
Recessit ab inchoata verborum
constructione. Debebant enim
haec quoque ex antegresso πα-
ρέδοσαν pendere oratione sic
fere continuata: ἐν τε ταῖς κινή-
σεων — γιγνόμενα ἅτε δι' ἀρι-
θμῶν μετρηθέντα ἐπονομάζειν
ῥυθμούς καὶ μέτρα. Nunc ab-
rupta sententia primaria repente
relativum sequente φασι δεῖν

infertur. Simillima anacolutia
est infra p. 18. B.

ὅταν γὰρ ταῦτά τε λά-
βῃς] Absoluta parenthesi flum
abrupti sermonis denuo resumi-
tur interposito etiam explicativo
γὰρ, nämlich, repetiturque
protasis.

E. τὸ δ' ἀπειρόν σε —
ἀπειρόν ἐκ ποιεῖ] Faceta
dilogia, cuius aliud exemplum
invenitur Tim. p. 55. C. τὸ
ἀπείρονος κόσμος εἶναι λέγειν
ὄντως ἀπείρον τινοῦ δόγμα, ὃν
ἐμπερόν χρόνῶν εἶναι. Simili
ambiguitate ἀλόγως dicitur Gorg.
p. 501. A. Atque etiam in pro-
ximis facetus lusus est, quo-
niam qui in quaerendo disse-
rendoque genera atque formas
negligit, is dicitur οὐκ ἐλλόγι-
μος οὐδ' ἐνάριθμος. Respici-
tur enim oraculum olim Mega-
rensibus datum, de quo Schol.
Theocriti ad Carm. XIV. v.
48 sqq. Ultimi eius versus
sunt: ὁμοῖς δ', ὃ Μεγαρεῖς,
οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι οὔτε

Cap. VIII. ΠΡΩ. Κάλλιστα, ὦ Φίληβε, ἔμοιγε
τὰ νῦν λεγόμενα εἰρηκέναι φαίνεται Σωκράτης.

ΦΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτά γε αὐτά. ἀλλὰ τί δήποτε
πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος οὗτος νῦν εἴρηται, καὶ τί ποτε 18
βουλόμενος;

ΣΩ. Ὅρθῶς μέντοι ταῦθ' ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε,
ἠρώτησε Φίληβος.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ ἀποκρίνου γε αὐτῷ.

ΣΩ. Δράσω ταῦτα διελθὼν σμικρὸν ἔτι περι

E. τῶν ὄντων] Pro ὄντων Bodl. Vat. Ven. II. habent ἐν.
Mox iidem περι τούτων γέγονας. Offendit nimirum criticos con-
structio ἔμφρων περι τι, cuius alibi exempla dedimus. Deinde
Bodl. οὐδὲν' ἀριθμῶν, et καὶ μοι.

P. 18. ταῦθ' ἡμᾶς] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg.
τοῦθ' ἡμᾶς.

δυωδέκατοι οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ'
ἐν ἀριθμῷ. Ad quorum simili-
tudinem Theocritus l. l. haec
pcepit: ἄμεις δ' οὔτε λόγῳ τι-
νὸς ἄξιοι οὔτ' ἀριθματοί, Ἀνε-
τάνοι Μεγαρεῖς, ἀτιμοτάτη ἐνὶ
μόλῃ. Vide de hoc oraculo
etiam Callimachi Epigr. XXVI.
ibique intpp. et Schraderum
ad Musaeum p. 198. Respexit
Plato etiam Hipp. mai. p. 288.
B. ubi satis perspicue τοῦ χρη-
μοῦ mentionem fecit.

Καὶ ἐμοὶ ταῦτά γε αὐτά.]
αὐτά est in se s. per se
seorsum spectata, sicuti
proxima verba docent. Mox p.
18. C. dicitur plenius αὐτά γε
πρὸς ἄλλα. Cod. Coisl. ταῦ-
τά γε ὄντα αὐτά, quod fluxit
ex interpretatione.

P. 18. Ὅρθῶς μέντοι] De
μέντοι in responsionibus affir-
mandi vi usurpato, ut respon-
deat Lat. vero, v. ad Phaedon.
p. 65. D. 86. D. Sympos. p. 176.
B. al. Quod monere pla-
cuit, ne qui veterem scri-

pturam hic sollicitavit, is porro
haberet reprehendendi causas
et argumenta.

διελθὼν σμικρὸν ἔτι πε-
ρι αὐτῶν] Descripsit hactenus
Socrates analyticam viam, qua
in notionum sive idearum perve-
stigatione incedendum sit; quam
alii permutato nomine etiam
syntheticam appellare consue-
verunt. Accedit nunc ad ratio-
nem syntheticam, quam pari
elegantia et subtilitate illustrat.
Est autem totius disputationis
summa fere haec. Quemadmo-
dum ubi unius et multorum per-
vestigatio a summo inde genere
suscipitur, non protenus ad re-
rum singularum infinitatem pro-
perandum est, ita vicissim, ubi
a singulis rebus vel formis quae-
rendi initium fit, magnopere
est cavendum, ne ab infinitis
protenus ad unum transiliatur.
Sunt enim res infinitae ad cer-
tas formas revocandae, formae
autem ad genera referendae.
Hoc demum peracto negotio

αὐτῶν τούτων. ὡς περὶ γὰρ ἐν ὀτιοῦν εἰ τις ποτε λάβοι, τοῦτον, ὡς φάμεν, οὐκ ἐπ' ἀπειρον φύσιν δεῖ βλέπειν εὐθύς ἀλλ' ἐπὶ τιν' ἀριθμὸν, οὕτω καὶ τούναντιον ὅταν τις τὸ ἀπειρον ἀναγκασθῆ πρῶτον λαμβάνειν, μὴ ἐπὶ τὸ ἐν εὐθύς ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὐτὴν τινὰ πλήθος ἕκαστον ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευ-

εἰ τις ποτε λάβοι] ἐν εἰ ποτε λ. Bodl.
φύσιν δεῖ] Sic Bodl. Vat. Ven. P. Coisl. Vett. editt. δεῖ φύσιν.

recté licet ad summum genus procedere. — δράσω ταῦτα, i. e. ἀποκρινοῦμαι v. ad Politic. p. 260. C. Soph. p. 253. A.

ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὐτὴν τινὰ πλήθος — κατανοεῖν.] Hic codices spem nostram plane destituerunt, per quos putaveramus huic loco aliquando integritatem suam atque salutem restitutum iri. Nam omnes illi de ea, quam servavimus, scriptura egregie consentiunt. Nilominus recte videmur statuise locum ex parte saltem esse depravatam. Corruptum autem est ἕκαστον, quod sententiae non convenit. Patet enim designari formas, quae infinitarum rerum, h. e. singularum, tanquam multitudinem aliquam complectuntur. Ea vero multitudo formis comprehensa haudquaquam dici potuit ἕκαστον πλήθος. Sententiae prorsus conveniens esset αὐτοῦ s. ἐκείνου, hoc est τοῦ ἀπειρου. Nam hoc si legeretur, id ipsum exprimeretur, quod res postulat: sed numerum aliquem respicere quandam rerum infinitarum multitudinem complectentem. Sed vereor, ut a Platone ita scriptum sit. Malo igitur ἕκαστον ἔχοντα, quod iam olim in Commentariis Criticis p. 326. proposui, atque ab Astio quoque coniectatum est. Ita nimirum ad πλήθος τι sponte in-

telligitur αὐτοῦ, h. e. τοῦ ἀπειρου. Sententia autem haec emergit: sed respicere ad aliquem numerum, qui semper copiam aliquam et multitudinem infiniti contineat, h. e. ad formas generi subiectas, quarum numerus aliquis iniri potest. Etenim ex infinitis rebus in ordinem quasi redactis oriuntur formae atque species, per quas deinceps ad summum genus pervenitur. Atque haec quidem de isto ἕκαστον, quod fuit qui perperam defenderet sic, ut illud idem fere esse vellet quod ἕκαστον. Enimvero videtur vir doctus non attendisse ad τι, quod cum πλήθος connectendum est. Praeterea magnae offensionis fuit κατανοεῖν. Nam mire sane dictum est κατανοεῖν ἐπὶ τινὰ ἀριθμὸν, cuius constructionis alterum exemplum nemo quisquam invenierit. Itaque alii δεῖ βλέποντα ex antecedentibus huc pertrahi voluerunt, quo levaretur insolitae dictionis molestia. Verum ita profecto non tollitur sed augetur difficultas, quoniam inusitatae loquutioni etiam inusitata constructionis ratio adiungitur. Alii locum mutandum censuerunt. Nam ipsi olim aut κατανοεῖν αὐτὴν τινὰ κατανοεῖν aut κατανοεῖν αὐτὴν τινὰ κατανοεῖν, quibus posterius sic dictum esset, ut intellectu τὴν ὁδὸν significaret

τῶν τε ἐκ πάντων εἰς ἐν, πάλιν δὲ ἐν τοῖς γράμμασι τὸ νῦν λεγόμενον λάβωμεν.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Ἐπειδὴ φωνὴν ἀπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ

οὕτω καὶ τούναντιον] οὕτως καὶ Florentini. τὸ ἐναντίον Bodl.

viam conficere, pervenire, ut Herodot. VI, 40. Xenoph. Hellen. V, 4, 21. Sed vide de hoc usu Markland. ad Suppl. v. 1142. Lobeck. ad Aiac. v. 606. p. 296. ed. 2. Hermann. ad Soph. Electr. v. 1344. Nec Platoni eam loquendi rationem temere esse abiudicandam, docebunt, opinor, quae Politic. p. 264. B. et ad Theaet. p. 144. B. de adverbio ἀνωτάτως exposuimus. Lehrsus autem in Jahni Annal. a. 1827. Vol. I. p. 154. post πλήθος ἐν. ἔχοντά inserendum censuit ἰόντα. Verum nolumus iam omnia omnium consilia memorare, quibus loci integritatem restitui posse iudicant. Arbitramur enim nunc sanitati eius nihil deesse, modo recte et subtiliter explicetur. Putamus vero scriptorem, quum posuisset antea ἐπ' ἀπειρον φύσιν βλέπειν, eadem constructione porro usum esse, sed tandem insolentius addidisse κατανοεῖν, ita ut id iam esse vellet mentem convertere ad aliquid. Ita igitur inauditum hic verbi usus ex audaciore quadam et insolita constructionis conversione declarandus videtur; quem facilius iam ferent qui etiam Julianum Ep. ad S. P. Q. Atheniens. p. 281. A. = 82. A. compererint scripsisse haec: κατανοήσας δὲ πρὸς τὸ διάφορον τοῦ τρόπου καὶ βλέπων τὸ μὲν

ἄγαν αὐτὸν πιστεύοντα, τῷ δὲ οὐδ' ὄλωσ προσέχοντα, ubi quod dicitur κατανοεῖν πρὸς τινὰ, id certe ab huius loci similitudine haudquaquam abhorret.

ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεὸς τινὰ γενέσθαι, δε—] Rursus hic habes anacoluthiam periodi insignem. Quum enim orationis initium sit, ἐπειδὴ φωνὴν ἀπειρον — ἄνθρωπος, huic protasi nihil in sequentibus reperitur quod apte respondeat. Enimvero quum per parenthesis adiciantur haec: ὡς λόγος (ἔστιν) ἐν Αἰγύπτῳ Θεὸς τινὰ τοῦτον γενέσθαι λέγων, quemadmodum fama est apud Aegyptios Theuth quendam istum fuisse nuntians, intermediae huic orationis parti iam adaptatur relativum ὅς, eoque inserto sic pergitur in constructione verborum, ut protasis nulla amplius ducatur ratio. Similiter Phaedon. p. 86. A. et Phileb. 17. D. De Aegypto illo, quem vetus fama ferebat geometriae, arithmeticae, astronomiae et litterarum inventorem fuisse, quemque alii volunt fuisse Hermetem Trismegistum, alii Anubin, alii Mercurium, alii Hugii Mytholog. Untersuchungen p. 268 sq. et intpp. ad Cicero. De Nat. Deor. III. 22. p. 611. ed. Creuzer. ubi inter complures, qui ferantur, Mercurios dicitur etiam

Θεύθ τινα τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπέλω κατενόησεν οὐχ ἐν ὄντα ἀλλὰ πλείω, καὶ πάλιν ἕτερα φωνῆς μὲν οὐ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, ἀριθμὸν δὲ τινα καὶ τούτων εἶναι· τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο τὰ νῦν λεγόμενα.

B. Θεύθ τινα τοῦτον γ.] V. Θεύθ. Coisl. Θεῦθου. Dein Bodl. ὡς pro ὅς.

C. μέχρι ἐνὸς ἐκάστου] V. μέχρις. Sed recte et veterum

is esse, quem colunt Pheneatae, qui et Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc, inquit, Aegyptii Thoth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Apud Platonem Theuth memoratur etiam Phaedr. p. 274. ed. Steph. ubi v. ann. De λέγων post λόγος subiuncto conf. Legg. I. p. 630. B. ποὶ δὴ τελευτᾶ νῦν ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, καὶ τί φανερόν ποτε ποιῆσαι βουλευθεὶς λέγει ταῦτα; Theaet. p. 169. D. ὁ λόγος — ὁ λέγων.

πρῶτος τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπέλω —] Tria litterarum genera Theuth narratur distinxisse atque distinxisse; primum, τὰ φωνήεντα, sive vocales; deinde, τὰ ἄφωνα, insonas sive mutas, quod genus illis natura sua oppositum est, quippe quum eas habeat litteras, quae voce omnino carerent; denique quae media inter illa interiecta sunt τὰ φωνῆς μὲν οὐ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, quae vulgo dicuntur ἡμίφωνα, semivocales. Nam τὰ φωνῆς μὲν οὐ, φθόγγου δὲ μετέχοντά τινος, non duo sed unum tantummodo significare litterarum genus, ex eo intelligitur, quod non repeti-

tur articulus. Nec recte distinxeris τὰ φωνῆς μὲν, οὐ φθόγγου δὲ μ., quoniam sic ordo hic potius esse debet: φωνῆς μὲν, φθόγγου δὲ οὐ μετ. Quocirca lubenter nunc retractamus, quae olim de hac re ad illustrandum hunc locum commentati sumus. Eadem vero illa litterarum genera variis hic insigniuntur nominibus, quod diligenter animadvertere debemus, ne in fraudem et errorem abripiamur. Nam quae postremo loco commemorata sunt τὰ ἄφωνα, ea deinceps per chiasmum quendam primo ponuntur loco atque vocantur ἄφθογγα καὶ ἄφωνα. Quae autem appellata sunt φωνῆς μὲν οὐ, φθόγγου δὲ μετέχοντα, ea dicuntur μέσα. Nec vero id temere sic factum, sed veterum doctrinae convenientissime. Nam quae litterae vulgo simpliciter vocantur ἄφωνα, eae iudicatae sunt non modo vocis et cantus, sed etiam soni expertes esse. Dionysius quidem Halic. De Comp. Verb. p. 156. ἃ δὲ ἴσταν ἀπάσης ἀμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου, ταῦτα μὲν ἄφωνα τινες ἐκάλεσαν. Quocum convenit prorsus, quod Plato de mutis censet in Theaet. p. 142. τοῦ δὲ αὐβ οὐτε φωνῆ οὐτε ψόφου. Ne vero pro ἄφθογγα καὶ ἄφωνα eam ipsam ob causam ἀφοφα καὶ ἄφωνα hic refingendum existimemus, prohibebit, opinor, gravissimus Cratylus locus p. 424.

μενα ἄφωνα ἡμῖν· τὸ μετὰ τοῦτο διήρει τὰ τε ἀφθογγα καὶ ἄφωνα μέχρι ἐνὸς ἐκάστου, καὶ τὰ φωνήεντα καὶ τὰ μέσα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἀριθμὸν αὐτῶν λαβὼν ἐνὶ τε ἐκάστῳ καὶ ξύμπασι στοιχείῳ ἐπωνόμασε. καθορῶν δὲ ὡς οὐδεὶς ἡμῶν

grammaticorum praeceptis convenienter Vat. Ven. AZII. Coisl. Par. BCFH. Flor. a. i. Angel. μέχρι ἐνός.

ἀριθμὸν αὐτῶν] Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. Par. BC. Vulgo αὐτῶν ἀριθμῶν.

C. sqq. ἄρ' οὖν καὶ ἡμᾶς οὕτω δεῖ πρῶτον μὲν τὰ φωνήεντα διελέσθαι, ἔπειτα τῶν ἑτέρων κατὰ τὰ εἶδη τὰ τε ἄφωνα καὶ ἀφθογγα (h. e. mutas), οὕτω δὲ γὰρ που λέγουσιν οἱ δεινοὶ περὶ τούτων, καὶ αὐτὰ τὰ φωνήεντα μὲν οὐ, οὐ μέντοι γε ἀφθογγα. Ubi manifestum est, philosophum eandem plane de litteris sententiam prodidisse, quam exposuit hoc loco. Iam vero quod ea, quae φωνῆς μὲν οὐ, φθόγγου δὲ μετέχοντα vocantur, etiam dicuntur μέσα, eius rei causa in promptu est. Tenent enim τὰ ἡμίφωνα quasi medium locum inter reliqua duo genera, siquidem mutis cognata sunt, quia carent voce, cum vocalibus autem affinitate quadam continentur eo, quod sonum aliquem atque strepitum edunt, sive ψόφους ὁποῦς δὴ τινὰς ἀποτελεῖν πεφύκασι, ut loquitur Dionysius l. c. Ita igitur videmus locum satis esse expeditum, nec quidquam continere, quod a doctrina Platonis alibi prodita discrepare existimandum sit. Sed quod gravius etiam est magisque dignum observatione, consentit Plato amicissime cum doctrina veterum doctorum, qui tria litterarum genera eodem modo distinxerunt. Nam gravissimi artis grammaticae magistri teste Aristotele De arte poetica c. 20. Sexto Emp. adv. Matth. c. 5. Dionysio Halic. De comp. verb. c. 14.

p. 158. ed. Schaefer. primum litterarum genus fecerunt τὰ φωνήεντα, quae septem esse voluerunt: α, ε, η, ι, ο, υ, ω; alterum posuerunt τὰ ἄφωνα, et quidem haec, β, γ, δ, κ, π, τ, φ, χ, θ, quae Stoicorum potissimum fuit sententia, quum alii teste Sexto Emp. adv. Math. l. c. aspiratas litteras potius semivocalibus annumerarent; tertium denique statuerunt τὰ ἡμίφωνα, sive semivocalia, ad quae revocarunt λ, μ, ν, ρ, σ, ζ, ξ, ψ. Quae qui consideraverint, ea prorsus cum Platonis sententia convenire facile largientur. De hac litterarum divisione v. G. Vossius De Arte Grammat. l. c. 12 sqq. et qui totum hunc Platonis locum eleganter illustravit auctor disputationis, quae praemissa est Indici lectionum in Acad. Reg. Monaster. Guestphal. per menses hibern. 1827—1828. habendar. Monast. 1828. 4.

C. ἐνὶ τε ἐκάστῳ καὶ ξύμπασι σι. ἐπ.] et singulis et cunctis litterarum nomen attribuit, quum eas antea formis suis distinxisset et certo quodam numero definivisset. Quod στοιχείῳ idem est ac τὸ ὄρομα τῶν στοιχείων, de eo v. ann. ad Cratyl. 392. A. B.

οὐδ' ἂν ἐν αὐτὸ καθ' αὐτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὐ̄ λογισάμενος ὡς ὄντα
 D ἕνα καὶ πάντα ταῦτα ἐν πως ποιοῦντα, μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγγετο προσειπὼν.

ΦΙ. Ταῦτ' ἔτι σαφέστερον ἐκείνων αὐτὰ γε πρὸς ἄλληλα, ὦ Πρώταρχε, ἔμαθον· τὸ δ' αὐτὸ μοι τοῦ λόγον νῦν τε καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν ἠλλείπεται.

ΣΩ. Μῶν, ὦ Φίληβε, τὸ τί πρὸς ἔπος αὐ̄ ταῦτ' ἔστι;

ΦΙ. Ναί, τοῦτ' ἔστιν ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγὼ τε καὶ Πρώταρχος.

D. καὶ πάντα ταῦτα] V. ταῦτα πάντα. In Bodl. Vat. Ven. II. est πάντα τὰ ταῦτα. Videtur igitur scriptum fuisse πάντα τὰ τοιαῦτα. Vulgata lectio Bastio teste in marg. Vat. notata est.

τοῦτον τὸν δεσμὸν αὐ̄ λογισάμενος] hoc vinculum, quo singula cum cunctis continentur, reputans unum tantummodo esse, atque illa omnia (cuncta atque singula) quodammodo unum facere, h. e. generis communione colligare, grammaticam artem tanquam unam iis praefecit nomine suo insignivit. Pro πάντα ταῦτα tres optimi codd. πάντα τὰ ταῦτα, in quo nisi latet πάντα τὰ τοιαῦτα, articulum dixerim errore additum esse.

D. μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν] H. e. ὡς μίαν οὖσαν, ordine prope legitimo. Sic Sophist. p. 242. C. παιδὸν ὡς οὖσαν ἡμῖν. ubi v. Heindorf. Addimus alia non dissimilia. Ita Legg. IX. p. 867. B. ἐκονατοὺς αὐτοῖς ἢ τινας ὡς ἀκονατοὺς νομοθετητέον. Ibid. p. 878. A. νῦν ὡς ἐκείνων εἰσποιοῦντας. Theaet. p. 188. A. μεταξὺ πάντων ὡς ὄντα. Sed creberrime in comparationibus ὡς sic ponitur. Aeschyl. Theb. v. 50.

λεόντων ὡς Ἄσπιν δεδοκότων, h. e. ὡς λεόντων Ἄσπ. δ. Ibid. v. 388. μάχης δ' ἐρῶν, ἔσπος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων μένει, ὅστις βοῆν ἀλπιγγοῦς ὀρμαίνει κλύων. Ibid. v. 494. βακχῆ πρὸς ἀλκὴν Θυιάς ὡς φόβον βλέπων. Pers. v. 130. πῶς γὰρ ἐπιηλάτας καὶ πεδοσιβῆς λέως σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισσῶν. Homer. Iliad. VI. v. 295. ἀστὴρ δ' ὡς ἀπέλαμπεν. Eurip. Bacch. v. 167. πόλις ὅπως ἔμα ματέρι φορβάδι. Aristoph. Nubb. v. 258. οἶμοι Σωκράτην ὅπως μετὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύοιτε, i. e. με ὅπως τὸν Ἀθάμ. Sophocl. Philoct. v. 703. al. — γραμματικὴν, h. e. artem litterarum elementa legendi et scribendi: nam id Platoni grammaticam esse iam antea significavimus. conf. De Rep. II. p. 402. A. Theaet. p. 207. A. Sophist. p. 253. A. sq. Cratyl. p. 431. B. et quae in superioribus de grammatico comparavimus.

αὐτὰ γε πρὸς ἄλληλα] V. ad p. 17. E.

τὸ τί πρὸς ἔπος —] H. e.

ΣΩ. Ἡ μὲν ἐπ' αὐτῶ γε ἤδη γεγονότες ζητεῖτε, ὡς φῆς, πάλαι.

ΦΙ. Πῶς;

Cap. IX. ΣΩ. Ἄρ' οὐ περὶ φρονήσεως ἦν καὶ ἡδονῆς ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος, ὁπότερον αὐτοῖν αἰρετέον;

ΦΙ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΣΩ. Καὶ μὲν ἐν γε ἐκάτερον αὐτοῖν εἶναι φραμεν.

ΦΙ. Πάνν μὲν οὖν.

αὐτὰ γε πρὸς ἄλληλα] Sic Bodl. Vat. Ven. AΞΠΣ. Coisl. Par. BCF. Angel. Flor. a. b. c. i. Vett. editt. αὐτὰ τε πρὸς ἄλληλα. Schleiermacherus coniecit, αὐτὰ τε καὶ πρὸς ἄλληλα. γεγονότες ζητεῖτε] Sic tres optimi pro vulg. ἐζητεῖτε.

quid ad rem pertineant. v. ad Euthydem. p. 295. C. et infra ann. ad p. 33. B. 42. E. ubi similiter dicitur πρὸς λόγον εἶναι. Respicitur his ad p. 18. A.

Ἡ μὲν ἐπ' αὐτῶ γε ἤδη γεγονότες ζητεῖτε] H. e. quum rem iam prope attigissetis. Loquutionem γινεσθαι ἐπ' αὐτῶ illustrabunt haec: Politic. p. 244. B. De Rep. VII. p. 532. C. VI. p. 490. D. Cratyl. p. 422. A. et Euthyphron. p. 14. C. ubi v. ann. Dein vulgo scribebatur ἐζητεῖτε. Quod ferri nullo modo potest, quandoquidem his iterantur praegressa illa πάλαι ζητοῦμεν, cuius rei indicium facit interpositum ὡς φῆς. Ex quo intelligi debet πάλαι non ad γεγονότες, sed ad ζητεῖτε referri oportere.

E. Ἄρ' οὐ περὶ φρονήσεως ἦν —] Ostendit iam, quorsum pertineat disputatio hactenus de constituendis rerum generibus et formis instituta et quid ea ad rem praesentem momenti faciat. Vult enim etiam voluptatis ac scientiae varias tan-

quam formas ac partes diligenter secerni, quo facilius intelligatur, num alterutra pro summo bono ducenda sit. Verum tamen operosior harum rerum quaestio Protarcho pariter atque eius familiaribus videtur, quam quae commode profligari queat. Quocirca Socrates mox precibus eorum id concedit, ut missis in praesenti subtilioris disputationis ambagibus aliam viam eamque multo faciliorem atque expeditiorem inagradatur. Etenim positus quibusdam summi boni notis atque signis protenus comparare instituit inter se vitam eam, quae cum una voluptate agatur, atque illam, quae unice sapientiae dedita sit. Qua quidem comparatione planum facit, neutram per se omnino expetendam esse, aut omnibus naturae humanae desiderijs prorsus satisfacere. Inde vero consequi arbitratur, aliud vitae genus esse circumspiciendum, quo omnis nostra felicitas contineatur. Copiosius de toto loco explicavimus in Prolegomenis.

ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἡμᾶς ὁ πρόσθεν λόγος ἀπαιτεῖ, πῶς ἔστιν ἐν καὶ πολλὰ αὐτῶν ἐκάτερον, καὶ πῶς μὴ ἄπειρα εὐθύς, ἀλλὰ τινὰ ποτε ἀριθμὸν 19 ἐκάτερον ἐμπροσθεν κέκτηται τοῦ ἄπειρα αὐτῶν ἕκαστα γεγονέναι;

ΠΡΩ. Οὐκ εἰς φαῦλόν γε ἐρώτημα, ὦ Φίληθε, οὐκ οἶδ' ὄντινα τρόπον κύκλω πως περιγαγῶν ἡμᾶς ἐμβέβληκε Σωκράτης. καὶ σκόπει δὴ, πότερος ἡμῶν ἀποκρινεῖται τὸ νῦν ἐρωτώμενον. ἴσως δὴ γελοῖον τὸ ἐμὲ τοῦ λόγου διάδοχον παντελῶς ὑποστάντα διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἐρωτηθῆν ἀποκρίνασθαι σοὶ πάλιν τοῦτο προστάττειν· γελοιότερον δ' οἶμαι B πολὺ τὸ μηδέτερον ἡμῶν δύνασθαι. σκόπει δὴ τί δράσομεν. εἶδη γάρ μοι δοκεῖ νῦν ἐρωτᾶν ἡδονῆς

E. ὁ πρόσθεν λόγος] Coisl. πρόσθε et mox ἐμπροσθε, ut solet. Recepti Bekkerus quum hic tum alibi.

P. 19. B. ἐρωτᾶν ἡδονῆς] ἡδονὴν Bodl. Vat. Ven. F.

πῶς ἔστιν ἐν καὶ πολλὰ αὐτῶν ἐκάτερον] H. e. qui fiat, ut quaeque, quum in se unum quiddam sit, tamen etiam multa habeat, hoc est, varias generis formas ac species in se complectatur, quae prius explorandae sint quam res innumerae et infinitae, quae vel voluptatem vel scientiam sociam atque comitem habeant, in censum referri possint. Verba ἀλλὰ τινὰ ποτε ἀρ. — γεγονέναι opponuntur proximae praecedentibus καὶ πῶς μὴ ἄπειρα εὐθύς, hoc sensu: qui fiat ut non statim ἄπειρα sint, sed utraque potius (ἐκάτερον enim ad scientiam et voluptatem pertinet) priusquam unaquaeque in iis ἄπειρα fiant, numerum aliquem nacta sit. Pessime vulgo ante τοῦ commate distinguebatur. Appa-

ret enim hunc genitivum pendere ex ἐμπροσθεν.

P. 19. Οὐκ εἰς φαῦλόν γε ἐρ.] H. e. πάνυ χαλεπὸν v. ad Phaedon. p. 95. E. et ad Politic. p. 263. A. De verbis κύκλω πως περιγαγῶν compares locum simillimum Euthyphron. p. 15. B. C. et Lachet. p. 187. E. τοῦ λόγου διάδοχον παντελῶς ὑποστάντα] me, quum plane τοῦ λόγου διάδοχος tibi successerim, sive substitutus sim. Ita haec nunc intelligenda censemus, quum olim accepissemus aliter. Verbum προστάττειν de iis, qui alteri disputandi partes demandant, apud Platonem frequentius dicitur, quam ut huius usus exempla memoranda sint. Mox πολὺ quod comparativo γελοιότερον postpositum est, de eo vide sis annot. ad Alcibiad. II. p. 143. D.

B. κατὰ παντὸς ἐνός καὶ ὁμοίου καὶ ταυτοῦ] de

ἡμᾶς Σωκράτης, εἴτ' ἔστιν εἴτε μὴ, καὶ ὅπόσ' ἔστι καὶ ὅποια· τῆς τ' αὖ φρονήσεως περὶ κατὰ ταῦτα ὡσαύτως.

ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις, ὦ παῖ Καλλίου· μὴ γὰρ δυνάμενοι τοῦτο κατὰ παντὸς ἐνός καὶ ὁμοίου καὶ ταυτοῦ δρᾶν καὶ τοῦ ἐναντίου, ὡς ὁ παρελθὼν λόγος ἐμήνυσεν, οὐδεὶς εἰς οὐδέν οὐδενὸς ἂν ἡμῶν οὐδέποτε γένοιτο ἄξιος.

ΠΡΩ. Σχεδὸν εἰσικεν οὕτως, ὦ Σώκρατες, ἔχειν. C ἀλλὰ καλὸν μὲν τὸ ξύμπαντα γινώσκειν τῷ σώφρονι, δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς δοκεῖ μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὐτόν. τί δὴ μοι τοῦτο εἴρηται τὰ νῦν; ἐγὼ σοὶ φράσω. σὺ τήνδε ἡμῖν τὴν συνουσίαν, ὦ Σώκρατες, ἐπέδωκας πᾶσι καὶ σαυτὸν πρὸς τὸ διελέσθαι, τί

κατὰ ταῦτα ὡσαύτως] Sic Bodl. Vat. Ven. P. Vulgo κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως.

C. λανθάνειν αὐτὸν αὐτόν] αὐτόν om. Bodl. Vat. Venet. P. errore.

πᾶσι καὶ σαυτὸν] σαυτὸν Bodl.

unoquoque, quod unum est et sibi semper simile atque idem, h. e. de unaquaque idea. De ὁμοίον i. q. ἐαυτῷ ὁμοίον significante v. Tim. p. 42. C. 67. B. ibique annot. Ad proxima οὐδεὶς εἰς οὐδέν κ. τ. λ. haud incommode contendes Phaedr. p. 236. E. Sophist. p. 162. E. Polit. p. 187. B. Phaedon. p. 78. D. Legg. XII. p. 951. C. Sed creberrima sunt talia cumularum negationum exempla, notata illa ex Platone a Wytttenbachio ad Phaedon. p. 198 sq. ex aliis scriptoribus a Corayo ad Heliodor. p. 144. Boissonadio ad Philostrate. Her. p. 446. Matthiae Gr. Gr. p. 1450. ed. 3. Respicitur vero ad p. 17. C.

C. δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς] De hoc proverbio v. ad Phaedon. p. 99. D. Politic. p. 300. B. infra p. 59. C. Sententia verborum haec est:

illud nisi licuerit, hoc saltem nobis agendum est, ut ne plura scire videamur, quam revera sciamus.

τί δὴ μοι τοῦτο εἴρηται τὰ νῦν; ἐγὼ σοὶ φρ.] Distinximus orationem post νῦν nota interrogandi, pro qua in ceteris editt. comma poni solet. Causam rei cognosces ex ann. ad Gorg. p. 487. B. Charm. p. 172. B. Istud ἐγὼ φράσω in exordiis responsionum habere quandam gravitatem pridem monuerunt Hermannus ad Lucian. De consens. histor. p. 27. et Fritsch. Praef. ad Lucian. Diall. Mort. p. XXXI.

ἐπέδωκας — σαυτὸν] te nobis impertisti, tui nobis copiam fecisti. Mox p. 19. E. σὺ δὴ συνεχώρησας καὶ ἔδωκας εἰς ταῦθ' ἡμῖν σαυτὸν. Euthyphr. p. 3. D. δοκεῖς σπάνιον σαυτὸν παρέχειν. Euthydem. p. 305. A. Sophocle. Philoct. v.

τῶν ἀνθρωπίνων κτημάτων ἀριστον. Φιλήβου γὰρ εἰπόντος ἡδονὴν καὶ τέρψιν καὶ χαρὰν καὶ πάνθ' ὅποσα τοιαῦτ' ἐστί, σὺ πρὸς αὐτὰ ἀντεῖπες, ὡς οὐ
D ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πολλάκις ἡμᾶς αὐτοὺς ἀναμιμνήσκομεν ἐχόντες, ὀρθῶς δρῶντες, ἢ ἐν μνήμῃ παρακείμενα ἐκάτερα βασανίζηται. φῆς δ' ὡς εἰκοι σὺ τὸ προσρηθησόμενον ὀρθῶς ἀμεινον ἡδονῆς γε ἀγαθὸν εἶναι νοῦν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, τέχνην καὶ πάντα αὐτὰ τούτων ξυγγενῆ, ἃ κτᾶσθαι δεῖν, ἀλλ' οὐχὶ ἐκεῖνα. τούτων δὴ μετ' ἀμφισβητήσεως ἐκατέρων
E λέχθέντων ἡμεῖς σοι μετὰ παιδιᾶς ἠπειλήσαμεν ὡς οὐκ ἀφῆσομεν οἰκαδέ σε, πρὶν ἂν τούτων τῶν λόγων πέρασ ἱκανὸν γένηται τι διορισθέντων. σὺ δὲ συνεχώρησας καὶ ἔδωκας εἰς ταῦθ' ἡμῖν σαυτὸν. ἡμεῖς

D. ἃ κτᾶσθαι δεῖν] ἃ ex uno Ven. **S.** additum. Restitutum viderat Schleiermacherus. Pro δεῖν, quod debetur Vat. Ven. **II.** et corr. Coisl. Venet. **S.**, vett. edit. δεῖ.

84. νῦν δ' εἰς ἀναίδες ἡμέρας μέρος βραχὺ δός μοι σεαυτὸν. Cicero ad Div. II. 8. Da te homini, h. e. accommoda te eius voluntati; ubi v. intpp. Dein διελείσθαι est deceptare, explicare; de quo verbi significatu optime exposuit Dorvill. ad Chariton p. 645.

Φιλήβου γὰρ εἰπόντος — τοιαῦτ' ἐστί.] Int. τῶν ἀνθρωπίνων κτημάτων ἀριστον.

ἀλλ' ἐκεῖνά ἐστιν, ἃ πολλάκις —] non haec (voluptatem, incunditatem, laetitiam, alia id genus) esse maximum bonorum, sed illa potius, quae saepe nos ipsos sponte ac dedita opera admonemus, recte utique facientes, ut utraque bona in memoria adposita diligenter explorentur et examinentur. Conf. p. 27. B. ὀρθῶς μὴν λέγει — μνήμης ἕνεκα αὐτὰ ἐφεῖς καταριθμήσασθαι. Iam vero quaeenam illa sint, quae Socrates pro summis bonis ha-

benda arbitratur, id declaratur verbis proximis: φῆς δ' ὡς εἰκοι κ. τ. λ. censes autem, opinor, tu, bonum, quod quis recte dicturus sit voluptate praestantius, esse mentem, scientiam, intelligentiam et quae his cognata sunt. Ita igitur nos quidem nihil causae videmus, cur Cousinus, elegantissimus Platonis interpres Gallicus, Tom. II. p. 488. in his adeo haeserit, ut locum coniectura tentaret. Neque Schützius quidquam vidit, qui Opuscul. p. 129. verba τὸ προσρηθησόμενον ὀρθῶς, quippe quae sensum pervertant, delenda iudicavit. Ceterum mox pronomen εἰ cum infinitivo iunctum ne quem male habeat, conf. Matthiae Grammat. §. 538. et ann. ad Phaedon. p. 72. A.

D. ἡμεῖς σοι μετὰ παιδιᾶς — οἰκαδέ σε] Tale quiddam in superioribus nusquam legitur. Itaque Protarchus existimandus est respicere ad ea,

δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαιρέσεις οὐκ ἐστί. παῦσαι δὴ τὸν τρόπον ἡμῖν ἀπαντῶν τούτων ἐπὶ τὰ νῦν λεγόμενα.

ΣΩ. Τίνα λέγεις;

ΠΡΩ. Εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλον καὶ ἀνερωτῶν ὧν 20 μὴ δυναίμεθ' ἂν ἱκανὴν ἀπόκρισιν ἐν τῷ παρόντι δίδοναι σοι. μὴ γὰρ οἴωμεθα τέλος ἡμῖν εἶναι τῶν νῦν τὴν πάντων ἡμῶν ἀπορίαν, ἀλλ' εἰ δρᾶν τοῦθ' ἡμεῖς ἀδυνατοῦμεν, σοὶ δραστήον· ὑπέσχου γὰρ. βουλεύου δὴ πρὸς ταῦτα αὐτός, πότερον ἡδονῆς εἶδη σοι καὶ ἐπιστήμης διαιρετέον ἢ καὶ ἐατέον, εἴ πῃ καθ' ἕτερόν τινα τρόπον οἶός τ' εἴ καὶ βούλει δηλώσαι πως ἄλλως τὰ νῦν ἀμφισβητούμενα παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Λεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προσδοκᾶν οὐδὲν **B**

μετ' ἀμφισβητήσεως] Sic Bodl. Vat. et pr. Ven. **II.** cum corr. **A.** Vulgo ἀμφισβητήσεων. Mox παιδείας pr. Bodl. et Ven. **II.** **E.** σὺ δὲ συνεχώρησας] δὴ Bodl. Vat. et pr. Ven. **II.**

quae disputata finguntur, priusquam ipse disserendi partes in se suscepisset.

E. ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαιρέσεις οὐκ ἐστί.] Similiter Gorg. p. 471. **A.** κἂν παλῶν τίς σοι ἐνδῶ οἰοῦν, τούτου ἀσμένως ἔχεις, ὥσπερ τὰ μειρακία.

P. 20. Εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλον —] Participium etsi pendet ex παῦσαι, tamen valet ad definiendam notionem verborum τίνα τρόπον et τὸν τρόπον τούτων. Loquendi genus illustravimus ad Phaedon. p. 59. A.

ὧν μὴ δυναίμεθ' ἂν] Recte dicitur ἀπόκρισις τούτων; v. ad Apol. Socrat. p. 26. **B.** Mox μὴ οἴωμεθα non est vetantis, sed potius monentis et cohortantis. Phaedr. p. 271. **C.** μὴ πειθώμεθα. Hinc iudicabis, quae scripsit Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 1005. ann.

εἰ δρᾶν τοῦθ' ἡμεῖς ἀδ.] si illud nos perficere non possumus, ut τούτων τῶν λό-

γων πέρασ ἱκανὸν γένηται τι διορισθέντων, tibi faciendum est. De hoc usu verbi δρᾶν, quo ponitur pro quovis alio verbo ex antegressis iterando, etiam pro intransitivo, diximus ad Sophist. p. 233. **C.** et 253. **A.** Politic. p. 260. **C.** conf. infra ann. ad p. 62. **A.** Mox post καθ' ἕτερόν τινα τρόπον observabis iterum inferri πως ἄλλως, in quo gratam quandam sermonis negligentiam agnoscimus, non dissimilem illi, de qua exposuimus ad Phaedon. p. 60. **C.**

B. προσδοκᾶν οὐδὲν δεῖ τὸν ἐμὲ] Schützius τὸ καθ' ἐμὲ corrigebat. Bernhardt vero Syntax. Graec. p. 274. τὸν articulum putabat deleri oportere. Neuter verum perdidit. Nam hoc dicit Socrates: *Ille ego, cui antea minati estis veniam discedendi negatum iri, iam nihil habeo quod metuam; nam istud tuum εἰ βούλει me omni metu liberat.* Quocirca τὸν aptissime

δεῖ τὸν ἐμὲ, ἐπειδὴ τοῦθ' οὕτως εἶπες· τὸ γὰρ εἰ βούλει ῥηθὲν λύει πάντα φόβον ἐκάστων πέρι.

P. 20. B. τὸν ἐμὲ] Bodl. τον sine accentu.

ponitur propterea, quod Socrates se tanquam illum alterum significat, cui antea minae intentatae sint. Etenim respicitur manifesto ad praecedentia: ἡμεῖς σοι μετὰ παιδείας ἠπειλήσαμεν κ. τ. λ., falliturque Aug. Matthiae Gr. Gr. §. 267. p. 712. ed. 3. qui articulum censet ad superiora illa: ἀλλ' εἰ θεῶν τοῦθ' ἡμεῖς ἀδυνατούμεν, σοὶ δραστήον ὑπέσχεον γὰρ· βουλεύου δὲ κ. τ. λ. referri. Alia exempla articuli pronomibus personalibus similiter praemissi notavimus ad Phaedr. p. 258. A. Theaet. p. 166. A. Sophist. p. 239. B. infra p. 59. B. Attigerunt hunc usum loquendi iam veteres grammatici, Dionysius Thrax apud Valckenar. ad Ammon. p. 201. Apollonius De Pronom. p. 275. De Syntax. I. 28. p. 65. ed. Sylb. Bekker. Anecd. II. p. 923. Ceterum alia ratio articuli est supra p. 14. D. in verbis τοὺς ἐμὲ, quae fuit qui temere cum hisce confunderet.

τὸ γὰρ εἰ βούλει ῥηθὲν] Cave articulum cum ῥηθὲν iungas, qui pertinet potius ad εἰ βούλει, frequentissimo usu loquendi, de quo non est cur post A. Matthiae Gr. Gr. §. 280. copiosius exponamus. Imo ῥηθὲν tanquam extrinsecus accedit, ut causa rei simul significetur; hoc sensu: nam istuc verbum si vis, quum pronuntiatum sit, exsolvit illud me omni metu de rebus quibusvis. Supra p. 14. D. ἐν γὰρ δὴ τὰ πολλὰ εἶναι καὶ τὸ ἐν πολλὰ θανυστὸν λεγθὲν. ubi similis est ratio. Sed similliora etiam sunt haec, in quibus pariter praecedente articulo nomini substan-

tivo participium subiunctum videas. Infra p. 21. D. τῆς δ' ἐν τῷ παραχρήματι ἡδονῆς προσπιπτούσης μηδ' ἠντινοῦν μνήμην ὑπομένειν. p. 43. A. ὑπεκοιτῆται τὸν λόγον ἐπιφερόμενον τοῦτον βούλομαι, h. e. τὸν λόγον τ., ὅτε ἐπιφέρεται. ubi v. ann. De Rep. II. p. 377. B. τοὺς ἐπιτιχόντας ὑπὸ τῶν ἐπιτιχόντων μύθους πλασθέντας ἀκούειν. Xenoph. Cyrop. VI. 1, 18. οὐ γὰρ, οἶμαι, δυνήσονται τῶν ἐγγύς ἐαντῶν κακῶν ὄντων (quum sint ignavi) ἀμελοῦντες τοῖς πρόσω ἡμῖν ἐπιβουλεύειν. ubi v. intpp. Hell. V, 1, 36. ἐκ τῆς ἐπ' Ἀντιαλκίδου εἰρήνης καλοῦ μένης, h. e. quae vocatur. Demosthen. pro Coron. p. 269. 12. δεῖ δέ με, ὡς ἔοικε, καλπερ οὐ φιλολοιδόρον ὄντα φῦσει διὰ τὰς ὑπὸ τούτου βλασφημίας ἐλεγήμενας ἀντὶ πολλῶν καὶ ψευδῶν αὐτὰ τὰ ἀναγκαλοτατα εἰπεῖν. ubi εἰρημένας item additum est tanquam extrinsecus, ut causam rei gravius significet. Ibid. p. 295. 10. ἴλαι δ' ὀφθαλμοῖς πρὸς Διὸς ἐωρῶμεν ἂν τοὺς εἰς τὴν πόλιν ἀνθρώπους ἀφικνουμένονες. Ibid. p. 323. 13. ὑμᾶς ἠναντιώσθαι τῇ κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῇ πραττομένῃ. Thucyd. VII. 23. αἰ πρὸ τοῦ στόματος νῆες ναυμαχοῦσαι. Ibid. 58. τὸ πρὸς Διβύην μέρος τετραμμένον. Xenoph. Histor. Gr. II. 4, 10. ἐχώρον κατὰ τὴν εἰς τὸν Πειραιᾶ ἀμαξέτον ἀναφέρουσιν. ubi plura Dindorf. Aeschin. c. Timarch. §. 166. καὶ ταῖς μὲν ὑπὲρ τοῦ πράγματος κακοηθείαις λεγομένας ἦτιον ἂν τις ἀνανακτήσειεν. Isaeus De Pyrrhi heredit. §. 50. τοῖς

πρὸς δὲ αὐ τοῦτοις μνήμην τινὰ δοκεῖ τίς μοι δεδωκεῖναι θεῶν ἡμῖν.

πρὸς δὲ αὐ τοῦτοις] αὐ τοῖς Bodl. αὐτοῖς Vat. Ven. II. τοῦτοις Coisl.

γεῖν τῆς γνησίας θυγατρὸς παισὶ γεγονόσιν — κληρονομία προσήκει. Sophocl. Philoct. v. 1316. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν τυχὰς δοθεῖσάν τοι ἀναγκαῖον φέρειν. Id. Trachin. v. 436. πρὸς τοῦ καὶ ἄκρον Οἰτιαῖον τάπος Διὸς καταστράπτοντος. Aristoph. Plut. v. 996. καὶ τὰλλα τὰ ἐπὶ τοῦ πῆλικος τροχηματι ἐπόντια πεμφάσθη. Alia id genus multa suppeditabunt Maetznerus ad Antiphont. p. 259. Bornemann. ad Xenoph. Cyrop. VI. 1, 18. ed. Gothl. et Fr. Frankius in Jahnni Annual. XIV. 2. p. 213. et in Quaestionn. Aeschin. p. 16 sq. Quamquam causam huius collocationis nemo eorum perspexit penitus, quandoquidem Frankius eam vult in numero positam esse adeoque totam hanc rationem oratoriam arbitrat. alii autem in participio nescio quid gravitatis inesse censuerunt, quae vulgarem verborum ordinem mutari iusserit; alii denique satis habuerunt exempla rei colligere, de causa eius et ratione quaerere noluerunt. Contemplantibus autem nobis omnem exemplorum allatorum vim visum est de tota hac ratione sic iudicari oportere, ut ea ex duarum consociatione per se diversarum consociatione originem duxisse existimanda sit. Postponitur enim participium propterea, quod quum proprie ad nomen substantivum pertineat, tamen simul sententiae intermediae facit significationem, qua vel causa rei, vel opportunitas vel simile quiddam indicatur, ideoque etiam cum verbi primarii notione cohaeret. Quocirca horum participiorum duplex

Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

est quasi necessitudo atque iunctio, quandoquidem ea et cum nomine cohaerent, et ad verbi vim notionemque referuntur. Hoc autem posterius ut pateret, Graeci pro ea qua usi sunt orationis conformandae libertate, mutato vulgari verborum ordine, participium in alium locum transferendum iudicaverunt. Apparet res ex hoc ipso loco luculentissime. Nam τὸ ῥηθὲν εἰ βούλει significaret: pronuntiatum istud si vis, ut ῥηθὲν ad solum nomen pertineret. Sed τὸ εἰ βούλει ῥηθὲν eam habet vim, ut ῥηθὲν simul apertius causam indicet, cur se Socrates putet omni metu liberatum esse. Itaque in eiusmodi locis semper etiam verbi primarii ratio ducenda est, neque recte agunt, qui eos exscribunt mutilos, appositis tantum nominibus atque participiis. Ceterum similis etiam adiectivorum ratio est, de quibus alio loco explicabitur. Dein tres optimi codd. πρὸς δὲ αὐ τοῖς vel πρὸς δὲ αὐτοῖς μνήμην τινὰ δ. Illud receperunt Turicenses; parum recte, si quid iudicare possumus, praesertim quum alia exempla articuli sic positi haudquaquam suppetant. Sententia haec est: praeterea autem (h. e. praeterquam quod nihil amplius mihi metuendum esse video) videtur aliquis deorum iam nobis suppeditasse obscuram quandam veteris alicuius sermonis recordationem, qua res controversa facilius possit expediri; memini enim me aliquando nescio quo modo audire, nec sapientiam nec voluptatem

ΠΡΩ. Πῶς δὴ καὶ τίνων;

Cap. X. ΣΩ. Λόγων ποτέ τινων πάσαι ἀκούσας ὄναρ ἢ καὶ ἐρηγορῶς νῦν ἐννοῶ περὶ τε ἡδονῆς καὶ φρονήσεως, ὡς οὐδέτερον αὐτοῖν ἐστὶ τὰγαθόν, ἀλλ' ἄλλο τι τρίτον, ἕτερον μὲν τούτων, ἄμεινον δὲ ἀμφοῖν. καὶ τοι τοῦτο ἐὰν ἐναργῶς ἡμῖν φανῆ νῦν, ἀπήλλακται μὲν ἡδονῇ τοῦ νικᾶν· τὸ γὰρ ἀγαθὸν οὐκ ἂν ἐτι ταῦτόν αὐτῇ γίγνοιτο. ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Τῶν δὲ γε εἰς τὴν διαιρέσειν εἰδῶν ἡδονῆς

αὐτοῖν ἐστὶ τὰγαθόν,] Bodl. Vat. Ven. II. Vulgo ἀγαθόν.

τοῦτο ἐὰν ἐναργῶς] οὕτω γε ἐὰν ἐν. Bodl. pr. et Vat. errore. Ortum videtur ex καὶ τοιοῦτό γε ἂν, quod habet corr. Bodl. Sed praestare videtur vulgatum.

summum bonum esse. Quod Socrates hic sese divina quadam admonitione ait in aliam sententiam deduci, id ex eo habet explanationem, quod apud Platonem qui quid sublimius et reconditius intelligunt et cognoscunt, si saepe numero dicuntur illud mente sua tanquam praesagire atque divinare, sive quod maius et excelcius videtur, quam quod animo humano penitus intelligi liceat, sive quia non subtilius exploratum est aut explorari potest, quibus illud caussis et rationibus nitatur. v. ad Remp. I. p. 349. A. Hinc igitur Socrates etiam haec addit: ἀκούσας ὄναρ ἢ καὶ ἐρηγορῶς, seque profitetur ista audivisse somniantem vel etiam vigilantem, h. e. modo sibi non satis noto, ut aut divinasse rem videatur, aut etiam aliquando clarius perspexisse. Sic De Rep. VIII. p. 563. D. ἐμὸν ὄναρ est quod ego saepe numero mecum animo sentiebam, mea opinio, tacita mentis meae cogitatio. Theaet. p. 201. D. ἄκουε δὴ ὄναρ ἀντὶ ἐνέλεως. Politic. p. 278. E. al. De

Rep. VII. p. 533. C. ἐνειράττουσι — περὶ τὸ ὄν. Legg. VII. p. 800. A. ὥστε τὰ γ' ἂν οὐδ' ἐκείνοι παντάπασι γ' ἂν ἀρεσιώτερες εἴεν τοῦ νῦν λεγομένου, καθ' ὅσον δὲ οἶόν ποῦ τις ἢ καὶ ὄναρ ἐρηγορῶς ἀνέλεως μαντευόμενος αὐτό. Sed hoc loco quaenam rei caussa sit, in Prolegomenis p. 33. exposuimus accuratius.

C. καὶ τοι τοῦτο ἐὰν ἐναργῶς.] tertium illud, quod quum a scientia et voluptate differat, tamen utraque praestantius sit. Non igitur praeferam, quod cod. Bodl. corr. suppeditat καὶ τοιοῦτό γε ἂν ἐν., quantumvis id placuerit Turicensibus.

προῖόν δ' ἐτι σαφέστερον δέλεει.] Stephan. cum Bas. 2. et paucis quibusdam codd. mss. edidit προῖόν δ' ἐτι ὁ λόγος σαφέστερον δέλεει. Quam lectionem ex correctione ortam esse, codicum meliorum de recepta scriptura communis consensio reddit verisimillimum. Accedit, quod insolens istud προῖόν δέλεει facile parere potuit eiusmodi sive glossa sive παροῦθωμα. Nec vero

οὐδὲν ἐτι προσδεησόμεθα κατ' ἐμὴν δόξαν. προῖόν δ' ἐτι σαφέστερον δέλεει.

ΠΡΩ. Καλλίστα εἰπὼν οὕτω καὶ διαπέβαινε.

ΣΩ. Σμικρὰ ἅττα τοίνυν ἐμπροσθεν ἐτι διολογησόμεθα.

ΠΡΩ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Τὴν τὰγαθοῦ μοῖραν πότερον ἀνάγκη τέλειον ἢ μὴ τέλειον εἶναι;

ΠΡΩ. Πάντων δήπου τελεώτατον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τί δέ; ἰκανὸν τὰγαθόν;

C. αὐτῇ γίγνοιτο.] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg. γίγνεται.

προῖόν δ' ἐτι σαφέστερον δέλεει.] V. προῖόν δ' ὁ λόγος. Receptam lectionem firmant Bodl. Vat. Ven. II Σ Α. Par. BC. Flor. b. Praeterea ὁ λόγος deest etiam in Par. EF. Angel. Flor. a. c. i. D. Τί δέ; ἰκανὸν τὰ γ.] dat Vat. Coisl.

est cur in librorum lectione haereamus. Nam tertia persona δέλεει, δηλοῖ, ἐδήλωσε, non raro sic poni solet absolute, ut αὐτό vel τὸ πρᾶγμα intelligi liceat, quod tamen iam in praegressis inest. Aristoph. Ran. v. 1261. πάνν γε μέλη θαυμαστά· δέλεει δὴ τὰ γα, h. e. res ipsa declarabit, ut loquitur Terentius. Plat. Reip. VI. p. 493. C. τότε δηλώσει. Herodot. IX. 68. Aristot. Polit. IV. 11. p. 115. ed. Schneid. δηλοῖ, res ipsa declarat, unde δηλοῖ Herodoto etiam libr. II. 117. vindicamus, ubi Valckenarius corriperebat δῆλον. Idem scriptor III. 82. καὶ ἐν τούτῳ διεδέξεν, in eo res ipsa declaravit, h. e. in eo apparuit, quod non intellexerunt interpretes, licet mox subsequatur καὶ ἐν πρώτῳ δηλοῖ. Xenoph. Mem. I. 2. 32. ἐδήλωσε δέ. Cyrop. VII. 1. 30. Eundem tertiae personae usum etiam in aliis verbis reperiri copiosa exemplorum enumeratione ad Theaet. p. 187. C. demonstravimus. conf. etiam quae exposuit Matthiae Gr. Gr. §.

295. 2. p. 753 sq. ed. 3. Quum igitur in tertia persona δέλεει insit notio generalior subiecti αὐτό, huic ipsi facile accommodare licuit participium προῖόν, nec quidquam caussae est, cur eius accessionem moleste feramus.

D. Τὴν τὰγαθοῦ μοῖραν —] Tria requirit in eo, quod pro summo bono ducendum sit, ut sit τέλειον, ἰκανόν atque αἰρετόν, hoc est, ut felicitatem humanam omni ex parte absolvat, planeque beatos reddat qui sint eius participes; ut sibi met ipsi sufficiat, neque alius cuiuspiam boni adiumento ac praesidio indigeat; denique ut dignum sit quod expetatur ab omnibus, neque cuiquam spernendum aut reficiendum videatur. Sed copiosius rem tractavimus in Prolegg. p. 31 sqq. — τὴν τὰγαθοῦ μοῖραν, per periphrasin dictum pro τὸ ἀγαθόν. Infra p. 60. B. μέτοχον εἶναι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοῖρας. Phaedr. p. 255. B. μοῖραν φιλικῆς οὐδεμιᾶν παρέχονται. al. Quanquam hanc periphrasin non esse vi sua destitutam facile intelligas.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ; καὶ πάντων γε εἰς τοῦτο διαφέρειν τῶν ὄντων.

ΣΩ. Τόδε γε μὴν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γιγνώσκον αὐτὸ θηροῦναι καὶ ἐρίεται βουλούμενον εἰλεῖν καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς.

ΠΡΩ. Οὐκ ἔστι τούτοις ἀντιπεῖν.

ΣΩ. Σκοπῶμεν δὴ καὶ κρίνωμεν τὸν τε ἡδονῆς καὶ τὸν φρονήσεως βίον ἰδόντες χωρὶς.

ΠΡΩ. Πῶς εἶπες;

ΣΩ. Μῆτε ἐν τῷ τῆς ἡδονῆς ἐνέστω φρόνησις μήτ' ἐν τῷ τῆς φρονήσεως ἡδονή. δεῖ γὰρ, εἴπερ πότερον αὐτῶν ἔστι τὰγαθόν, μηδὲν μηδενὸς ἔτι προσδεῖσθαι· δεόμενον δ' ἂν φανῆ πότερον, οὐκ

21 ἔστι που τοῦτ' ἔτι τὸ ὄντως ἡμῖν ἀγαθόν.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἂν;

εἰς τοῦτο διαφέρειν] Steph. διαφέρει, in vitis codd. omnibus et edit. Ald. Bas. 1. 2. Tenuit Stephani lectionem Bekkerus.

E. εἴπερ πότερον αὐτῶν] V. πρότερον, quod ex Bodl. Vat. Ven. II. emendatum. Aliquot libri ὁπότερον. Pro ἔστι τὰγαθόν, quae est lectio Bodl. Vat. Ven. II., vulgo scribebatur ἔστι ἀγαθόν. Mox vet. editt. ordine inverso μηδενὸς μηδέν, in vitis codd. fere omnibus cum Bodl. Vat. Ven. II.

ἂν φανῆ πότερον] V. ὁπότερον, in vitis Bodl. Vat. Ven. II. A. Par. B. C. Angel. Flor. a. b. i.

P. 21. Δέξαι' ἂν; Πρώταρχε, σὺ ζῆν —] Sic Bodl.

Τόδε γε μὴν — εἶναι λέγειν] Infinitivus ex parenthesi aptus; v. ad Phaedr. p. 272. D.

καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι] H. e. κτήσασθαι αὐτὸ, ὡς περὶ αὐτὸ ἔχειν. Demosth. Olynth. I. p. 23. τοῦτους ἀσπάξειαι καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει. — πλὴν τῶν ἀποτελεσμένων. ἅμα ἀγαθῶν. praeterquam ea, quae una cum bono absolventur; h. e. cum eo semper sunt coniuncta et copulata. Sic ἀποτελεῖσθαι dictum Sympos. p. 188. D. De Rep. IX.

p. 480. E. VIII. 558. E. infra p. 54. E. al.

E. ἰδόντες χωρὶς.] seorsum considerantes.

εἴπερ πότερον αὐτῶν & ἀγ.] Πότερον est alterutrum, ut infra p. 22. D. Theaet. p. 145. A. 178. C. Sophist. p. 264. D. p. 252. A. Reip. VI. p. 509. A. Lach. p. 182. D. Charmid. p. 171. B. al.

P. 21. ἐν σοὶ πειρώμεθα] V. ad p. 17. A.

B. μῶν μηδὲ ὄραν τι:] Repetendum ex antecedentibus

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν σοὶ πειρώμεθα βασανίζοντες ταῦτα;

ΠΡΩ. Πάνν μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἀποκρίνου δὴ.

ΠΡΩ. Λέγε.

ΣΩ. Δέξαι' ἂν, Πρώταρχε, σὺ ζῆν τὸν βίον ἅπαντα ἡδόμενος ἡδονὰς τὰς μεγίστας;

ΠΡΩ. Τί δ' αὖ;

ΣΩ. Ἄρ' οὖν ἔτι τινὸς ἂν σοι προσδεῖν ἦγοιο, εἰ τοῦτ' ἔχεις παντελῶς;

ΠΡΩ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ὅρα δὴ, τοῦ φρονεῖν καὶ τοῦ νοεῖν καὶ λογιζεσθαι τὰ δεόντα, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά, μῶν B μηδὲ ὄραν τι;

ΠΡΩ. Καὶ τί; πάντα γὰρ ἔχοιμ' ἂν που τὸ χαίρειν ἔχων.

Vat. et corr. Ven. II. Vett. editt. Δέξαι' ἂν σὺ, Πρ., ζῆν. Ven. Σ. rec. σὺ δὲ Πρώταρχε. conf. p. 11. in.

εἰ τοῦτ' ἔχεις παντελῶς] V. ἔχεις, quod mutavi auctoritate Bodl. Vat. Coisl. Ven. II. A. E. Par. BCEF. Ang. Flor. a. b. c. i. De indicativo cum optativo consociato v. ad Apolog. p. 25. B. Symp. 176. B. al.

τοῦ φρονεῖν καὶ τοῦ νοεῖν] Articulum ante νοεῖν iteravi cum Bodl. Vat. Ven. II. Qui quod deinceps omittitur, de eo v. annot. ad Euthyphron. p. 7. C. Sophist. p. 251. A. Protag. p. 357. A. B. μῶν μηδὲ ὄραν τι:] ἔραν corr. Ven. Σ.

est προσδεῖν σοὶ ἦγοιο. Salva igitur est constructionis ratio. Sed haecumque etiam nunc in isto μηδὲ ὄραν, quod, qui ita dixerit, novimus sane neminem. Nam quae contulit cum his Winckelmannus in editione Turicensi, Euthyphr. p. 5. C. οὗτος σὲ μὲν οὐδὲ δοκεῖ ὄραν. Reip. VIII. p. 555. E. οὐδὲ δοκούντας τοῦτους ὄραν. Gorg. p. 501. D. ubi μηδὲν σκοπούμενον unice verum, Aristoph. Equit. v. 1146. τηρῶ γὰρ ἑκάστου ἀδελφῶς οὐδὲ δοκῶν ὄραν; ea quam sint disparia, vel negationis collocatio unumquem-

que edocere potest. Accipe igitur, quomodo locum nunc emendandum existimemus. Scribendum enim putamus: μῶν μηδὲ ὄναρ ὄραν τι; Proverbi instar est οὐδὲ ὄναρ, ne in somnio quidem. Theaet. p. 173. D. οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσδοκῶνται ἀδελφῶς. conf. infra p. 36. E. 65 E. Demosth. De Fals. Legat. p. 429. ed. Reisk. & μηδὲ ὄναρ ἠλπίσαν πόποσι κηραμένην. Atque in eandem fere coniecturam postmodo vidimus etiam Lehrsium incidisse. — Καὶ τί; at cur tandem?

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω ζῶν ἀεὶ μὲν διὰ βίου ταῖς
μεγίσταις ἡδοναῖς χαίροις ἄν;

ΠΡΩ. Τί δ' οὐ;

ΣΩ. Νοῦν δέ γε καὶ μνήμην καὶ ἐπιστήμην καὶ
δόξαν μὴ κεκτημένος ἀληθῆ, πρῶτον μὲν τοῦτ' αὐτό,
εἰ ἢ χαίρεις ἢ μὴ χαίρεις, ἀνάγκη δήπου σε ἀγνοεῖν,
κενόν γε ὄντα πάσης φρονήσεως.

ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

C ΣΩ. Καὶ μὴν ὡσαύτως μνήμην μὴ κεκτημένον
ἀνάγκη δήπου μὴδ' ὅτι ποτὲ ἔχαιρες μεμῆσθαι, τῆς
τ' ἐν τῷ παραχρῆμα ἡδονῆς προσπιπτούσης μὴδ'

μὴ κεκτημένος ἀληθῆ, πρῶτον μὲν κ. τ. λ.] Recte haec
Bas. 1. 2. et codd. plurimi Socrati continent. Nam Stephan. cum
Ald. sic: μὴ κεκτημένος. ΠΡΩ. Ἀληθῆ. ΣΩ. Νοῦν δέ γε κ. τ. λ.
εἰ ἢ χαίρεις ἢ μὴ χ.] V. et χαίρεις. Bodl. Vat. Ven. II.
εἰ χαίρεις.

C. μὴδ' ὅτι ποτὲ ἐχ.] Sic sponte correxi. Libri mss. et
editi omnes μὴδ' ὅτι.

μὴδ' ἦντιν οὐ μνήμην — I V. μνήμην μὴδ' ἦντιν οὐ. Sed
μὴδ' ἦντιν οὐ μνήμην Bodl. μὴδ' ἦντιν οὐ μνήμην Vat. μὴδ'

Νοῦν δέ γε καὶ μνήμην —
κεκτημένος — ἀνάγκη δή-
που σε ἀγνοεῖν] Volebat di-
cere ἀγνοεῖς, aut similiter.
Nunc mutato structurae tenore
post nominativum intulit accusa-
tivum σε v. ad Protag. p. 316.
C. Criton. p. 50. E.

C. μὴδ' ὅτι ποτὲ ἔχαι-
ρες] Libri μὴδ' ὅτι. Quod
sponte correxi. Nam μὴδ', ne
quidem, huic membro ora-
tionis non convenit, quum in
altero demum membro id quod
gravius est commemoretur. Nunc
apte inter se μὴτε et τε respon-
dent; v. ad Gorg. p. 501. A.
522. B. Protagor. p. 309. B. al.
ὡς χαίρῃσεις δ.] Moeris
p. 403. χαίρῃσεις, Ἀτικῶς,
χαίρῃση Ἑλληνικῶς. v. intpp. ad
Aristoph. Plut. v. 64. Lysistr.
v. 469. χαίρῃσαι dixit perso-
natus Lucian. Philopat. §. 24.
ἀλλὰ τινος πλεύμονος]

Fuit πλεύμων piscis marinus, qui
a Plinio H. N. IX. 47., XVIII.
35., XXXII. 9 et 10. pulmo et
pulmo marinus vocatur. Di-
citur ei nullus sensus esse ut-
pote silicea testa incluso. He-
sychius. λέγονται πλεύμονες καὶ
θαλάττια εἶδη ζῴων ἀναλοθητα.
conf. Aristot. Hist. An. XIII.
27. Fabric. ad Sext. Emp. p.
216. Hinc ortum proverbium
πλεύμονος βίον ζῆν, de quo v.
Casaubon. ad Athen. III. 17.
Comment. T. II. p. 153. ed.
Schweigh. et Petavium ad
Synes. De Regn. p. 14. De scri-
ptura vocabuli dissentiunt gram-
matici. Tamen verum videtur,
quod vett. grammatici quidam
perhibent, πλεύμων esse Atticum,
πλεύμων dici Ἑλληνικῶς. v. Moer-
is p. 309. Thom. Mag. s. v.
Gregor. Corinth. p. 148. Et
certe hoc loco πλεύμων confir-
matur testimoniis codicum fere

ἦντιν οὐ μνήμην ὑπομένειν, δόξαν δ' αὖ μὴ κεκτη-
μένον ἀληθῆ μὴ δοξάζειν χαίρειν χαίροντα, λογισμοῦ
δὲ στερόμενον μὴδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὡς χαίρή-
σεις δυνατόν εἶναι λογίζεσθαι, ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου
βίον ἀλλὰ τινος πλεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ'
ὄστρεῖτων ἔμψυχά ἐστι σωμαίων. ἐστὶ ταῦτα, ἢ παρὰ D
ταῦτ' ἔχομεν ἄλλως πως διανοηθῆναι;

ΠΡΩ. Καὶ πῶς;

ΣΩ. Ἄρ' οὐν αἰρετὸς ἡμῖν βίος ὁ τοιοῦτος;

ΠΡΩ. Εἰς ἀφασίαν παντάπασί με, ὦ Σώκρα-
τες, οὗτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε τὰ νῦν.

ἦντιν οὐ μνήμην Ven. II. Unde saltem ordinem vulgarem mutavi
μνήμην post ἦντιν collocato.

μὴδὲ

δοξάζειν χαίρειν] χαίρειν Bodl. μὴδὲ χαίρειν Vat.

ἀλλὰ τινος πλεύμονος] πλεύμονος Ven. Σ. et corr. Coisl.
Vat. De scriptura vocabuli v. Lobeck. ad Phrynich. p. 305. Blom-
field. ad Aeschyl. Theb. v. 61.

μετ' ὄστρεῖτων] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. Σ II. Par.
BEF. Flor. i. cum Ald. Pass. 1. 2. Stephanus ὄστρεῖτων scripsit.

D. ἔχομεν ἄλλως] ἐχόμενα Bodl. Vat. Ven. II. lidem dein
πως omittunt.

omnium; in Lachete autem p.
192. E. quod vulgo περιπνευμονία
scribitur, id ex cod. Bodl. in
περιπνευμονία mutandum est. Si-
militer Tim. p. 70. C. D. 79. C.
84. D. 91. A. ea scriptura opti-
morum librorum auctoritate ni-
titur. conf. Lobeck. ad Phry-
nich. p. 305. qui, quae de Pla-
tone effatus est, ea nunc sine
dubio retractabit.

D. ἢ παρὰ ταῦτ' ἔχομεν
ἄλλως πως δ.] Expectabas
ἄλλο τι vel ἄλλα τινά. Gorg. p.
507. A. οὐκ ἔχω παρὰ ταῦτα
ἄλλα φέμαι. Phaedr. p. 107. A.
οὐκοῦν — ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο
τι λέγειν. Phaedon. p. 74. A.
παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι
Ibid. p. 80. B. ἔχομεν τι παρὰ
ταῦτα ἄλλο λέγειν; Politic. p.
295. D. E. Theaet. p. 156. A.
Lysid. p. 213. C. De Rep. I. p.
337. E. VI. p. 506. B. X. p.
603. C. Xenoph. Hell. I. 5, 5.

Aristoph. Nubb. v. 698. Pac.
v. 110. Lysistr. v. 110. Qui-
bus addas licet quae collegerunt
Schaeferus ad Dionys. De
Comp. Verb. p. 117 sq. et Ba-
stius ad Gregor. Corinth. p.
360. Neque aliter Latini. Ci-
cero Offic. II. 2. nec quid-
quam aliud est philoso-
phia, si interpretari velis,
praeter studium sapientiae,
h. e. quam studium sapientiae.
Tres optimi codd. mss.
πως omittunt. Hinc facile ali-
quis suspicetur in ἄλλως latere
ἄλλο τι. Sed vereor, ne πως
ob id ipsum a grammaticis de-
letum sit, quo facilius ἄλλο τι
refingi posset. Recte autem dici
ἄλλως παρὰ ταῦτα non videtur
egere demonstratione.

Εἰς ἀφασίαν παντάπασί
με —] Ἀφασία tribuitur ei,
qui prae animi perturbatione vel
etiam dubitatione non reperit,

ΣΩ. Μήπω τοίνυν μαλθακίζόμεθα, τὸν δὲ τοῦ νοῦ μεταλαμβάντες αὐ βίον ἴδομεν.

Cap. XI. ΠΡΩ. Ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Εἴ τις δέξαιτ' ἂν αὐ ζῆν ἡμῶν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν καὶ ἐπιστήμην καὶ μνήμην πᾶσαν πάντων κεκτημένος, ἡδονῆς δὲ μετέχων μήτε μέγα μήτε σμικρόν, μηδ' αὐ λύπης, ἀλλὰ τὸ παράπαν ἀπαθῆς πάντων τῶν τοιούτων.

ΠΡΩ. Οὐδέτερος ὁ βίος, ὡς Σώκρατες, ἔμοιγε τούτων αἰρετός, οὐδ' ἄλλω μήποτε, ὡς ἐγὼμαι, φανῆ.

Μήπω τοίνυν μαλθακ.] ἴδν Bodl. μεταλαμβάντες αὐ βίον] Par. F. μεταβάλλοντες. Bastius Specim. ed. Symp. p. 65. et Epist. Crit. p. 157. ed. Lips. ex Paris. reponendum censebat μεταβαλόντες. Ποῖον δὴ λέγεις;] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Vulgo τὸν ποῖον δὴ λ. P. 22. Τί δ' ὁ ξυναμφοτέρος—] Τὸ δ' ὁ ξ. Bodl. Idem

quid dicat vel faciat: id quod pulcre demonstrarunt intpp. ad Thom. Mag. p. 135. Bergler. ad Aristoph. Thesmoph. v. 911. Ruhnk. Epist. Crit. II. p. 212. Wytttenbach. Bibl. Crit. Vol. III. Part. IV. p. 45. Dein μαλθακίζεσθαι de disputantibus eodem modo positum Alcib. I. p. 124. D. οὐκ ἀποκηρτέον οὐδὲ μαλθακιστέον, ὡς εἶπες. Sophist. p. 241. C. οὕτως ἀποσιτισόμεθα ἴδν μαλθακισθέντες. μεταλαμβάντες αὐ βίον] Aliquot codices μεταβαλόντες, quod olim cum Bastio Specim. Crit. in Symp. p. 65. et Epist. Crit. ad Boisson. p. 157. ed. Lips. amplexi sumus. Postea temporis acceptis librorum copiis eam sententiam deserendam putavimus; quod quibus de causis fecerimus, docebunt quae ad Phaedr. p. 241. A. commentati sumus. Nimirum Socrates hoc dicit: vicissim etiam vitam menti ac sapientiae

dicatam explorandam sumamus atque consideremus. Εἴ τις δέξαιτ' ἂν αὐ ζῆν] Codd. omnes ἂν post εἰ illatum unanimi consensione firmare videntur. Nec profecto vocula temere sollicitanda est, sicubi sententia conditionalis rursus ex alia conditione suspensa esse intelligitur. Quod hoc quidem loco fieri potest rectissime. Vide quae de hac re exposuimus ad Menon. p. 98. B. et ad Protagor. p. 329. B. Formulam μήτε μέγα μήτε σμικρόν illustravimus ad Apolog. Socr. p. 19. D. Post ἀπαθῆς ne quis ὧν addendum censeat, alia id genus dedimus ann. ad Tim. p. 98. D. et Gorg. p. 501. A. E. οὐδ' ἄλλω μήποτε — φανῆ] V. ad Remp. VI. p. 492. D. P. 22. συμμιχθεῖς κοινός γενόμενος] H. e. facta mixtione communis red-

ΣΩ. Τί δ' ὁ ξυναμφοτέρος, ὡς Πρωταρχε, ἐξ 22 ἀμφοῖν συμμιχθεῖς κοινός γενόμενος;

ΠΡΩ. Ἡδονῆς λέγεις καὶ νοῦ καὶ φρονήσεως;

ΣΩ. Οὕτω καὶ τὸν τοιοῦτον λέγω ἔγωγε.

ΠΡΩ. Πᾶς δήπου τοῦτόν γε αἰρήσεται πρότερον ἢ ἐκείνων ὀποτερονοῦν, καὶ πρὸς τούτοις γε οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὐ.

ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν ὅ τι νῦν ἡμῖν ἐστι τὸ ξυμβαῖνον ἐν τοῖς παρούσι λόγοις;

ΠΡΩ. Πάνν μὲν οὖν, ὅτι τρεῖς μὲν βίοι προὔτεθῆσαν, τῶν δυοῖν δ' οὐδέτερος ἰκανός οὐδὲ αἰρετός B οὐτ' ἀνθρώπων οὔτε ζώων οὐδενί.

mox cum Vat. Ven. II. pro καὶ τὸν τοιοῦτον habet καὶ τῶν τοιούτων, et ἔγωγε omittit. ἢ ἐκείνων] V. ἢ κείνων. invitis Bodl. Vat. Ven. II. Ex iisdem libris in proximis γε restitutum est. Mox Bodl. ξι νῦν pro ὅτι νῦν. ὅτι τρεῖς μὲν βίοι] V. ὅτι γε τρεῖς μ. β. Omisi γε cum Bodl. Vat. Ven. II.

ditus. Concursum hunc plurium participiorum abunde illustrabunt, quae ad Phaedr. p. 251. D. Gorg. p. 464. C. 471. B. Apol. Socr. p. 27. A. al. scripsimus. Ad τί δὲ — γενόμενος int. φαίνεται. v. Phaedr. p. 234. C. Men. p. 82. E. Prot. p. 352. B. al. καὶ πρὸς τούτοις γε οὐχ ὁ μὲν, ὁ δὲ οὐ.] ac praeterea (hanc vitam eliget) non alter, alter contra. Itaque his verbis notio atque vis praecedentis πᾶς confirmatur et augetur. Simillima sunt Aeschyl. Pers. v. 807. συμβάσει γὰρ οὐ τὰ μὲν, τὰ δὲ οὐ. ubi v. Blomfield. Herodot. I. 138. ἐς τοῦτο διζήμενος εὐρήσεις τελευτῶντα τῶν Πελοπιδῶν ὀνόματα, οὐ τὰ μὲν, τὰ δὲ οὐ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ibid. II. 37. οὐκ ὁ μὲν, ὁ δὲ οὐ, ἀλλὰ πάντες. Phocylid. ap. Strab. X. p. 487. καὶ τότε Φαυκιδέω. Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὐ πάντες, πλην Προκλέους καὶ Προκλέης;

Λέριος. Plato Legg. XI. p. 923. B. ἡμῖν δὲ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑμετέρων μέλλοσι, κηδομένοις ὅτι μάλιστα εἰς δύναμιν αὐ τῶν μέρ, τῶν δὲ οὐ. quem locum interpretes frustra emendare conati sunt. Senties iam, quo iure Stephanus haec scripserit: Post haec verba, inquit, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δὲ οὐ, aliquid subaudiendum relinquatur, nisi quid deesse dicendum sit. Ceterum πρὸς τούτοις pro πρὸς τούτω dicitur. Aliter Schleiermacherus, qui commate post τούτοις γεposito verba sic interpretatur: Diese wird wohl jeder eher als irgend eine von ihnen wählen, und zu jenen dazu; nicht etwa einer, und ein anderer wieder nicht. Quod non uno nomine displicet. Aristoph. Rann. p. 1129. ἐπειτα γράψαν ἔγρηεν αὐτὸς ὧν νέος, καὶ πρὸς γε τούτοις τὴν ἐαυτοῦ μνηστῆρα.

ΣΩ. Μῶν οὖν οὐκ ἤδη τούτων γε περί δηλον ὡς οὐδέτερος αὐτῶν εἶχε τάγαθόν; ἦν γὰρ ἂν ἰκανὸς καὶ τέλος καὶ πᾶσι φυτοῖς καὶ ζώοις αἰρετός, οἷσπερ δυνατὸν ἦν οὕτως αἰετὸν διὰ βίον ζῆν. εἰ δέ τις ἄλλα ἠρεῖθ' ἡμῶν, παρὰ φύσιν ἂν τὴν τοῦ ἀληθῶς αἰρετοῦ ἐλάμβανεν ἄκων ἐξ ἀγνοίας ἢ τινος ἀνάγκης οὐκ εὐδαίμονος.

ΠΡΩ. Ἔοικε γοῦν ταῦθ' οὕτως εἶχειν.

C ΣΩ. Ὡς μὲν τοίνυν τὴν γε Φιλήβου θεὸν οὐ δεῖ διανοεῖσθαι ταῦτόν καὶ τάγαθόν, ἰκανῶς εἰρησθαί μοι δοκεῖ.

ΦΙ. Οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς, ὦ Σώκρατες, ἐστὶ τάγαθόν, ἀλλ' ἔξει που ταῦτ' ἐγκλήματα.

ΣΩ. Τὰχ' ἂν, ὦ Φιλήβε, ὁ γ' ἐμός· οὐ μέντοι

B. οὐδέτερος αὐτῶν] Sic Bodl. Vat. Ven. *II. A.* Legebatur olim αὐτοῖν.

τοῦ ἀληθῶς αἰρετοῦ] Sic tres optimi pro vulg. ἀληθῶς.

C. ἔξει που ταῦτ' ἐγκλήματα] Sic Vat. et pr. Ven. *II.* Vulgo ταῦτ' ἐγκλ.

D. οὐδὲ τὸ μὲν ἀγαθόν τ.] Stephanus τῷ μὲν ἀγ. errore. Dein οὐδέτερον Bodl. Vat. et Ven. *II.* corr.

B. ἦν γὰρ ἂν ἰκανὸς —] Int. εἶχε τάγαθόν. Eodem modo infra. Pro πᾶσι φυτοῖς κ. τ. λ. Sydenhamus p. 23. A. πᾶσι τοῖς ζώοις αἰρετός scribendum putabat. At secundum Platonem etiam τὰ φυτὰ vita quadam perfruuntur; v. Tim. p. 76. E. sqq. 77. B. C. ubi inter alia: διὸ δὴ ζῆ μὲν (genus plantarum) ἐστὶ τε οὐκ ἔτερον ζῶον, μόνιμον δὲ καὶ κατεβόζομενον πένητε διὰ τὸ τῆς ὑφ' ἑαυτοῦ κινήσεως ἐπιτεροῦσθαι. Itaque sententiam verborum hanc esse apparet; Foret ea vita omnino omnibus expetenda naturis sensu aliquo praeditis.

C. διανοεῖσθαι ταῦτόν καὶ τάγαθόν.] Suspiciari possis, legendum esse ταῦτόν δὲ

καὶ τάγαθόν, h. e. οὖσαν, de quo genere constructionis v. ad Menon. p. 79. E. Nec tamen necessaria est ea mutatio.

οὐ μέντοι — οἶμαι νοῦν] Int. εἶχειν ταῦτ' ἐγκλήματα, constructione prope legitima; v. ad Euthyphron. p. 3. E. Protag. p. 314. B. Significatur autem his verbis, mentem et rationem divini utique humana mente longe maius quiddam esse ac praestantius: eam enim, quum in se perfecta et absoluta sit, nec quiddam aliunde desiderare ad summam perfectionis et beatitudinis possessionem. Ob oculos habuit hunc locum Plotinus Libr. VII. Ennead. VI. p. 1311 sqq. ed. Creuzer.

τῶν μὲν οὖν νικητηρίων — οὐκ ἀμφισβητῶ] De hac

τόν γε ἀληθινὸν ἅμα καὶ θεῖον οἶμαι νοῦν, ἀλλ' ἄλλως πως εἶχειν. τῶν μὲν οὖν νικητηρίων πρὸς τὸν κοινὸν βίον οὐκ ἀμφισβητῶ πω ὑπὲρ νοῦ, τῶν δὲ δὴ δευτερίων ὄραν καὶ σκοπεῖν χρὴ περί τί δράσομεν. τάχα γὰρ ἂν τοῦ κοινοῦ τούτου βίου αἰτιώμεθ' D ἂν ἐκάτερος ὁ μὲν τὸν νοῦν αἴτιον, ὁ δ' ἠδονὴν εἶναι, καὶ οὕτω τὸ μὲν ἀγαθὸν τούτων ἀμφοτέρων οὐδέτερον ἂν εἴη, τάχα δ' ἂν αἰτιὸν τις ὑπολάβοι πότερον αὐτῶν εἶναι. τούτου δὴ περί καὶ μᾶλλον ἐτι πρὸς Φιλήβου διαμαχοίμην ἂν, ὡς ἐν τῷ μικτῷ τούτῳ βίῳ, ὃ τί ποτ' ἐστι τοῦτο ὁ λαβὼν ὁ βίος οὗτος γέγονεν αἰρετός ἅμα καὶ ἀγαθός, οὐκ ἠδονὴ ἀλλὰ νοῦς τούτῳ ξυγγενέστερον καὶ ὁμοιότερόν ἐστι. καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐτ' ἂν τῶν πρωτείων οὐδ' αὐτῶν δευ- E τερίων ἠδονῇ μετὸν ἀληθῶς ἂν ποτε λέγοιτο. πορ-

πότερον αὐτῶν εἶναι] Sic Bodl. Vat. Ven. *AΞΠ.* Par. BCEH. Aug. Flor. a. b. c. i. cum Ald. Bas. 1. Unus Steph. ὁπότερον.

E. οὐτ' ἂν τῶν πρωτείων] V. οὐτ' αὐτ', quod ex Bodl. Vat. Ven. *II.* emendatum.

οὐδ' αὐτῶν δευτ.] Sic codd. plurimi. Bekkerus οὐτ' αὐτ' scripsit ex Ven. *Σ.* Angel. Pro αὐτ' Vat. Ven. *II.* ἂν.

constructione verbi ἀμφισβητεῖν v. ad Politicum p. 275. B. in quo libro ea usurpatur frequentius.

D. τάχα γὰρ ἂν τοῦ κοινοῦ βίου αἰτιώμεθ'] Κοινὸς βίος non alius est, nisi qui mox vocatur μικτός, hoc est, ex voluptate atque sapientia mixtus ac temperatus. Iam vero, prouti vel haec vel illa plus valet ad illius dignitatem et praestantiam, ita alterutra etiam propius ad ipsius boni similitudinem accedere existimanda est. Quocirca Socrates iam de δευτερίοις videndum esse arbitrat. Et enim secundas vult ei deferri, unde vitae ad fructum beatitudinis recte temperandae leges maxime suspensae sint: quod quoniam in mentem et rationem iucundi non

item congruat, voluptatem nec secundas, imo ne tertias quidem habituram esse auguratur. Loquutionem αἴτιον αἰτιώσθαι τὸ attigimus ad Hipp. min. p. 372. B. Cratyl. p. 411. C. Phaedr. p. 253. A. al.

τάχα δ' ἂν αἰτιὸν τις ὑπολάβοι —] fortasse autem aliquis existimet alterutrum eorum (aut voluptatem aut sapientiam) causam esse (vitae vere beatae). Nam ad αἴτιον facile intelligitur ex antegressis τοῦ κοινοῦ βίου. De πότερον autem v. ad p. 20. D.

E. οὐδ' αὐτῶν δευτερίων —] In his οὐδ' αὐτ' post οὕτω infertur, quoniam alterum orationis membrum habet quandam oppositionis gravitatem atque id adauget, quod in priore

ῥωτέρω δέ ἐστι τῶν τριτείων, εἴ τι τῷ ἐμῷ νῦν δεῖ πιστεῦναι ἡμᾶς τὰ νῦν.

ΠΡΩ. Ἀλλὰ μὴν, ὦ Σώκρατες, ἕμοιγε δοκεῖ νῦν μὲν ἡδονὴ σοι πεπτωκέναι καθ' ἁπερεὶ πληγείσαι ὑπὸ τῶν νῦν δὴ λόγων· τῶν γὰρ νικητηρίων πέρι 23 μαχομένην ζεῖται. τὸν δὲ νοῦν, ὡς ἔοικε, λεκτέον ὡς ἐμπροσθεν οὐκ ἀντεποιεῖτο τῶν νικητηρίων· τὰ γὰρ αὐτὰ ἐπαθεν ἄν. τῶν δὲ δὴ δευτερείων στερηθεῖσαι ἡδονὴ παντάπασι ἂν τινα καὶ ἀτιμίαν σχοιῆ πρὸς τῶν αὐτῆς ἑραστῶν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις εἴ ἂν ὁμοίως φαίνοιτο καλή.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἄμεινον αὐτὴν εἶναι ἤδη καὶ

νῦν μὲν ἡδονὴ σοι π.] μὲν om. Bodl. Vat. Ven. II.

P. 23. B. Βαβαῖ ἄρα] Βαβαῖ Bodl.

enuntiat parte dictum est. Sic p. 42. B. οὔτε αὐτὸ ὁρθῶς φαινομενον ἔρεῖς οὐδ' αὐ ποτὲ τὸ ἐπὶ τοῦτο μέρος — ἀληθὲς τοιμήσεις λέγειν. quem locum iam olim comparavimus. Legg. VIII. p. 840. A. οὔτε τινὸς πάποτε γυναικὸς ἤψατο οὐδ' αὐ παιδός. De Rep. X. p. 608. B. ἐπαρθένα οὔτε τιμῆ οὔτε χυμῶσι οὔτε ἀρχῇ οὐδέ τινα οὐδέ γε ποιητικῇ. Ibid. IV. p. 426. B. οὔτε φάρμακα οὔτε καύσεις οὔτε τομαί οὐδ' αὐ ἐπαθαί. Plura id genus supeditabunt Dorvill. ad Charit. p. 641. Schaefer. ad Dionys. De Comp. Verb. p. 36. et 299. Krüger. ad Dionys. Hist. p. 13. Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 213. Patet ex his, opinor, quo iure codd. quidam αὐτ' ἂν pro οὐδ' αὐ tueantur. Nimirum ortum id est ex mera hariolatione. De participio μετόν cum verbo dicendi coniuncto v. Matthiae Gr. §. 555. ann. 4.

πεπτωκέναι καθ' ἁπερεὶ πληγείσαι] Protag. p. 339. E.

καὶ ἐγὼ τὸ μὲν πρῶτον ὡς περεὶ ὑπὸ ἀγαθοῦ πύκτιον πληγῆς ἐκοποῦσθην τε καὶ ἡλιγίστα εὐπόντος αὐτοῦ ταῦτα. Euthydem. p. 303. A. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Κριτων, ὡς περὶ πληγῆς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἐκέλευν ἀφωνος.

P. 23. τὰ γὰρ αὐτὰ ἐπαθεν ἄν.] Int. εἰ ἀντεποιεῖτο αὐτῶν. v. p. 22. B.

στερηθεῖσα ἡδονή — καλή] Lepide et urbane voluptas dicitur, non reportato secundo praemio, apud suos in contemptum ventura esse, nec iam aequae pulchrae existimatum iri. Loquitur igitur Protarchus de ea tanquam muliercula aliqua illecebris ac veneribus suis grata et amatores pelliciente. Non inepte cum his comparaveris Prodiciam illam fabulam de Hercule in bivio constituto apud Xenoph. Mem. II. 1.

ἐξελέγχοντα λυπεῖν] Haec quoque facete et iocose dicuntur. Non vult enim Voluptatem accuratiore examine reddere tristem et morosam, quippe quod eius

μη τὴν ἀκριβεστάτην αὐτῇ προσμέροντα βίασανον καὶ ἐξελέγχοντα λυπεῖν;

ΠΡΩ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἄρ' ὅτι τὸ ἀδύνατον εἶπον, λυπεῖν ἡδονὴν; B

ΠΡΩ. Οὐ μόνον γε, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀγνοεῖς ὡς οὐδεὶς πῶ σε ἡμῶν μεθήσει, πρὶν ἂν εἰς τέλος ἐπεξέλθῃς τούτων τῷ λόγῳ.

ΣΩ. Βαβαῖ ἄρα, ὦ Πρωταρχε, συγνοῦ μὲν λόγου τοῦ λοιποῦ, σχεδὸν δὲ οὐδὲ ῥᾶδιον πάντι νῦν. καὶ γὰρ δὴ φαίνεται δεῖν ἄλλης μηχανῆς, ἐπὶ τὰ δευτερεία ὑπὲρ νοῦ πορευόμενον οἷον βέλη ἔχειν ἕτερα τῶν ἐμπροσθεν λόγων· ἔστι δὲ ἴσως ἕνια καὶ ταῦτα. οὐκοῦν χρῆ;

οὐδὲ ῥᾶδιον] In Ven. E. corr. ῥᾶδιον. Ald. Bas. 1. Flor. b. i. σχεδὸν δὲ ῥᾶδιον. Etiam Ven. A. Par E. οὐδὲ omittunt.

naturae et ingenio adversari videatur.

B. Οὐ μόνον γε, ἀλλ' ὅτι] Gorg. p. 491. E. Οὐ μόνον γε, ὦ Καλλίελλε, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν. Phaedon. p. 107. B. Οὐ μόνον γε, ἔφη, ὦ Σιμυλιά, ὁ Σωκράτης, ἀλλὰ ταῦτα τε εὐλέγεις καὶ τ. λ. ubi v. ann. Proxima sic interpreteris: priusquam ad finem harum rerum disputatione tua perveneris. Pro τούτων dici poterat ταῦτα. Sed τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν nunc dicitur absolute ac sine casu obiecti, ut infra p. 65. B. Gorg. p. 492. D. De Rep. I. p. 349. A. II. p. 361. E. al. Unde τούτων recte ad εἰς τέλος referri potuit.

Βαβαῖ ἄρα — ῥᾶδιον πάντι νῦν] Papae, quam copiosa relinquitur disputatione! nec admodum facile est iam rem sic disceptare! Dedimus olim ῥᾶδιον, quod unus cod. habet, sed ceteri omnes ῥᾶδιον tuentur. Quod saue

αὐτὸ intellecto κατὰ σύνθεσιν explicandum, uti nunc facimus. Idque optime cum verbis sequentibus concordat. Proxima Lehrsius hunc in modum iungi voluit: φαίνεται ἐπὶ δευτερεία ὑπὲρ νοῦ πορευόμενον δεῖν ἔχειν οἷον ἄλλης μηχανῆς βέλη ἕτερα τῶν ἐμπροσθεν λόγων. Quod cur nobis non probetur, nunc non dicam; longum est enim et ab hoc loco prope alienum. Imo interpunctio post μηχανῆς facta, quae deinceps adduntur per epexegesis quamdam addi existimanda sunt, hoc sensu: es scheint ein anderes Hilfsmittel nöthig zu sein, dass man nämlich, indem man auf den zweiten Preis für die Vernunft losgeht, andere Geschosse habe als die vorigen Reden. Sic locum etiam Astius interpretatus est ad Remp. p. 430. Ponitur vero πορευόμενον, quia in infinitivo ἔχειν continetur subiectum indefinitum τινά. De sermonum cum telis comparatione v. Sym-

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ;

Cap. XII. ΣΩ. Τὴν δὲ γε ἀρχὴν αὐτοῦ διευ-

C λαβεῖσθαι πειρώμεθα τιθέμενοι.

ΠΡΩ. Ποίαν δὴ λέγεις;

ΣΩ. Πάντα τὰ νῦν ὄντα ἐν τῷ παντὶ διχῆ
διαλάβωμεν, μᾶλλον δ', εἰ βούλει, τριχῆ.

ΠΡΩ. Καθ' ὅ τι, φράζεις ἄν.

ΣΩ. Λάβωμεν ἅπαντα τῶν νῦν δὴ λόγων.

ΠΡΩ. Ποῖα;

C. Τούτω δὴ τῶν εἰδῶν] Sic dedi de coniectura. Libri
mss. et editi omnes *Τούτων*. v. interpretat.

D. *ικανῶς κατ' εἶδη δ.*] *ικανὸς* Bodl. Vat. Ven. II. *Iidem*

pos. p. 219. B. Protag. p. 242.
E. ibique ann.

C. *Τὴν δὲ γε ἀρχὴν* — *τι-
θέμενοι*.] Conemur vero
principium rei dum poni-
mus nobis cavere, h. e. caute
conemur initium huius rei facere.
Nam participium utique princi-
palem notionem continet, de quo
usu loquendi v. ad Gorg. p. 483.
E. Seidler. ad Eurip. Iphig.
Taur. v. 1412. intpp. ad Gregor.
Corinth. p. 35. Winckelmann.
ad Euthyd. p. 44. Ponitur autem
dehinc novum quasi propositae
quaestionis fundamentum. Do-
cetur enim, in rerum universitate
hanc dominari legem, ut quid-
que vel infinitum sit, vel finiens,
vel ex utroque mixtum ac tem-
peratum, vel denique tale, quod
mixtionis caussam ac principium
contineat. Hinc igitur repetitur
de voluptatis et sapientiae digni-
tate atque praestantia iudicium.
Sed de his quoniam copiose
diximus in Prolegg. p. 35 sqq., no-
lumus hic repetere quae ad totius
loci interpretationem pertine-
ant. — Mox *μᾶλλον δὲ* est
vel potius, ut Gorg. p. 465.
C. Lachet. p. 196. C. De Rep.
IX. p. 582. B. et aliis locis fere
innumeris.

Καθ' ὅ τι, φράζεις ἄν.] *H. e. λέγε, καθ' ὅ τι αὐτὰ διχῆ
διαλήψει.* Dein etiam nunc minime
displicet coniectura Schleier-
macheri et Heindorfii, qui
*ἀναλάβωμεν ἅπαντα τῶν νῦν δὴ λό-
γων* legendum putarunt. Nam
quod in superioribus memoratum
erat τὸ ἀπειρον atque ἐν καὶ
πολλά, ubi de generibus et for-
mis rerum disputabatur, id So-
crates hic quoque ad partes vo-
candum censet, distinguens iam
τὸ ἀπειρον et τὸ πέρασ. Quo
in genere proprium est verbum
ἀναλαμβάνειν. Et quis est quin
ἀπ' αὐτῶν largiatur ob antegressum ἄν
facillime excidere potuisse, quum
personarum notationem in anti-
quissimis codicibus fere duobus
punctis factam esse constet? Ni-
hilo minus fatemur mutationem
non esse plane necessariam.
Nam *λάβωμεν ἅπαντα* omnino est:
sumamus nonnulla ex su-
periore disputatione, quae loco principii ponam-
us, sicuti locum dudum intel-
leximus. Paulo ante p. 18. A.
*ὅσπερ γὰρ ἐν ὀμοῦν εἴ τις ποτὲ
λάβοι κ. τ. λ.* Infra p. 34. D.
*φαίνεται λεπτεῖον ἐπιθυμῶν, τί
ποῖ' ἐστὶ αὐτῶν*. — τὸ μὲν ἀπει-
ρον δεῖξαι, h. e. ostendisse
hominibus; v. p. 16. C. Pro

ΣΩ. Τὸν θεὸν ἐλέγομεν πού τὸ μὲν ἀπειρον
δεῖξαι τῶν ὄντων, τὸ δὲ πέρασ;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τούτω δὴ τῶν εἰδῶν τὰ δύο τιθώμεθα,
τὸ δὲ τρίτον ἐξ ἀμφοῖν τούτοις ἐν τι ξυμμισγόμενον.
εἰμὶ δ', ὡς ἔοικεν, ἐγὼ γελοῖός τις ἱκανῶς κατ' εἶδη
δυστάς καὶ συναριθμούμενος.

ΠΡΩ. Τί φῆς, ὦ γαθέ;

ΣΩ. Τετάρτου μοι γένους αὐτῶν προσδεῖν.

dein τὰτ' ἔδη.

γένους αὐτῶν προσδεῖν.] Vulgo post *προσδεῖν* additur *φαίνεται*,
quod auctoritate Bodl. Vat. delevimus.

τὸ δὲ πέρασ Heindorfius ma-
lebat τὸ δὲ πέρασ ἔχον. Alius
fortasse coniciat τὸ δὲ πεπερα-
σμένον. Sed vide p. 27. D.
μετὰ τοῦ πέρατος δεδεμένον. p.
25. D. *συμμίγνυμι εἰς αὐτὴν τὴν
αὐτῶν πέρατος γένειαν*, ubi nihil
mutandum. P. 25. B. *εἰς τὸ πέ-
ρας ἀπολογιζόμενοι*. et p. 27. B.
*πρῶτον μὲν τὸν ἀπειρον λέγω,
δεύτερον δὲ πέρασ*. Nimirum fini-
tum quod appellatur, id non
tantum vi et natura sua per se
ipsum tale est, sed etiam finiendi
vi et potentia pollet. Unde recte
communī nomine *πέρασ* dicitur.

*Τούτω δὴ τῶν εἰδῶν τὰ
δύο τιθῶ.*] Haec igitur ge-
nerum istorum duo illa
esse ponamus, quae signifi-
ficabam antea quum dice-
rem τὰ νῦν ὄντα διχῆ διαλάβω-
μεν. Sic haec intelligenda. Cor-
rexisse enim recte videmur olim
τούτω, quum libri omnes τούτων
mordicus teneant: quod miror
etiam recentissimis criticis pla-
cere potuisse. Enimvero plura-
lis numerus iste τούτων quorsum
spectet et ad quidnam referatur,
alius monstret; nos eum pro ab-
surdo et inepto habemus.

D. *εἰμὶ δ', ὡς ἔοικεν, ἐγὼ
γελοῖός τις*] Nihili est, quod

tres optimi codd. *ικανὸς* et *τὰτ'
εἶδη* scriptum exhibent; neque
omnino locus ulla eget mutatione,
modo participia *δυστάς* et *συνα-
ριθμούμενος* de conatu, quem
vocant, intelligas. Ita enim sen-
tentia est haec: sum autem,
ut videtur, ridiculus ho-
mo, qui haec *plene accu-
rateque* (*ικανῶς*) secundum
genera dividere et nume-
ro comprehendere *studeam*.
Nimirum in hoc quid
sit ridiculi, proximis verbis de-
claratur. Nam quum antea duo
aut tria genera sufficere putasset,
idem nunc etiam quarto opus
esse videt. Theag. p. 122. C.
*μη ἀισθώμεθα γελοῖοι ὄντες —
μηδὲν τῶν αὐτῶν ἡγούμενοι*. Lu-
cian. Char. §. 10. *καίτοι γελοῖός
εἰμὶ σοὶ λέγων ταῦτα*. Alia id
genus dedimus ad Protagor. p.
340. E. De verbo rei conatum
indicante v. ad Menexen. p.
244. E.

D. *Τετάρτου* — *αὐτῶν* *προ-
σδεῖν*.] Repetendum *φημί*. Quod
qui non perspexerunt, ii alleve-
rant post *προσδεῖν* istud suum
φαίνεται, quod nunc non dubi-
tavimus praestantissimorum co-
dicum auctoritate rursus elimi-
nare.

ΠΡΩ. Λέγε τίνος.

ΣΩ. Τῆς ξυμμίξεως τούτων πρὸς ἀλλήλα τὴν αἰτίαν ὄρα, καὶ τίθει μοι πρὸς τρισὶν ἐκείνοις τέταρτον τοῦτο.

ΠΡΩ. Μῶν οὖν σοὶ καὶ πέμπτον προσδεήσει διάκρισιν τίνος δυναμένον;

ΣΩ. Τάχ' ἂν· οὐ μὴν οἶμαι γε ἐν τῷ νῦν. **E** ἂν δέ τι δέη, συγγνώσει πού μοι σὺ μεταδιώκοντι πέμπτον [βίον].

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν δὴ τῶν τετάρων τὰ τρία διελόμενοι, τὰ δύο τούτων πειρώμεθα πολλὰ ἐκάτερον ἐσχισμένον καὶ διεσπασμένον ἰδόντες, εἰς ἐν πάλιν

E μοι σὺ μεταδιώκοντι] μοι συμμεταδιώκοντι Vat. et pr. **Π.** Dein βίον tanquam suspectum seclusi ob eas causas, de quibus dixi in interpretatione.

καὶ πέμπτον — δυναμένον.] Quoniam Socrates quartum genus posuit hoc, quod ἐπιπέτῳ finiti et infiniti efficiat, Protarchus perquam acute suspicatur fortasse adeo quinto opus fore genere, quandoquidem commixtionem ex altera parte respondet ἢ διάκρισις. Loquutionem δυνασθῆναι, aliquid efficere posse, illustrabant Cratyl. p. 405. B. Legg. VI. p. 757. A. Gorg. p. 453. A. Protagor. p. 335. B. Attigit eam etiam A. Matthiae ad Eurip. Med. p. 443.

E μεταδιώκοντι πέμπτον [βίον].] Aegre ferimus utique quod libri omnes importunum istud βίον tumentur. Ferri enim illud non potest propterea, quod nunc non de vivendi generibus agitur, sed potius de generibus τῶν ὄντων, id quod docent verba p. 23. C. πάντα τὰ νῦν ὄντα ἐν τῷ παντὶ διχῶ διαλ. κ. τ. λ. Itaque cum Schützio delendum censemus βίον, quod debetur

scioli alicuius interpretationi, qui cum addere deberet ἴδος, sententia loci non perspecta, absurde adscripsit βίον. Nam Cousinus certe non videtur audendus, qui p. 499. Interpret. Gall. βίον sic tuetur, ut eo vocabulo significari dicat une cinquième manière d'être, une cinquième classe d'existences: quod abhorret ab usu loquendi, nec Platonis sententiae satis accommodatum est. Pronomen τι ut adiciatur, non est necessarium, quanquam facili negotio post μεταδιώκοντι inseri potest.

Πρῶτον μὲν δὴ τῶν τετάρων — ἐκάτερον.] primum igitur ex illis quatuor generibus tria secernamus, et duorum ex his quum viderimus unum quodque tanquam fissum ac discerptum, in unum rursus quodque colligentes intelligere conemur, quo tandem modo unum-

ἐκάτερον συναγαγόντες, νοῆσαι πῆ ποτὲ ἦν αὐτῶν ἐν καὶ πολλὰ ἐκάτερον.

ΠΡΩ. Εἴ μοι σαφέστερον ἐτι περὶ αὐτῶν εἶποις, τάχ' ἂν ἐποίμην.

ΣΩ. Λέγω τοίνυν τὰ δύο, ἃ προτίθεμαι, ταῦτ' **21** εἶναι ἄπειρον νῦν δὴ, τὸ μὲν ἄπειρον, τὸ δὲ πέρασ ἔχον. ὅτι δὲ τρόπον τινὰ τὸ ἄπειρον πολλὰ ἐστι, πειράσομαι φράζειν· τὸ δὲ πέρασ ἔχον ἡμᾶς περιμένετω.

ΠΡΩ. Μένει.

ΣΩ. Σκέψαι δὴ. χαλεπὸν μὲν γὰρ καὶ ἀμφισβητήσιμον ὃ κελεύω σε σκοπεῖν, ὁμως δὲ σκοπεῖ.

τῶν τετάρων τὰ τρία] V. τεσσάρων, invitis codd. praeter Ven. E. Par. EF.

ἐσχισμένον — πάλιν ἐκάτερον] Desunt haec in Par. H. et pr. Vat. Ven. **Π.** Omissionis causa in homoeoteleuto cernitur.

quodque unum et multa sit, de quo antea disputabamus. Vult igitur duo genera, τὸ ἄπειρον et τὸ πέρασ ἔχον, nunc ita explicare atque illustrare, ut primum utriusque formae ac partes ostendantur, deinde quam generis communione utrumque tanquam unum quiddam continentur doceatur. In his Stephanus requirebat εἰς πολλὰ ἐκ., in quo ille neglexit, quod unicuique notissimum esse debet, verborum dividendi constructionem non raro cum simplici accusativo fieri. conf. Tim. p. 73. D. Politic. p. 283. D. Phaedr. p. 253. D. 265. B. Sophist. p. 217. A. 264. C. Sed v. quae collegit Matthiae Gramm. Gr. p. 767. §. 419. i. Nimirum causa constructionis haec est, quod in eiusmodi verbis inest haec vis, ut sint dividendo vel partiendo efficere. Pro διεσπασμένον ne quis διεσπασμένον malit, infra p. 25. A. ὅσα διέσπασται καὶ

διέσπασται. Recte vero πῆ ποτὲ ἦν dicitur, quia respicitur ad superiorem de uno et multis disputationem, ut sententia etiam hunc in modum exprimi potuerit: νοῆσαι, πῆ ποτὲ ἐστίν, ὡς ἐλέγρονεν, ἐκάτερον αὐτῶν ἐν καὶ πολλὰ. Exempla huius usus memoravimus ad Criton. p. 47. B. C. Phaedon. p. 72. A. et 79. C. quibus addas Legg. II. p. 657. A.

τάχ' ἂν ἐποίμην] fortasse ea assequar et intelligam. Theaet. p. 192. C. νῦν μὲν γὰρ οὐχ' ἐποίμαι. Protag. p. 319. A. ἀρ' ἐποίμαι σοὶ τῷ λόγῳ; Euthyphr. p. 12. C. ἐπει γὰρ πού νῦν γε. Politic. p. 280. B. οὐχ' ἐσπου τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς φάσκει. Lysid. p. 218. E. al.

P. 24. ὅτι δὲ τῶ. τ. — πολλὰ ἐστίν] H. e. in certa quaedam genera redigi potest. Censet enim τὸ ἄπειρον esse id, quod το μᾶλλον καὶ ἦττον habet atque τὸ ποσόν omnino aspernetur.

θερμοτέρου καὶ ψυχροτέρου πᾶσι πρῶτον ὄρα πῶς εἰ ποτέ τι νοήσαις ἂν, ἢ τὸ μᾶλλον τε καὶ ἥττον ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντε τοῖς γένεσιν, ἕως περ ἂν ἐνοικῆ-
B τον, τέλος οὐκ ἂν ἐπιτρεφαιτήν γίνεσθαι· γενομένης γὰρ τελευτῆς καὶ αὐτῷ τετελευτήκατον.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ἄει δέ γε, φαιμέν, ἐν τε τῷ θερμοτέρῳ καὶ ψυχροτέρῳ τὸ μᾶλλον τε καὶ ἥττον ἐνι.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Ἄει τοίνυν ὁ λόγος ἡμῖν σημαίνει τούτῳ μὴ τέλος ἔχειν· ἀτελεῖ δ' ὄντε δήπου παντάπασιν ἀπίρω γίνεσθον.

P. 24. οἰκοῦντε τοῖς γένεσιν] V. οἰκοῦν. Coisl. rec. οἰκοῦν τε. Inde fecimus οἰκοῦντε. Dein vett. editt. ἐνοικῆτον. Recte Bodl. Vat. Coisl. Ven. II. ἐνοικῆτον. Mox οὐκ ἂν om. Ven. II. in margine habent Bodl. Vat. eiecerunt Turicenses.

B. ἐν τε τῷ θερμοτέρῳ] Sic cum Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. plerique omnes pro vulg. εἰτε τῷ θ. Sed pro τῷ θερμοτέρῳ καὶ ψυχροτέρῳ, quod praebuerunt Bodl. Vat. Ven. II., ceteri cum editt. vett. τῷ ψυχροτέρῳ καὶ τῷ θερμοτέρῳ.

θερμοτέρου καὶ ψυχρο-
τέρου πᾶσι —] Toto hoc loco comparativi non id significant quod alio quopiam maius minusve sit, sed indicant gradum infinite crescentem vel decrescentem quippe nullis inclusum finibus atque terminis. Itaque θερμοτέρου est caloris infinitas, ψυχροτέρου frigoris infinitas; pariterque τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον denotat id, quod in infinitum augeri ac minui potest. Qua ratione omnino definitur τοῦ ἀπίρου notio, quam in Prolegomenis accuratius illustrare conati sumus. Tractavit argumentum etiam Plutarchus De Animi Proc. p. 1014. D. Praeter eum scripsit etiam Strato librum quandam περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον, memoratum Diogeni Laertio V. 60. quem verisimile est ad hunc ipsum Platonicæ philosophiæ locum pertinuisse. Dicitur vero τὸ μᾶ-

λον τε καὶ ἥττον ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντε (sic enim pro οἰκοῦν scribendum fuit) τέλος οὐκ ἂν ἐπιτρεφαι γίνεσθαι, ἕως ἂν ἐνοικῆτον, h. e. infinitum tale esse, ut quoadmodum in rebus ipsis cernatur, nullus possit finis ac terminus in iis inesse, quoniam hoc si fiat, perpetua illa graduum vicissitudo et inconstantia protenus peritura sit. Quod profecto et verissime dictum est et intellectu facillimum. Ceterum mox facete ludit in verbis γενομένης γὰρ τελευτῆς κ. τ. λ. ubi τελευτῆς significat i. q. τὸ πῶς, h. e. finem ac terminum, τελευτῆς autem est οὐκ εἶναι.

ἐν τε τῷ θερμοτέρῳ καὶ ψυχροτέρῳ] De voculae τε collocatione v. ad Criton. p. 43. B.

C. εἰτε καὶ τὸ σφόδρα τοῦτο —] Bene hercle, inquit Socrates, etiam istud σφόδρα sermone suscep-

ΠΡΩ. Καὶ σφόδρα γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἄλλ' εὖ γε, ὦ φίλε Πρωταρχε, ὑπέλαβες, καὶ ἀνέμνησας, ὅτι καὶ τὸ σφόδρα τοῦτο, ὃ σὺ νῦν C ἐφθέγγω, καὶ τό γε ἡρέμα τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχειον τῷ μᾶλλον τε καὶ ἥττον. ὅπου γὰρ ἂν ἐνήτον, οὐκ εἶατον εἶναι ποσὸν ἕκαστον, ἀλλ' αἰεὶ σφοδρότερον ἡσυχαιτέρου καὶ τούναντίον ἕκασταις πράξεσιν ἐμποιοῦντε τὸ πλέον καὶ τὸ ἕλαττον ἀπεργάζεσθον, τὸ δὲ ποσὸν ἀφανίζετον. ὃ γὰρ ἐλέγθη νῦν δή, μὴ ἀφανίσαντε τὸ ποσόν, ἀλλ' ἕασαντε αὐτό τε καὶ τὸ μέτρον ἐν τῇ τοῦ μᾶλλον καὶ ἥττον καὶ σφόδρα καὶ ἡρέμα ἕδρα D ἐγγενέσθαι, αὐτὰ ἔρῃει ταῦτα ἐκ τῆς αὐτῶν χώρας,

ὁ λόγος ἡμῖν ση.] ἡμῖν om. Vat. Ven. II. sed tenet Bodl. Eiecerunt tamen Turicenses.

ἀτελεῖ δ' ὄντε] εἰτε δηλόντε Bodl. Ven. II. et pr. Vat. Dein Coisl. γίνεσθον ἀπίρω.

C. τῷ μᾶλλον τε καὶ ἥττον] V. τῷ τε μᾶλλον καὶ ἥττον, quod e Bodl. Vat. Ven. II. mutatum.

ὅπου γὰρ ἂν ἐνήτον] ἂν additum ex Vat. Coisl. Ven. II. Par. BCFH. Ang Flor. a. c.

pto me admonuisti. Nam τὸ ἀπίρον non modo ad τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον pertinet, verum etiam in τῷ σφόδρα καὶ ἡρέμα inest: hoc est, infinitum non modo id habet proprium, ut externa rerum mensura perpetuo per ipsum crescat ac decrescat, verum illud quoque iis affert, ut interna vis ac vehementia earum vaga sit nullisque finibus circumscripta. Germanice dixeris: es ist nicht nur extensiv nach der Quantität, sondern auch intensiv nach der Qualität ein Unbestimmtes. Nam ubicunque adest, ibi nullo modo locum habere potest τὸ ποσόν, i. e. certa aliqua ac definita ratio, sed semper illud aut crescit vi sua sicut σφοδρότερον ἡσυχαιτέρου, h. e. vehementius quam fuit antea, quum esset ἡσυχαιτέρου, aut contra decrescit, atque existit ἡσυχαιτέρου σφοδρότερου, sive

lenius sit, quam quum esset vehementius.

ἐν τῇ τοῦ μᾶλλον — ἐγγενέσθαι] Negligentius haec scripta sunt. Nam quum enuntiatum subiectum sit τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον et τὸ σφόδρα καὶ ἡρέμα, pro ἐν τῇ τοῦ μᾶλλον — ἡρέμα ἕδρα dici profecto oportebat ἐν τῇ αὐτῶν ἕδρα. Nihil tamen loco movendum censemus. Nam observata scriptori sunt haec scribenti iam ea, quae deinceps de aliis rebus exposuit, in quibus infiniti natura conspicua est.

D. αὐτὰ ἔρῃει ταῦτα] ipsa infinita protenus pereunt, quandoquidem sic in locum eorum succedit finita ratio finitusque modus. De ἔρῃει v. Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 973. et Ruhnken. ad Tim. p. 120 sq. — Mox ἦσιν ἂν λαβόντε idem est quod ἦσιν ἂν εἰ λαβόν. Euthyphron. c. 4. οὐ γὰρ ἂν που ὄψε γε ἀλλοτριου

ἐν ἡ ἐνὶν. οὐ γὰρ ἐτι θερμοτέρου οὐδὲ ψυχρότερου ἤστην ἂν λαβόντες τὸ ποσόν· προχωρεῖ γὰρ καὶ οὐ μένει τό τε θερμοτέρου αἰὶ καὶ τὸ ψυχρότερον ὡσαύτως, τὸ δὲ ποσόν ἔσται καὶ προῖον ἐπαύσατο. κατὰ δὴ τούτου τὸν λόγον ἀπειρον γίγνοιτ' ἂν τὸ θερμοτέρου καὶ τούναντιον ἅμα.

ΠΡΩ. Φαίνεται γοῦν, ὦ Σώκρατες· ἐστὶ δ', ὅ περ εἶπες, οὐ ῥάδια ταῦτα ξυνέπεσθαι. τὸ δὲ εἰσαυθίς τε καὶ αὐθίς ἴσως λεχθέντα τὸν τε ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἐρωτώμενον ἰκανῶς ἂν ξυμφωνοῦντας ἀποφῆναιεν.

ΣΩ. Ἄλλ' εἴ μὲν λέγεις, καὶ πειρατέον οὕτω ποιεῖν· νῦν μένοι ἀδοσι τῆς τοῦ ἀπείρου φύσεως εἰ τοῦτο δεξόμεθα σημεῖον, ἵνα μὴ πάντ' ἐπεξιόντες μηχανώμεν.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ὅπόσ' ἂν ἡμῖν φαίνεται μᾶλλον τε καὶ ἥττον γιγνώμενα καὶ τὸ σφόδρα καὶ ἡρόεμα δεχόμενα

D. θερμοτέρου οὐδὲ ψυχρότερου] **V.** θερμοτέρου οὐδὲ ψυχρότερου, inivitis codd. omnibus. Pro vulg. ἤστην plerique cum Coisl. εἶπες, quod dederunt Turicenses. Sed Bodl. εἶπες. Ven. II. εἶπες. Vat. ἤστην, quod cum Bekkero recepimus.

E. ξυμφωνοῦντας ἀποφῆναιεν] Sic emendavimus cum Bekkero quod libri habent ἀποφῆναιεν.

P. 25. εἰς τὸ τοῦ ἀπείρου γένους] γένους Bodl.

ἐπεξιόντα φόνου αὐτῶ. i. e. εἰ ἄλλοτριος ἦν.

προχωρεῖ γὰρ καὶ οὐ μένει] **H.** e. vagum et instabile est utpote nullis circumscriptum limitibus; perpetuo in maius vel minus mutatur, crescit vel decrescit, quum τὸ ποσόν suos habeat lines ac terminos.

οὐ ῥάδια ταῦτα ξυνέπεσθαι] **H.** e. ὥστε τινὰ αὐτοῖς ξυνέπεσθαι, non facilia sunt ad intelligendum.

E. ξυμφωνοῦντας ἀποφῆναιεν.] Libri omnes ἀποφῆναιεν, quod recte emendavit

Bekkerus, tueri conatus est Schneiderus ad Remp. Vol. I. p. 93. Sed pluralem numerum hic quidem vix quisquam probaverit: formam autem optativi a nobis susceptam sexcenties a scribis et grammaticis depravatam esse, in vulgus notum est.

P. 25. μίαν ἐπισημαινέσθαι τινὰ φύσιν] **H.** e. μίαν ἰδέαν, ut est **p.** 25. **B.** **P.** 26. **D.** ὅμοις δὲ ἐπισημαινόμενα τῶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐναντίου γένει ἐν ἐκάστῃ. **Politic.** p. 258. **C.** ἰδέαν αὐτῆς μίαν ἐπισημαινέσθαι. **Phaedon.** p. 75. **D.** περὶ αὐτίτου, οἷς ἐπισημαινόμενα τοῦτο δ' ἐστὶ. **Politic.** p. 258. **D.** ταῖς ἄλ-

καὶ τὸ λίαν καὶ ὅσα τοιαῦθ' ἅπαντ' αἰς τὸ τοῦ 25 ἀπείρου γένος ὡς εἰς ἐν δεῖ πάντα ταῦτα τιθέναι, κατὰ τὸν ἐμπροσθεὺν λόγον, ὃν ἔφαμεν, ὅσα διέσπασται καὶ διέσχισται συναγαγόντας χοῖραι κατὰ δύναμιν μίαν ἐπισημαινέσθαι τινὰ φύσιν, εἰ μὲνησαι.

ΠΡΩ. Μέννησαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὴ δεχόμενα ταῦτα, τούτου δὲ τὰ ἐναντία πάντα δεχόμενα, πρῶτον μὲν τὸ ἴσον καὶ ἰσότητα, μετὰ δὲ τὸ ἴσον τὸ διπλάσιον καὶ πᾶν ὅ τί περ ἂν πρὸς ἀριθμὸν ἀριθμὸς ἢ μέτρον ἢ πρὸς μέτρον, ταῦτα ξύμπαντα εἰς τὸ πέρας ἀπολογιζόμενοι **B** καλῶς ἂν δοκοῖμεν δρᾶν τοῦτο, ἢ πῶς σὺ φῆς;

ΠΡΩ. Καλλιστά γε, ὦ Σώκρατες.

Cap. XIII. **ΣΩ.** Εἶεν. τὸ δὲ τρίτον τὸ μίχτον ἐκ τούτου ἀμφοῖν τίνα ἰδέαν φησοῦμεν ἔχειν;

ΠΡΩ. Σὺ καὶ ἐμοὶ φράσεις, ὡς οἶμαι.

ΣΩ. Θεὸς μὲν οὖν, ἂν περ γε ἐμαῖς εὐχαῖς ἐπήχοος γίγνηται τις θεῶν.

τὰ ἐναντία πάντα] τὰναντία ex Ven. **S.** Bekker.

ἢ μέτρον ἢ πρὸς μ.] ἢ vulgo deerat. Restitutum est ex Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. Ven. **S.** Par. CF. Ang. Flor. a. b. Ia. Ven. **AE.** Par. EH. est ἢ, quod eodem perducit.

B. Θεὸς μὲν οὖν.] Bodl. Ven. II. et pr. Vat. ὁ θεὸς μὲν οὖν.

λαῖς ἐπιρροαῖς ἐν ἄλλο εἶδος ἐπισημαινόμενος. Pro εἰ μὲνησαι non est cur quis cum Fischerō ἢ μὲνησαι requirat. Infra p. 26. **C.** ἀρῶν τὰ μὴ ῥάδια ταῦτα εἶρηαι, εἰ ξυνοεῖς. **De Rep.** VII. p. 522. **A.** ἄλλ' ἢν ἐκείνη γ', ἐρη, ἀρίτερος τοῦ τῆς γυμναστικῆς, εἰ μὲνησαι.

Οὐκοῦν τὰ μὴ δεχόμενα ταῦτα] Illi infinito contrarium esse vult τὸ πέρας ἔχον, quippe quod certum aliquem modum, finem, terminum, rationem denique habeat. Ex quo explicationem suam habent verba haec: καὶ πᾶν ὃ τί περ ἂν — πρὸς μέτρον, quae sic intelligimus: et

quidquid numerum vel modum aliquem habet, qui propter id ipsum, quod est definitus, cum alio quopiam numero vel modo subit comparationem. Nam infinita cum aliis nulla ratione coniuncta esse possunt, aut ferre aliquam comparationem.

B. Θεὸς μὲν οὖν — θεῶν.] Accedit nunc ad eius vim naturamque declarandam, quod ex utroque illo, finito et infinito, mixtum esse censet atque temperatum. Quod quidem quoniam est eiusmodi, ut praestantissima quaeque exinde suam originem habere existimanda sint, cogni-

ΠΡΩ. Ἐὐχον δὴ καὶ σκοπεῖ.

ΣΩ. Σκοπῶ, καὶ μοι δοκεῖ τις, ὦ Πρώταρχε, αὐτῶν φίλος ἡμῖν νῦν δὴ γεγονέναι.

C ΠΡΩ. Πῶς λέγεις τοῦτο; καὶ τίμη τεκμηριῶ χροῖ;

ΣΩ. Φράσω δῆλον ὅτι. σὺ δὲ μοι συνακολουθήσον τῷ λόγῳ.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Θεομότερον ἐφθεγγόμεθα νῦν δήπου τι καὶ ψυχρότερον. ἢ γάρ;

ΠΡΩ. Ναί.

D. *Nat. συμμίγνυ δέ γε*] Sic Bodl. Vat. et pr. Ven. P. pro vulg. *συμίγνυε δέ γε*. conf. Schneider. ad Remp. Vol. II. p. 250.

tionem eius maius quiddam esse significat, quam ingenio humano debeatur. Itaque etiam nunc preces et vota ad deos faciendas esse arbitratur, ut sibi de tanta re disputaturo praesentissimo auxilio suo adesse velint. Ita hic locus explicandus nobis videtur, quem olim fuerunt qui mysticae interpretationis somniis mire obscurarent. Tim. p. 27. C. ἡμᾶς δὲ τοὺς περὶ τοῦ παντός λόγους ποιεῖσθαι πῃ μέλλοντας, ἢ γέγονεν ἢ καὶ ἀγενές ἐστιν, εἰ μὴ παντάπασιν παραλλάττομεν, ἀνάγκη θεοῦς τε καὶ θεῶς ἐπικαλουμένους εἶχεσθαι πάντα κατὰ τοῦν ἐκείνους μὲν μάλιστα, ἐπομένως δὲ ἡμῖν εἰπεῖν. Praeterea loco nonnihil lucis afferent haec Sophist. p. 268. A. τοῦτον δὴ τὸ γένος ἐν ἧ δύο φῶμεν; Θ. ὄρα σὺ. Σ. σκοπῶ, καὶ μοι διττῷ καταφαίνεσθάν τινα. Parmenid. p. 148. D. τί δὲ δὴ περὶ τοῦ ἀπεισοῦ τοῦ ἐν αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων καὶ τοῦ μὴ ἀπεισοῦ πέρι, πῶς ἔχει; σκοπεῖ. Σκοπῶ. Αὐτοῦ γάρ που ἐν ἑαυτῷ ὄρα τὸ ἐν ἐφάνη ὄν. Ibid. p. 142. D. ὄρα οὖν ἐν ὄν πολλαχῶς ἄμα ὄρα ἐστίν; τοῦτο ἄθροει. Αὐτὸ ἄθροει, καὶ ὄρα ὅτι ἀδύνατον. Charmid. p. 165. C. Prorsus eodem modo Socrates infra p.

61. B. C. ubi voluptatum et artium ac disciplinarum iustum temperamentum facturus est, quo vitae felicitati recte consulatur, Deos invocandos censet, qui mixtionem regere ac moderari possint.

C. *τῆς τὸ μᾶλλον τε καὶ ἧττον — φυσσεως.*] H. e. εἰς ἐν τῆς τὸ μ. τ. κ. η. δεχομένης φύσεως.

D. *συμίγνυ δέ γε εἰς αὐτὴν τὸ μ. τ. τὴν αὐ τοῦ πέρατος γένναν.*] De τοῦ πέρατος v. ad p. 23. C. Intelligitur igitur finiti genus, quod tanquam stirps generosior nunc γέννα vocatur.

Ἦν καὶ νῦν δὴ δέον ἡμᾶς — οὐ συνηγάγομεν.] Quod genus quum et ipsum paulo ante debuissimus in unum colligere communique ideae nota aliqua insignire, quemadmodum infiniti genere fecimus, tamen non in unum comprehendimus. Enimvero infinitum quidem definiuerunt sic, ut, variis eius formis ac partibus exploratis, illud denique generatim τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον et τὸ σφόδρα καὶ ἥγιστα habere indicaverint; sed finiti etsi genus indicaverunt, tamen definitionem

ΣΩ. Πρόσθετες δὴ ξηρότερον καὶ ὑγρότερον αὐτοῖς, καὶ πλέον καὶ ἐλάττον, καὶ θάττον καὶ βραδύτερον, καὶ μείζον καὶ σμικρότερον, καὶ ὅποσα ἐν τῷ πρόσθετι τῆς τὸ μᾶλλον τε καὶ ἧττον δεχομένης ἐτίθεμεν εἰς ἐν φύσεως.

ΠΡΩ. Τῆς τοῦ ἀπείρου λέγεις;

ΣΩ. Ναί. συμμίγνυ δέ γε εἰς αὐτὴν τὸ μετὰ ταῦτα τὴν αὐ τοῦ πέρατος γένναν.

ΠΡΩ. Ποίαν;

ΣΩ. Ἦν καὶ νῦν δὴ δέον ἡμᾶς, καθάπερ τὴν

τὴν αὐ τοῦ πέρατος γ.] Sic Coisl. et Bekker. Vulgo αὐτοῦ.

accuratorem, quae etiam τοῖς πολλοῖς eius ostensis τὸ ἐν patefaceret, nondum in medium attulerunt. Utrumque autem facere Socrates ab initio constituerat, sicuti perspicuum est ex p. 24. A. et p. 23. E. *πρώτον μὲν δὴ τ. — ἐν καὶ πολλὰ ἐκτερον.* Itaque ipsos dicit non συναγαγεῖν τὰ πολλὰ εἰς ἐν, quia non allata erant τὰ πολλὰ. Iam vero perspicua erunt etiam proxima, in quibus fuit quum magnopere haereremus. Etenim istud: ἀλλ' ὡς καὶ νῦν ταῦτον ὁράσει, pertinet ad illud ipsum genus finiti, cuius nondum subtilior definitio est proposita, atque hoc fere significat: at fortasse vel nunc (licet illud non accuratius excusserimus) eandem habebit vim et efficaciam, s. in hac nostra disputatione idem efficiet, quod, si esset definitum accuratius, inde efficeretur. Epist. V. p. 322. B. *ταῦτόν δὴ σίμαι δοῦσαι ἂν καὶ τὴν ἐμὴν συμβουλίην.* Quidnam autem illud sit, quod effectum iri sperare liceat, indicatur verbis proximis: *τοῦτον ἀμφοτέρων συναγομένον καταφθῆς κακείνη γενήσεται*, h. e. haec utraque si coniunguntur, etiam illa fiet perspicua.

In quibus ταῦτα ἀμφοτέρω sunt infinitum et finitum; sed κακείνη refertur ad superiora illa p. 25. B. *τὸ δὲ τῶτον τὸ μικτόν ἐκ τοῦτων ἀμφοῖν τίνα ἰδίαν φήσομεν ἔχειν;* ideoque significat τὴν τοῦ μικτοῦ ἰδίαν. Itaque horum quoque verborum sententia clara est et perspicua. Significatur enim finito et infinito in unum coniuncto etiam formam ac speciem τοῦ μικτοῦ fore evidentem. At vero, dixerit aliquis, ita tamen aliquid saltem desideratur ad sententiarum integritatem et tanquam absolutiorem. Nam post τοῦτων necessarium est plane, ut γάρ interseratur. Verum ne id quidem opus esse nobis persuasimus nunc certissime. Nam solent illae ipsae sententiae, quae praegressis illustrandis inserviunt, libere ac sine coniunctionum ligamentis tanquam per appositionem quandam sive epexegesi superioribus accedere. Cuius rationis exempla plurima ex ipso Platone congestimus in Indicibus nostris ad Gorgiam et Protagoram, ad Phaedonem, ad Rempublicam, alios libros, sub τ. Asyndeton et Appositio vel Epexegesis. Itaque sponte appareat, quo iure hic γάρ omissum sit. Ut igitur

τοῦ ἀπειροῦ συνηγόμεν εἰς ἓν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ περατοειδοῦς συναγαγεῖν, οὐ συνηγόμεν. ἀλλ' ἴσως καὶ νῦν ταῦτόν δράσει· τούτων ἀμφοτέρων συναγομένων καταφανῆς κἀκείνη γενήσεται.

ΠΡΩ. Ποῖαν καὶ πῶς λέγεις;

ΣΩ. Τὴν τοῦ ἴσου καὶ διπλασίου, καὶ ὁπόση **E** παύει πρὸς ἄλληλα τὰναντία διαφόρως ἔχοντα, σύμμετρα δὲ καὶ σύμφωνα ἐνθεῖσα ἀριθμῶν ἀπεργάζεται.

ταῦτόν δράσει] V. δρᾶση, quod ex Bodl. Vat. Coisl. Ven. **ΣΠΣ.** Par. EFH. mutatum.

κἀκείνη γενήσεται.] κἀκείνης Bodl. Ven. II. et pr. Vat. sed v. interpret.

Ποῖαν καὶ πῶς λ.] V. Ποῖ καὶ πῶς λ., in vitis Bodl. Vat. Coisl. Ven. **ΑΠΞ.** Par. BCH. Ang. Flor. a. b. c. i. et edit. Bas. 2.

paucis absolvam, ne litterulam quidem loco movendam esse aio. Superest igitur hoc unum, ut de singulis verbis quaedam admonenda sint. Ac primum quidem ad δέον ἡμᾶς, quum nos oporteret (v. Matthiae Gr. §. 564.) apparet ex sequentibus referendum esse συναγαγεῖν εἰς ἓν. Deinde post ἢν observari debet per repetitionem quandam inferri καὶ τὴν τοῦ περατοειδοῦς: nam ἢν intelligit nihil aliud, nisi τὴν τοῦ περατος γέννησιν; sed de his v. Matthiae Gr. §. 476. Denique τὸ πέρας sive τὸ πέρας ἔχον nunc recte περατοειδές appellatur, quoniam intelligitur finitum, quatenus εἶδει sive γένει τῷ, hoc est ideae unitate, comprehendendi potest.

Ποῖαν καὶ πῶς λέγεις;] Hoc ποῖαν cave ad praegressum κἀκείνη pertinere existimes. Nam verba ἀλλ' ἴσως καὶ νῦν — κἀκείνη γενήσεται Socrates tanquam per occasionem addidit. Repetit igitur Protarchus superiorem interrogationem sic, ut de τῇ τοῦ περατος γενεᾷ sciscitetur. Quod quoniam neglectum ab interpretibus est, magnis et gravibus sese erroribus implicuerunt, quos

enumerare ac percensere nolumus. Iam vero hoc ubi ita statuerimus, recte profecto subiunguntur sequentia: Τὴν τοῦ ἴσου καὶ διπλασίου κ. τ. λ. — ἐνθεῖσα ἀριθμῶν, h. e. certam ac definitam rationem, quod antea τὸ ποσὸν dicebatur.

E. φαίνεται γὰρ μοι λέγειν μὲν ταῦτα, γενέσεις —] Fuit quum secutus Heindorfium coniceremus ἂν μὲν ἔχον. Nunc posteaquam codicum de vulgata lectione consensionem cognovimus, mente mutata μὲν ἔχον utcumque defendendum putamus. Pertinet autem participium, si quid video, ad φαίνει λέγειν, hoc sensu: Videri mihi, dum ista mices, h. e. miscenda esse statuis, ita generationes quasdam in singulis existere indicare. Ne ἐπὶ perperam accipias, conferas quaeso Parmenid. p. 136. B. τὴν ἐπὶ ἐκείνης τῆς ἀποθέσεως ἀμφησεται. Ibid. p. 160. C. ἀφ' ἐπὶ ἐκείνου ἂν δηλοῖ, ὅτι ἐκείνου τι λέγει τὸ μὴ ὄν; Sophist. p. 251. E. τὴν οὖν αὐτὴν ἐν ἀποκρινάμενος ἀφ' ἐκείνου τὰ συμβαλλόντα ἐπέφω; Theaet. p. 201. C. al. Turicenses ἀφ' dederunt,

ΠΡΩ. Μανθάνω· φαίνει γὰρ μοι λέγειν, μὲν ταῦτα, γενέσεις τινὰς ἐφ' ἐκείνων αὐτῶν συμβαίνειν.

ΣΩ. Ὅρθως γὰρ φαίνομαι.

ΠΡΩ. Λέγε τοίνυν.

ΣΩ. Ἄρ' οὐκ ἐν μὲν νόσοις ἢ τούτων ὀρθῆ κοινωνία τὴν ὑγείας φύσιν ἐγέννησε;

ΠΡΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

26

E. φαίνεται γὰρ μοι λέγειν] V. φαίνῃ, quod hic ut alibi auctoritate Bodl. Vat. Ven. II. al. mutavimus. Sed de hac re semel iterumque monuisse sat erit.

ἐφ' ἐκείνων αὐτῶν] ἀφ' Ven. II. et corr. Par. I. ut scripserunt Turicenses, sed v. interpretat. αὐτῶν om. Bodl. et pr. Ven. II. in marg. habet Vat. Non ausim delere; abiecerunt enim critici, quibus videretur redundare.

quod neutquam probamus. Nam non a singulis eae mixtiones proficiscuntur, sed cernuntur in singulis, prouti rerum fert condicio.

Ἄρ' οὐκ ἐν νόσοις —] Ex finiti et infiniti coniunctione praeclara quaevis oriri docet. Quocirca exempli gratia primum memorat sanitatem, deinde musicam, tum clementem coeli aërisque temperiem et anni tempestates, denique etiam pulcritudinem ac robur corporis. Quibus adiungit deluceps etiam virtutes animi. De sanitate corporis similiter Tim. p. 82. A. sqq. Sympos. p. 186. C. D., ubi iam Pythagoreus huic opinioni deditos fuisse demonstravimus. Musicam porro, quae continetur variis sonis (ὄζει καὶ βαρεῖ), id est harmonia, eorumque celeritate atque tarditate recte temperanda, sive rhythmō, non minus huc revocandam censet. Theo Smyrn. I. p. 15. καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ δὲ, οἷς πολλαὶ ἔπειτα Πλάτων, τὴν μονοκλήνην φασὶν ἐναντίων ἀναρμογήν καὶ τῶν πολλῶν ἔνωσιν καὶ τῶν δίχα φρονοῦντων ἀναρμόνην. ubi v. Bulliald. p. 212. Nicom.

Arithm. c. 19. p. 133. ed. Ast. ἀρμονία δὲ πάριως ἐξ ἐναντίων γίνεταί· ἔστι γὰρ ἀρμονία πολλαῶν ἔνωσις καὶ διχοφρονοῦντων ἀναρμόνησις, ad quem locum plura dabit Astius. Cicer. Soma. Scip. c. 5. Dulcis hic est sonus, qui intervallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata parte ratione distinctis, impulsu et motu — conficitur; qui acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit al. Sed legendus de his quoque ipse Plato est Sympos. p. 187. A. sqq. Idem consulendus est de iis, quae hoc loco de coeli temperie disseruntur, Sympos. p. 188. A. sqq. ubi v. ann. Denique etiam κάλλος καὶ ἰσχύον affert, ut quae solerent fere una cum prospera corporis valetudine in praecipuis bonis externis numerari, unde toties ὑγεία, κάλλος, ἰσχύς καὶ πλοῦτος iunguntur, veluti Legg. I. p. 631. B. II. 661. A. Reip. VI. p. 491. C. Menex. p. 246. E. Euthydem. p. 279. A. Gorg. p. 451. E. Menon. p. 87. E. ubi v. annot. Enimvero pulcritudo cernitur in μετρίῳ καὶ συμ-

ΣΩ. Ἐν δὲ ὀξεῖ καὶ βαρεῖ καὶ ταχεῖ καὶ βραδέει, ἀπειροῖς οὖσιν, ἅρ' οὐ ταῦτ' ἐγγιγνόμενα ταῦτα ἅμα πέρας τε ἀπειροτάτο καὶ μουσικὴν ξύμπασαν τελειώτατα ξυνεστήσατο;

ΠΡΩ. Κάλλιστα γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἐν γε χειμῶσι καὶ πνίγεσιν ἐγγιγνόμενα τὸ μὲν πολὺ λίαν καὶ ἀπειρον ἀφείλετο, τὸ δὲ ἔμμετρον καὶ ἅμα σύμμετρον ἀπειροτάτο.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

P. 26. ἅρ' οὐ ταῦτ' ἐγγιγνόμενα ταῦτα ἅμα] Sic Bodl. Vat. pro ταῦτα ἐγγιγνόμενα τὰ αὐτὰ ἅμα. Ven. Π. utrobique ταῦτα.

Κάλλιστα γε] Sic Bodl. Vat. Ven. ΑΠΣ. Coisl. Par. BCEH. Ang. Flor. a. b. c. i. Vetti edit. Μάλιστα γε. πνίγεσιν ἐγγιγνόμενα] V. ἐγγενομένη, quod ex Bodl. Vat.

μετρία quadam, ut est infra p. 64. E. Tim. p. 87. C. Politic. p. 284. B. Quam sententiam etiam Pythagorei videntur comprobavisse; v. Mahnium De Aristoxeno p. 79 sqq. Ἰσχίος autem oritur ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν σωματίων, ut est Protagor. p. 351. A. Nec vero externa tantum bona ex finiti et infiniti temperamento oriri censet, verum etiam internorum animi bonorum originem inde repetit. Eaimvero universa virtus tanquam harmonico quodam animi concentu conficietur, sicuti docetur Phileb. p. 64. E. Phaedon. p. 60. D. al. Itaque inde oritur etiam imprimis σωφροσύνη, quae ὕβριν καὶ πᾶσαν πονηρίαν removet, dum ἡδοναῖς καὶ πληρομοναῖς natura sua immoderatis veluti lex et modus praescribitur. Sed haec satis sunt de totius loci sententia.

P. 26. ἅρ' οὐ ταῦτ' ἐγγιγνόμενα ταῦτα ἅμα π.] haec eadem, id est, τὸ πέρας καὶ τὸ ἀπειρον inter se coniunctum et iusto temperamento, sociatum. Ea vero τὸ

ὀξὺ καὶ βαρὺ καὶ ταχὺ καὶ βραδύ protenus reddunt finitum eoque musicam artem efficiunt. Nam finiti accessione ipsum illud ἀπειρον accipit certam rationem finitaeque naturae legem. Quocirca deinde etiam haec adiciuntur: καὶ μὴν ἐν γε χειμῶσι καὶ πνίγεσιν ἐγγιγνόμενα τὸ λίαν καὶ ἀπειρον ἀφείλετο κ. τ. λ. unde apparet, quomodo istud πέρας ἀπειροτάτο intelligendum sit. Verum pro ἐγγιγνόμενα, vide, an hic quoque ἐγγενομένα legendum sit. De aoristis ἐγέννησι, ἀπειροτάτο, ἀφείλετο, satis erit comparasse, quae scripsimus ad Phaedon. p. 73. D. Sympos. 188. B.

τὸ μὲν πολὺ λίαν καὶ ἀπειρον] tollit id, quod est nimis multum et infinitum. Ita enim haec explicanda sunt, vehementerque errant, qui verba interpretantur sic: tollit multum, nimium et infinitum. Nam τὸ πολὺ apparet per se non potuisse ad infiniti genus referri. Itaque λίαν adiectivo suo postpositum est, quod non factum est prae-

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκ τούτων ὦραί τε καὶ ὅσα καλὰ πάντα ἡμῖν γέγονε, τῶν τε ἀπειρῶν καὶ τῶν πέρας Β ἐχόντων συμμιχθέντων;

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Καὶ ἄλλα γε δὴ μυρία ἐπιλείπω λέγων, οἷον μεθ' ὑγείας κάλλος καὶ ἰσχύν, καὶ ἐν ψυχαῖς αὐτῶν πάμπολλα ἔτερα καὶ πάγκαλα. ὕβριν γὰρ πον καὶ ξύμπασαν πάντων πονηρίαν αὕτη κατιδοῦσα ἢ θεός, ὧ καλὴ Φίληβε, πέρας οὐδὲν οὔτε ἡδονῶν οὔτε πληρομονῶν ἐνὸν ἐν αὐτοῖς, νόμον καὶ τάξιν

Ven. Π. emendatum est. Dein pro λίαν iidem tres pessime λείον. v. interpretat.

Β. καὶ ἄλλα γε δὴ μυρία] γε om. Bodl. Vat. Ven. Π. nec tamen ausi sumus extrudere; quod fecere Turicenses.

οὔτε ἡδονῶν οὔτε πλ.] Bodl. Vat. Ven. Π. post ἡδονῶν ponunt οὐδέν.

ter morem et consuetudinem. Aristoph. Ran. v. 615. πρᾶγμα γενναῖον πάνν. Ibid. v. 768. πολλὴ πάνν. Ibid. v. 1124 et 1134. πολλοὺς πάνν. Plat. Crit. p. 45. Α. ἄλλοι πολλοὶ πάνν. Menex. p. 235. Α. γενναῖος πάνν. Ion. p. 533. Ε. μακρὸς πάνν. Parmenid. p. 129. Ε. ἀνδρείως πάνν. Sophocel. Antig. v. 469. σκλήρ' ἄγαν. Ac ne de λίαν ita collocato dubites, prorsus eodem modo illud positum est Eurip. Hippolyt. v. 489. οἱ καλοὶ λίαν λόγοι. Aristoph. Rann. v. 835. ὁ δαιμόνι' ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγε. Plat. Sophist. p. 225. C. κατὰ τὰ σμικρὰ λίαν καὶ παντοδαπὰ διήρηται. Itaque nunc quidem nihil in his esse censemus, quod emendatione indigeat. — τὸ ἔμμετρον καὶ ἅμα σύμμετρον, i. e. internum externumque concentum.

Β. ἐπιλείπω λέγων] V. Matthiae Gr. §. 551.

αὕτη κατιδοῦσα ἢ θεός.] Ad haec Schützius Opuscul. p. 138. Hic primum inter ver-

ba ὕβριν γὰρ etc. et ea quae antecedunt intercidisse quaedam librariorum culpa videntur. Nam verba αὕτη κατιδοῦσα ἢ θεός non possunt ad illam τοῦ ἀπειρον et πέρας κοινοῦ referri; hanc enim deam appellare ridiculum fuisset. Praeterea satis e consequentibus intelligitur, hanc deam nullam aliam esse quam voluptatem, cuius partes Philebus defendendas susceperat. Hanc iam cap. 2. Philebus testem invocaverat. Et Socrates cap. 3. dixerat: πειραιότερον ἀπ' αὐτῆς τῆς θεοῦ, ἢ ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαι φησί, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα ἡδονῆν εἶναι. Itaque post verba: καὶ ἐν ψυχαῖς αὐτῶν πάμπολλα ἔτερα καὶ πάγκαλα suspicamur aliquot periodos excidisse, quibus Socrates ea, quae dixerat, ad voluptatem, scilicet moderatam et legitimam, quam in Symposio Ἀφροδίτης οὐρανίας nomine insignire constat, transferebat. Iam vero sequebantur ista: ὕβριν γὰρ πον etc. Sed in hisce verbis pro οὔτε ἡδονῶν οὔτε πληρομονῶν legen-

πέρας ἔχοντ' ἔθετο· καὶ σὺ μὲν ἀποκναῖσαι φησὶ αὐ-
C τήν, ἐγὼ δὲ τούναντιον ἀποδοῦσαι λέγω. Σοὶ δέ, ὦ
Πρωταρχε, πῶς φαίνεται;

ΠΡΩ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε κατὰ
νοῦν.

πέρας ἔχοντ' ἔθετο] ἔχόντων Bodl. Ven. II. et pr.
Vat. male.

ἀποκναῖσαι φησὶ αὐτήν.] V. ἀπακνῶν φησὶ. Bodl. Ven. II.
Par. BCH. ἀποκνῶς. Vat. ἀποκνῶς. Par. E. corr. ἀποκναῖσαι.

dum est οὔτε κενώσεων οὔτε
πληρομονῶν. Nam nec ulla est
oppositio inter ἡδονήν et πλη-
ρομονήν, et saepius apud Pla-
tonem opponuntur κενώσεις et
πληρομοναί. Haec igitur vir
acutissimus ea, qua solebat,
elegantia. Dubitamus tamen
vehementer de sententiae, quam
proposuit, veritate. Nam pri-
mum quidem, quidni αὐτή ἢ
θεός recte possit referri ad
τήν τοῦ ἀπειροῦ καὶ πέρας
κοινωνίας, quum ei optima quae-
que atque maxima deberi iudi-
cata sint? Enimvero eadem
ferè Socrates huic attribuit, quae
alibi vel Amori vel etiam Har-
moniae tribuuntur. Quocirca
protenus de ea tanquam dea
aliqua loquitur, iocose scilicet
ipsius Philebi imitans exemplum,
qui voluptatem suam eandem
esse voluerat atque Ἀφροδίτην.
Et vero de ea cogitandum esse,
luculentissimae apparet ex ver-
bis νόμον καὶ τάξιν πέρας ἔχοντ'
ἔθετο. Nihil autem insoliti vel
inuitati habet, quod de ab-
stracta rei notione repente sic
agitur, ac si ea persona aliqua
vel potius dea sit. Id enim
Graeci pro ea, qua pollebant,
cogitandi celeritate non raro
fecisse reperiuntur, sicuti evin-
cent quae scripserunt Monkius
ad Aleest. v. 50. Fritschius
Quaest. Lucian. p. 4. quaeque

ipsi exposuimus ad Sympos.
p. 196. D. Itaque Socrates hoc
dicit: Haecce dea, quae
est finiti et infiniti har-
monia, quum perspexis-
set in petulantia atque
omni omnium pravitate
non inesse neque volupta-
tis neque expletionis fi-
nem, legem et ordinem
definitum constituit, ut
nimirum voluptas quoque pro
bono duci posset. Ex qua ver-
borum interpretatione perspi-
cum fore speramus, neque al-
teram sententiam a Schütziō
propositam pro vera probari
posse, qua ἡδονῶν in κενώσεων
mutandum censuit. Dignum
autem diligentī animadversione
istud anacoluthon est ἔβριεν γὰρ
— ἐβρίεν ἐν αὐτοῖς. Nam con-
structio verborum legitima haec
fuit: ἔβριεν γὰρ καὶ ἐμπύκνωσιν
πάντων παντοῦ αὐτῆ κατιδοῦσαι
ἢ θεός πέρας οὐδέν — ἐβρίεν,
νόμον κ. τ. λ. aut ἔβριεν γὰρ —
κατιδοῦσαι — πέρας οὐδέν οὔτε
ἡδονῶν οὔτε πληρομονῶν ἔχονσαι.
Sed eam Socrates rara utique
libertate adeo non curat, ut ver-
bo κατιδοῦσαι duplicem accusati-
vum adiunxerit, atque post no-
mina generis feminini deinde
neutrum addiderit ἐν αὐτοῖς.

ἀποκναῖσαι φησὶ αὐτήν,
ἐγὼ δὲ τούναντιον] Dubitari
utique potest, quorsum haec

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὲν δὴ τρία ταῦτα εἶρηκα,
εἰ ξυνοεῖς.

ΠΡΩ. Ἄλλ' οἶμαι κατανοεῖν· ἐν μὲν γὰρ μοι
δοκεῖς τὸ ἀπειρον λέγειν, ἐν δὲ καὶ δευτέρον τὸ πέ-

Quod dedimus emendato etiam isto φησὶ v. interpretat. Verum
pervidit primus vir doctus in Kiddii Miscell. Porson. p. 265.

Οὐκοῦν τὰ μὲν δὴ τρία] δὴ additum ex Bodl. Vat.
Ven. II.

τὸ ἀπειρον λέγειν] λέγων Bodl. Vat. Ven. II. errore.

pertineant, quum in dialogo no-
stro nihil tale usquam a Philebo
dictum videatur. Itaque variae
sunt interpretum de hac re opi-
niones. Schützius enim So-
cratem respicere censet ad ea,
quae Philebus dixerat antea,
quam scripta pars dialogi inci-
peret, h. e. antequam partes
suas Protarcho demandasset.
Alii haec ad voluptatem referri
arbitrantur, quam Protarchus
c. 11. indicaverit πεπιωμέναι
καθαπερεὶ πληρείαν ὑπὸ τῶν
λόγων. Nos quid sentiamus,
ita aperire conabimur, ut ante
omnia de verbis eorumque scri-
ptura dispiciamus. Et vulgo
quidem legitur ἀποκνῶν ἴση.
Sed pro ἀποκνῶν multi codd.
vel cum Aldina ἀποκνῶς vel
ἀποκνῶς. Par. E. ἀποκνῶσαι.
Unde veram esse liquet con-
iecturam viri docti in Miscel-
lan. Porson. ed. Kidd. p.
265. propositam, ἀποκνῶσαι
φησὶ. Nam φησὶ apparet ortum
esse ex ultima praecedentis vo-
cabuli syllaba cum φησὶ temere
confusa. Ita igitur et infiniti-
vum aoristi iam nacti sumus,
qui apte respondeat consequenti
ἀποκνῶσαι, et praesens tempus
φησὶ habemus, quod certe non
necessario referendum est ad
aliqua Philebi verba, quibus in
superiore sermone usus sit. His
vero ita exploratis etiam faci-
lius erit de verborum sententia

iudicium. Reicienda autem an-
te omnia est Schütziī inter-
pretatio: Et tu quidem me
deae tuae, voluptati, de-
trahere dicebas, ego contra
me eam servasse dico.
Quod si Plato voluisset, certe
scripturus erat: καὶ αὐτὸ μὲν ἐμὲ
ἀπ. φ. αὐτήν. Imo αὐτήν enun-
tialī subiectum est, quod vulgo
vocant grammatici, infinitivi au-
tem ἀποκνῶσαι et ἀποδοῦσαι di-
cuntur indefinite ac sine rei, ad
quam spectet eorum vis ac po-
testas, commemoratione. Quo-
circa Graeca sic reddenda sunt:
Et tu quidem ipsam cen-
ses infringere et contere-
re, ego autem eam serva-
re censeo, h. e. tu quidem
putas hancce deam, a qua infi-
niti finiti lege constringantur,
esse quasi quandam enecatri-
cem (quam vocat Tertullianus),
ego autem eam conservatricem
esse censeo. Quod quidem non
sic accipiendum est, ac si Phi-
lebus antea his ipsis verbis usus
sit, sed pertinet potius ad
omnem eius sententiam, qua
summum bonum statuit in una
voluptate inesse. Itaque senten-
tia Socratis denique huc redit:
Et tu quidem fieri non
potest, quin eam censeas
tanquam enecandi debili-
tandique vim habere, quia
quidquid infinitum est
ideoque etiam voluptatis

ρας ἐν τοῖς οὖσι. τρίτον δὲ οὐ σφόδρα κατέχω τι βούλει φράζειν.

ΣΩ. Τὸ γὰρ πληθὺς σε, ὦ θανατάσει, ἐξέπληξε τῆς τοῦ τρίτου γενέσεως. καίτοι πολλά γε καὶ τὸ ἀπειρον παρέσχετο γένη, ὅμως δ' ἐπισφραγισθέντα τῷ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐναντίου γένει ἐν ἐφάνη.

ΠΡΩ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Καὶ μὴν τό γε πέρασ οὔτε πολλά εἶχεν οὔτ' ἐδυσκολαίνομεν ὡς οὐκ ἦν ἐν φύσει.

D. ἀλλὰ τρίτον φάθι με λέγειν] V. φασί, quod solus tenet Par. F. φασί Bodl.
ἐν τοῦτο τιθέντα] ἐν τι τούτων τ. Bodl. Ven. II. et pr. Vat. Dein ἔγγονον Vat. Ven. II.

perceptio, in qua una summum bonum vis contineri, per eam tanquam limitibus quibusdam circumscriptur; ego autem in hoc ipso, quod infinita per ipsam finita redduntur, etiam voluptatis habita ratione, beneficam eius ac salutarem vim agnosco. Ita igitur ubi haec intellexerimus, omnia videbuntur satis expedita esse, ac ne opus quidem erit, quod facile alicui in mentem veniat, ut pro φῆς futurum φήσεις reponamus. Verbum ἀποκαίσει docte illustravit Ruhken. ad Gloss. Timaei p. 42. cuius disputationi non habemus quod addendum videatur, Aristoph. Rann. v. 1163. ἀποπῆσιν τὴν λήκυσον, ἐνα μὴ διακναίσῃ τοὺς προλόγους ἡμῶν.

C. ἔμοιγε κατὰ νοῦν.] V. ad Tim. p. 17. C.

Τὸ γὰρ πληθὺς σε — τῆς τοῦ τρίτου γ.] Hoc dicit: immensa varietas atque copia tertii huius generis te perturbavit. Verumtamen quemadmodum etiam infiniti plurimae fuerunt partes atque formae, nec

tamen hac re magnopere offensi sumus, quandoquidem illas omnes communi quadam generis idea comprehendi licebat; sic etiam tertium genus non debet propter varietatem suam nos ullo modo morari; potest enim item generis unitate definiri; ac vel sine formarum ac specierum investigatione fortasse poterit cognosci, quemadmodum nec in eo haesimus, quod finiti formas haudquaquam declaravimus; ostendimus enim protenus τὸ ἐν εἰ proprium. Recte in his τῆς τοῦ τρίτου γένεως dicitur pro τοῦ τρίτου γένους, quandoquidem ita eleganti periphrasi simul significatur mixti origo. Sic etiam Politic. p. 284. C. πρὸς τὴν τοῦ μετροῦ γένεσιν. Ibid. p. 284. E. al. De constructione verborum καίτοι πολλά γε — ὅμως δὲ κ. τ. λ. v. ann. ad Phaedon. p. 69. A. Euthyphr. p. 3. C.

D. Καὶ μὴν τό γε πέρασ οὔτε πολλά εἶχεν —] Schützius, haec corrupta ratus, legendum coniecit: οὔτε

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἂν;

ΣΩ. Οὐδαμῶς. ἀλλὰ τρίτον φάθι με λέγειν, ἐν τοῦτο τιθέντα τὸ τούτων ἔγγονον ἅπαν, γένεσιν εἰς οὐσίαν ἐκ τῶν μετὰ τοῦ πέρατος ἀπειρογασμένων μέτρων.

ΠΡΩ. Ἐμαθον.

Cap. XIV. ΣΩ. Ἀλλὰ δὴ πρὸς τρισὶ τέταρτόν Ε τι τότε ἔφαμεν εἶναι γένος σκεπτεῖον. κοινὴ δ' ἡ σκέ-

E. τέταρτόν τι τότε ἔφαμεν] V. ποτε. Bodl. Ven. II. τό γε. Vat. Coisl. Ven. ΑΣ. Par. BC. Flor. a. b. c. i. τότε, quod cum Bekkero restitutum.

ὡς πολλά εἶχεν, consilio sanquam perverso. Hoc autem Socrates dicit: Et vero etiam finitum facili negotio sub una specie comprehendimus, quum singulas eius formas ac species non indagassemus. Nam p. 25. C. sq. iudicaverant, ad τὸ πέρασ pertinere omnino τὰ μὴ δεχόμενα ταῦτα (τὸ μᾶλλον καὶ ἤττον καὶ τὸ σφόδρα καὶ ἡμέμια) τούτων δὲ τὰ ἐναντία πάντα κ. τ. λ. ideoque finiti genus (τὸ ἐν) constituerant, licet singula atque formas illius non collegissent in unum. Quod ipsum p. 25. D. E. significari meminimus etiam verbis illis: ἦν καὶ νῦν δὴ δεόν ἡμῶς — οὐ σκηγόμεν. Nam quatenus statim unum sive genus posuerant, haud sane τὰ πολλὰ τοῦ πέρασ ἔγγονος εἰς ἐν συνήγγονον. Itaque Socrates ad haec respiciens rem sic eloquitur: Et vero etiam τὸ πέρασ nec multa habebat, nec id moleste ferentes contendebamus, non esse illud unum natura sua; quocirca nec de felici tertii generis investigatione desperandum. Istud οὐκ ἐδυσκολαίνομεν praegnanti

sensu dictum, ut sit οὐκ ἀπηνόμηθα δυσκολαίνοτες. Ex quo intelligi licet, cur ὡς οὐ subiunctum sit, de quo v. Matthiae Gr. §. 534. ann. V. 2. p. 1242. ed. 3. Pro Καὶ μὴν τό γε ne quis requirat Καὶ μὴν καὶ τό γε, v. annot. ad Theaet. p. 154. E.

ἀλλὰ τρίτον φάθι με λέγειν] Afferit nunc tertii generis, sive mixti, hanc notam communem, ut illud omnino esse dicat id, quod ex finiti et infiniti coniunctione nascatur, atque generatio quaedam, qua efficiatur οὐσία, siquidem ex iis, quae certam mensuram rationemque accedente finito acceperint, οὐσία nascatur. Enimvero ex infinito demum et finito in unum consociato oritur ἡ γεγενημένη οὐσία, das gewordene Sein, das bestimmte Sein. Sed de his satis dictum est in Prolegomenis. Pro μέτρων vide an μετροῦσαν legendum sit. Praeterea haec comparavisse iuvabit. Phaedon. p. 71. B. γένεσιν τε εἶναι ἐξ ἐκατέρων εἰς ἄλληλα. Ibid. E. ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς ζῶντας. Tim. p. 49. C. 54. C. al.

ψις· ὅρα γάρ, εἰ σοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι πάντα τὰ γιγνώμενα διὰ τινὰ αἰτίαν γίνεσθαι.

ΠΡΩ. Ἐμοιγε· πῶς γάρ ἂν χωρὶς τούτων γίγνοιτο;

ΣΩ. Οὐκοῦν ἢ τοῦ ποιοῦντος φύσις οὐδὲν πλὴν ὀνόματι τῆς αἰτίας διαφέρει, τὸ δὲ ποιοῦν καὶ τὸ αἴτιον ὁρθῶς ἂν εἴη λεγόμενον ἔν;

ΠΡΩ. Ὅρθῶς.

27 ΣΩ. Καὶ μὴν τό γε ποιοῦμενον αὖ καὶ τὸ γιγνώμενον οὐδὲν πλὴν ὀνόματι, καθάπερ τὸ νῦν δῆ, διαφέρει ἐνόησομεν. ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν ἠγεῖται μὲν τὸ ποιοῦν ἀεὶ κατὰ φύσιν, τὸ δὲ ποιοῦμενον ἐπακολουθεῖ γιγνώμενον ἐκείνῳ;

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἄλλο ἄρα καὶ οὐ ταῦτόν αἰτία τ' ἐστὶ καὶ τὸ δουλεύον εἰς γένεσιν αἰτία.

χωρὶς τούτων γίγνοιτο;] ταύτου Bodl. Vat. Ven. Σ. quod recentiores cum Bekkero dederunt. Nobis pluralis numerus non videbatur tollendus, quem critici nimium severi, quique eum nollent de una tantum re poni, mero arbitrio sustulisse videntur.

P. 27. *ἐπακολουθεῖ γιγνώμενον]* Bodl. Vat. Ven. Π. ἀκολουθεῖ. Sed illud multo est significantius. Dein idem tres pr. καὶ ἔξω γίνεταί; mendose.

B. *λέγωμεν τέταρτον]* Bodl. Ven. ΑΞΠ. Par. BCFH. Flor. b. et pr. Vat. λέγομεν.

ἕτερον ἐκείνων δεδηλωμένον;] δεδηλωμένον Bodl. Vat. Ven. Π. mendose.

E. ἢ τοῦ ποιοῦντος φύσις] H. e. id, quod natura sua habet vim efficiendi. Sic Theaet. p. 160. A. τὸ ποιοῦν ἐφέ.

P. 27. B. Τὸ δὲ δῆ πάντα — δεδηλωμένον] Quartum ponit causae genus, quippe quod a tribus illis diversum esse apparuerit. Etenim ex infinito cum infinito conjunctione oritur demum ἢ γενημένη οὐσία. Haec ipsa vero quoniam

orta est ac generata, causam aliquam atque principium originis suae habere necesse est. Etenim esse profecto aliquid debet, quod finiti et infiniti temperamentum tanquam regat ac moderetur, quoniam illud lege quadam fiat prorsus necesse est. Itaque hoc ut ita perficiatur, quartum genus principiorum requiritur, quod generatae οὐσίας causam complectatur.

C. ἄρα μὴ πλημμελοῖσιν

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὲν γιγνώμενα, καὶ ἐξ ὧν γίγνεται πάντα, τὰ τρία παρέσχετο ἡμῖν γένη;

ΠΡΩ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Τὸ δὲ δῆ πάντα ταῦτα δημιουργοῦν λέγωμεν τέταρτον, τὴν αἰτίαν, ὡς ἱκανῶς ἕτερον ἐκείνων δεδηλωμένον;

ΠΡΩ. Λέγωμεν γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὅρθῶς μὴν ἔχει, διωρισμένων τῶν τεττάρων, ἐνὸς ἐκάστου μνήμης ἕνεκα ἐφεξῆς αὐτὰ καταριθμήσασθαι.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν τοίνυν ἄπειρον λέγω, δεύτερον δὲ πέρασ, ἔπειτ' ἐκ τούτων τρίτον μικτήν καὶ γενημένην οὐσίαν· τὴν δὲ τῆς μίξεως αἰτίαν καὶ γενέσεως τετάρτην λέγων ἄρα μὴ πλημμελοῖην ἂν τι; C

Λέγωμεν γὰρ οὖν.] Bodl. Vat. Ven. Π. ἕτερον γὰρ οὖν. Sed id quum per se simile videatur interpretationi, quae verbo λέγωμεν adscripta fuerit, tum per se in hac responsione minus commode cum γὰρ οὖν consociatur. Vulgata teste Bastio in Vat. margini adscripta. Ceterum hic codd. omnes λέγωμεν tuentur praeter Par. A., qui item λέγομεν habet. Ex quo consequens est, ut etiam antea λέγωμεν pro vero ducendum sit.

C. *τετάρτην λέγων ἄρα μὴ πλ.]* V. λέγω, quod ex Vat. Ven. ΑΞΣ. Par. BCFH. Flor. a. b. c. i. et edit. Bas. I. correctum. Post ἄρα in Bodl. Vat. Ven. Π. deest μή. v. interpretat. Vitiose denique vulgo erat πλημμελοῖην, qui error ex codd. correctus est.

ἂν τι;] Bodl. et Vat. μὴ omitunt. Idem etiam in Ven. Π. a pr. m. factum. Vereor ut recte, quamquam Graserus Advers. p. 30. ἄρα μὴ usquam cum optativo et particula ἂν copulari praeferat negavit. At enim vero id quo iure ille sic statuerit, nondum intelleximus. Nam μὴ interrogans est suspicantis atque dicitur, ut nostrum „doch nicht,“ quod poni solet, ubi negatum iri Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

expectamus id, de quo quaeritur. Quidni vero istiusmodi interrogatio hypothetica esse possit? Enimvero recte profecto dixeris: da würde ich doch nicht etwa irren? Idque ipsum hic dicitur verissime, siquidem λέγων idem est quod εἰ λέγοιμι. Eodem modo μὴ in obliqua interrogatione positum apud Sophocli Trachin. v. 630. τί δῆτ' ἐν ἄλλο γ' ἐνέποις; δέδοικα γάρ, μὴ πρῶ λέ-

ΠΡΩ. Καὶ πῶς;

ΣΩ. Φέρε δὴ, τὸ μετὰ τοῦθ' ἡμῖν τίς ὁ λόγος; καὶ τί ποτε βουλευθέντες εἰς ταῦτ' ἀγικόμεθα; ἄρ' οὐ τόδε ἦν; δευτερεία ἐζητοῦμεν πρότερον ἡδονῆς γίγνοιτ' ἂν ἢ φρονήσεως, οὐχ οὕτως ἦν;

ΠΡΩ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν νῦν, ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω διελόμεθα, κάλλιον ἂν καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεσάμεθα πρώτου περὶ καὶ δευτέρου, περὶ ὧν δὴ τὸ πρῶτον ἡμῖς βητήσαμεν;

ΠΡΩ. Ἴσως.

Ἄρ' οὖν νῦν — κάλλιον ἂν καὶ τὴν κρι.] Vulgo post κάλλιον ἂν interponitur ἴσως. Sed omittunt rec. Bodl. Vat. Coisl. Ven. AΣ. Par. BCH. Ang. Flor. a. b. c. i. Contra iidem fere libri post νῦν interserunt ὡς; unde verisimile fit scriptum olim fuisse Ἄρ' οὖν ἴσως νῦν κ. τ. λ. Pro κάλλιον, quod ex Bodl. Vat. Ven. II. restitutum est, vulgo κάλλιονα scribebatur.

D. νικῶντα μὲν ἐθεμένου] μὲν additum e Bodl. Vat. Ven. II.

τίς τέ ἐστι καὶ ὁ πολὺν.] τε additum e Bodl. Vat. Ven. II.

γοις ἂν, ubi cur haec constructio locum habeat, clarissime docent verba τί δὴτ' ἂν ἄλλο γ' ἐνέποις; quae item hypothetice enuntiata sunt. Iam vero quum simplicis μὴ haec esse possit constructio, equis negabit, idem etiam de ἄρα μὴ statuendum esse? Etenimvero ἄρα μὴ ab simplici μὴ eo tantum differt, quod ἄρα vim interrogationis acuit atque intendit, quam nudum μὴ habet leniorem. At enim vero, inquit aliquis, rarissima tamen est illa constructio, quam hic quidem nec tres aut potius duo optimi libri tuentur. Audio. Sed quod in talibus quoque libris istis omnia tribuenda esse statuitur, de eo magnopere dissentimus. Imo horum testimonio in eiusmodi locis, qualis hic est, maxima cum cautione utendum, quippe qui eam grammaticorum recensionem referant, qua saepe

penumero mutata sunt, quae vel difficiliora vel etiam rariora atque inusitata viderentur. Cuius rei exempla satis luculenta alibi notavimus. Atque id hoc quoque loco ita factum esse, plane nobis persuasimus. Etenim senserunt utique critici, quorum curae et industriae illorum codicum lectiones acceptas referimus, rarissimum esse hoc genus constructionis, ideoque arbitrio suo μὴ protenus eliminarunt. Sed equis est qui sibi persuadeat, auctoritatem reliquorum librorum, Coisliniani, Venet. AΣIIΣ. Paris. BCEFH. Flor. a. b. c. i. pro nihilo esse ducendam, quum nulla intelligatur causa, quamobrem μὴ in iis temere sit inculcatum? Accedit, quod ἄρα μὴ ipsi sententiae Socratis convenientius est quam simplex ἄρα. Nam ἄρα etsi plerumque negandi videtur, tamen proprie nihil ni-

ΣΩ. Ἴθι δὴ, νικῶντα μὲν ἐθεμένου τὸν μικτόν βίον ἡδονῆς τε καὶ φρονήσεως. ἦν οὕτως;

ΠΡΩ. Ἦν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτον μὲν τὸν βίον ὀρθῶς ποιοῦν τίς τέ ἐστι καὶ ὁποίου γένους;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΣΩ. Καὶ μέρος γ' αὐτὸν φήσομεν εἶναι τοῦ τρίτου, οἶμαι, γένους. οὐ γὰρ δυοῖν τινοῖν ἐστὶ μικτὸς ἐκείνος, ἀλλὰ ξυμπάντων τῶν ἀπειρῶν ὑπὸ τοῦ πέρατος δεδεμένων, ὥστε ὀρθῶς ὁ νικηφόρος οὗτος βίος μέρος ἐκείνου γίγνοιτ' ἂν.

καὶ μέρος γ' αὐτὸν φήσομεν εἶναι] μέρος ταῦτον Bodl. Vat. Ven. II. errore. Iidem ἐφήσομεν, male. Ad τοῦ τρίτου in marg. Vat. adscriptum τοῦ πρώτου.

οὐ γὰρ δυοῖν τινοῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. II. Par. F. pro vulg. οὐ γὰρ ὁ δυοῖν τ. Articulum etiam in proximis cum Bodl. Vat. Ven. II. sustulimus, ubi ante Bekkerum scribebatur ἀλλ' ὁ ξυμπάντων. Tum τῶν articulum ante ἀπειρῶν ex Bodl. Vat. Ven. II. inseruimus, quem vett. editt. ignorant.

ὀρθῶς ὁ νικηφόρος β.] ὀρθῶς Bodl. Vat. male.

si dubitationis indicium facit, unde illa altera significatio duxit originem. v. Kühnerum ad Xenoph. Mem. II, 6, 1. Ἄρα μὴ autem eius est, qui sese apertius indicat non opinari aut velle, hoc vel illud locum habere. Atque hoc Socratem, qui de hac re iam antea subtilius exposuit, profecto maxime decere, nemo erit quin ultro largiatur. Ceterum bene cum hac interrogatione etiam fortior Protareli responsio convenit: Καὶ πῶς; sc. πλημμελοῦς ἂν, h. e. Οὐδαμῶς πλημμελοῦς. Itaque nihil esse apparet, cur duobus tribusve codicibus obtemperantes reliquorum librorum lectionem ἄρα μὴ πλημμελοῦς ἂν τινε; protenus rejiciamus: imo omnia suadent, ut amplectamur illam atque retineamus, praesertim quum, unde μὴ ortum sit, nemo facile explicaverit; cur sit deletum, nullo

negotio intelligatur.

D. τὸν μικτόν βίον ἡδονῆς τε καὶ φρονήσεως] vitam mixtam, quae ex voluptate pariter atque sapientia constat. Nam genitivus non ex μικτόν sed ex τὸν μικτόν βίον suspensus est, quae verba unam notionem efficiunt. Mox de τίς τέ ἐστι καὶ ὁ πολὺν γένους v. p. 17. B. ἀλλ' ὅτι (ἴσμεν) πόσα τέ ἐστι καὶ ὅποια, ubi conf. ann.

οὐ γὰρ δυοῖν τινοῖν — ἀλλὰ ξυμπάντων τῶν ἀπειρῶν] Socrates causam et rationem affert, cur vita e voluptate et sapientia mixta ad tertium genus tanquam pars aliqua referenda sit. Etenim tertium illud genus ex omnibus omnino ἀπειρῶν finitae οὐσίας vinculo colligatis constat; ex quo sequitur, ut etiam vita ex voluptate et sapientia con-

ΠΡΩ. Ὁρθότατα μὲν οὖν.

E Cap. XV. ΣΩ. Εἶεν. Τί δὲ ὁ σός, ὦ Φίληβε, ἡδὺς καὶ ἄμικτος ὢν; ἐν τίνι γένει τῶν εὐρημένων λεγόμενος ὀρθῶς ἂν ποτε λέγοιτο; ὥδε δ' ἀποκρίναι μοι πρὶν ἀπορήσασθαι.

ΦΙ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Ἡδονὴ καὶ λύπη πέρασ ἔχον, ἢ τῶν τὸ μᾶλλον τε καὶ ἧττον δεχομένων ἔστων;

ΦΙ. Ναί, τῶν τὸ μᾶλλον, ὦ Σώκρατες· οὐ

E. ἐν τίνι γένει] μίσει Ven. Π. Pro ἄμικτος Bodl. μικτός. δεχομένων ἔστων;] Sic Bodl. Vat. Ven. XII. et ed. Bas. 2. pro vulg. ἐστίν.

Ναί, τῶν τὸ μᾶλλον,] τῶν, quod vulgo deerat, ex Vat. Coisl. Ven. AΣΣ. Par. BCEFH. Angel. Flor. a. b. c. i. et ed. Bas. 2. restitutum. Bodl. καὶ τὸν τὸ μ. unde caussa erroris apparet.

P. 28. Οὐδέ γ' ἂν, ὦ Φίληβε,] γ' om. Bodl. Vat. Ven. II. iniuria, ὀρθῶς.

ὃ παρέχεται τι μέρος] Vulgo ὡς. Recte Steph. coniecit

fiata huic generi accenseri debeat, quanquam nunc nondum demonstratum est, de quo disputatur in proximis, voluptatem infinito, sapientiam finito esse affinem et cognatam. Haec vero si verborum sententia esse debet, sponte intelligitur, locum aliquid labis suscepisse. Scribendum enim cum Schützius est μικτόν ἐκείνο, quam rationem etiam Schleiermacher nuper probatam esse non sine laetitia vidimus. Veram lectionem ex parte videtur ob oculos habuisse Ficinus, qui Graeca sic reddidit: neque enim quod ex duobus quibusdam mixtum illud est, sed quod ex infinitis omnibus a termino nexis; quapropter merito superatrix haec vita illius pars erit. Vide praeterea annot. criticam.

E. Τί δέ — ἄμικτος ὢν; ἐν τίνι γένει —] Distinxi post ὢν nota interrogandi vulgo male

neglecta. De τί δέ cum nominativo ita alii interrogationi praemisso v. ad Gorg. p. 501. E. οὐ γάρ ἡδονὴ πᾶν ἀγαθὸν ἦν] In his πᾶν ἀγαθὸν est summum bonum, bonum omni numero absolutum et consummatum; et πᾶν κακὸν summum malum, nihil nisi malum. Im. Bekkerus praestare putat παράγαθον et παράκακον. In quo viro eximio non assentior. Nam πᾶν ἀγαθὸν est quod bonum est ita, ut nihil ad eius integritatem desideretur, bonum absolutum. Aliud quid foret παράγαθον. Similia contulit Matthiae Gr. §. 437. 3. Vult autem Protarchus voluptatem ob id ipsum, quod ea sit πᾶν ἀγαθὸν, natura sua et numero et gradu esse infinitam; nam alioquin eam non posse omnes perfecti et consummati boni numeros explere. In quo nemo erit quin protenus videat, vocabulo ἀπειρον nunc ab eo

γὰρ ἂν ἡδονὴ πᾶν ἀγαθὸν ἦν, εἰ μὴ ἀπειρον ἐτύγγανε περιζῶς καὶ πλήθει καὶ τῷ μᾶλλον.

ΣΩ. Οὐδέ γ' ἂν, ὦ Φίληβε, λύπη πᾶν κακόν· 28 ὥστ' ἄλλο τι κῆν σκεπτέον ἢ τὴν τοῦ ἀπειρον φύσιν, ὃ παρέχεται τι μέρος ταῖς ἡδοναῖς ἀγαθοῦ. τοῦτο δὲ σοι τῶν ἀπεράντων γεγονὸς ἔστω. φρόνησιν δὲ καὶ ἐπιστήμην καὶ νοῦν εἰς τί ποτε τῶν προειρημένων, ὦ Πρώταρχέ τε καὶ Φίληβε, νῦν θέντες οὐκ ἂν ἀσεβοῦμεν; οὐ γὰρ μοι δοκεῖ σμικρὸς ἡμῖν

ᾧ, quod Par. H. superscriptum habet. Ven. II. pr. ᾧ, quod receptam scripturam firmat.

τοῦτο δὲ σοι τῶν ἀπ.] Sic olim scripsi de coniectura mea. Confirmavit eam corr. Ven. Σ. Ceteri libri τοῦτων, quod tenuit Bekker.

ὦ Πρώταρχέ τε καὶ Φίληβε] τε om. Coisl. Ven. AΣΣ. Par. BCEFH. Ang. Flor. a. b. c. i. sed v. Lachet. in. Ibid. p. 198. D. Reip. I. p. 336. E. Legg. I. p. 629. C. infra p. 64. B. al.

allam atque antea vim et significationem subici. Recte igitur Socrates respondet; Οὐδέ γε ἂν — λύπη πᾶν κακόν. De περιζῶς pro περιζῶτα posito v. ad Gorg. p. 463. E. Protag. p. 354. C. Men. p. 79. E.

P. 28. ὃ παρέχεται τι μέρος —] Infinitum, inquit, per se solum nihil momenti facit ad summi boni perfectionem, quandoquidem idem illud etiam ad summum malum valet; itaque aliud quid circumspiciendum est praeter infiniti naturam, quod voluptatibus aliquam boni partem afferat. Haec vero quum loci sententia sit, dubitari non potest, quin pro ὡς παρέχεται, quae vulgata scriptura fuit, recte olim de coniectura Stephani dederimus ὃ παρέχεται. Atque hanc lectionem nunc tanto lubentius amplectimur, quod eam tandem accepimus in corr. Par. H. an-

notatam esse. Etiam Ficinus: quod voluptatibus partem boni aliquam praebet. Quomodo vero ex loci interpretatione modo proposita perspicuum esse debet, unice veram esse ὃ παρέχεται, ita indidem intellectum ita arbitramur, nauci non esse, quod Schützius Opuscul. p. 141. revocandum statuit ὥστ' οὐκ ἄλλο τι κῆν σκεπτέον κ. τ. λ. Nam negandi particula verborum sententiam plane pervertit.

τοῦτο δὲ σοι τῶν ἀπ. γ. ἔστω.] Sic olim legendum conieci pro τοῦτων δὲ σοι κ. τ. λ. Firmavit nunc coniecturam nostram Venet. Σ. corr.; quo confidentius eam Platonem restituere ausi sumus. Nempe correctus est codex ille; sed correctus ab critico, qui Platonem non legit sine iudicio mentis acriori. Refertur autem τοῦτο ad ἡδονήν, usu haudquaquam raro. Menon. p. 13. C. ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πάντων ἐστὶ, πειρῶ εἰ-

εἶναι ὁ κίνδυνος κατορθώσασιν καὶ μὴ περὶ τὸ νῦν ἐρωτώμενον.

B ΦΙ. Σεμνύνεις γάρ, ὦ Σώκρατες, τὸν σεαυτοῦ θεόν.

ΣΩ. Καὶ γὰρ σύ, ὦ ἑταῖρε, τὴν σεαυτοῦ· τὸ δ' ἐρωτώμενον ὅμως ἡμῖν λεκτέον.

ΠΡΩ. Ὁρθῶς τοι λέγει Σωκράτης, ὦ Φίληβε, καὶ αὐτῷ πειστέον.

ΦΙ. Οὐκοῦν ὑπὲρ ἐμοῦ σύ, Πρωταρχε, προήρῃσαι λέγειν;

εἶναι ὁ κίνδυνος κατ.] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. pro vulg. ὁ κίνδυνος εἶναι καὶ κατ.]

B. τὸν σεαυτοῦ θ.] V. σεαυτοῦ, quod e Bodl. Vat. Ven. Π. mutavi. Idem tamen statim post σεαυτοῦ.

Σωκράτης, ὦ Φίληβε,] ὦ Φίληβε om. Bodl. et pr. Π. in marg. habet Vat. v. interpretat.

πεῖν καὶ ἀναμνησθῆναι, τί αὐτό φησι Γοργίας εἶναι. Phaedon. p. 88. A. οὕτω γὰρ αὐτὸ φῶσι εἶναι λοχυρόν; sc. τὴν ψυχὴν. Ibid. p. 109. A. πάμμεγα εἶναι τὴν αὐτό, sc. τὴν γῆν. Theaet. p. 145. D. σοφία δὲ γέ, σῆμαι, σοφοὶ οἱ σοφοί; Th. Nat. Socr. Τοῦτο δὲ μὴν διαφέρει τι ἐπιστήμης; Th. Τὸ ποῖον; Socr. Ἡ σοφία ἢ οὐχ ἄπειρ ἐπιστήμους, ταῦτα καὶ σοφοί; Lachet. p. 185. E. εἴ τις ἀγαθῶν τεχνικὸς περὶ ψυχῆς θεραπεῖαν καὶ οἷος τε καλῶς τοῦτο (τὴν ψυχὴν) θεραπεύσει. Alcibiad. I. p. 115. D. πῶς οὖν λέγεις περὶ ἀνδρείας; ἐπὶ πόσῳ ἐν αὐτοῦ (τῆς ἀνδρείας) δέξαιο στέρεσθαι; De Rep. VIII. p. 562. B. λέγεις δὲ αὐτὴν (τὴν δημοκρατίαν) τί ὀφείσεται; Τὴν ἐλευθερίαν, εἶπον· τοῦτο γὰρ πού κ. τ. λ. Gorg. p. 465. D. ὡς ἐκεῖνο (ἢ ὀφιοποιία) ἐν σώματι. Politic. p. 300. D. ubi ταῦτα ad τοὺς νόμους refertur. Protagor. p. 352. C. 357. C. De Rep. VIII. B. al.

κατορθώσασιν καὶ μὴ π.] utrum recte faciamus nec-

ne in eo, quod nunc quaeritur.

B. Σεμνύνεις γάρ — θεόν.] H. e. graviter ac superbe iactas et extollis! Mox p. 28. C. ἑαυτοῦ ὄντως σεμνύνοντες. Gorg. p. 512. B. C. Phaedr. p. 272. D. De Rep. VIII. p. 858. B. al. Eurip. Hippol. v. 490. ubi v. Valckenaer. p. 176. Hinc Eurip. Androm. v. 383. τί σέμουνοι θεοί; In proximis ne quis corrigat Καὶ γὰρ καὶ σύ, v. ann. ad Symp. p. 176. B.

Ὁρθῶς τοι λέγει Σωκράτης, ὦ Φίληβε,] Male in tribus optimis codicibus istud ὦ Φίληβε omissum est. Nam Philebum compellari a Protarcho, luculenter docet quae sequitur eius responsio. Itaque prima allocutio extrusa videtur a criticis, qui moleste ferrent quod statim subsequitur Πρωταρχε. Quod si recte iudicavimus, etiam hic locus documento erit, verum esse, quod identidem monuimus, codices illos expertos esse manus criticorum saepenumero fastidiosorum emendatrices. Eie-

ΠΡΩ. Πάνυ γε· νῦν μέντοι σχεδὸν ἀπορῶ, καὶ δέομαι γε, ὦ Σώκρατες, αὐτὸν σε ἡμῖν γενέσθαι προφήτην, ἵνα μηδὲν ἡμεῖς σοι περὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐξαμαρτάνοντες παρὰ μέλος φθεγγώμεθα τι.

ΣΩ. Πειστέον, ὦ Πρωταρχε· οὐδὲ γὰρ χαλεπὸν οὐδὲν ἐπιτάττεις. ἀλλ' ὄντως σε ἐγώ, καθάπερ εἶπε Φίληβος, σεμνύνων ἐν τῷ παιζειν ἐθορύβησα, νοῦν καὶ ἐπιστήμην ἐρόμενος ὁποῖον γένους εἶεν;

ΠΡΩ. Παντάπασι γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ῥάδιον. πάντες γὰρ συμφωνοῦ-

ἴπερ ἐμοῦ σύ, Πρωταρχε,] Unus Par. F. ὦ Πρωταρχε, quod dedit Bekker. v. ad p. 11. A.

αὐτὸν σε ἡμῖν] Bodl. Vat. Ven. Π. γε. male.

C. Πειστέον, ὦ Πρ.] Verba Πειστέον — ἐπιτάττεις a Ficino et Bas. 2. tribuuntur Philebo, proxima autem, ἀλλ' — εἶεν, Socrati; male.

cerunt tamen illa verba Turicenses. Ad σχεδὸν ἀπορῶ conferas Parmenid. p. 128. B. Xenoph. De Rep. Lac. V, 1. σχεδὸν εἴρηται. Demosth. De Corona p. 310. ed. Reisk. Olynth. II. p. 5. Olynth. III. extr. σχεδὸν εἴρηται. al. γενέσθαι προφήτην.] ut ipse nobis rem enunties atque interpreteris. Male vero Bodl. cum duobus asseclatoribus αὐτόν γε, v. Matthiae Gr. §. 148. ann. 2. coll. ann. ad Plat. Lys. p. 298. C.

ἵνα μηδὲν ἡμεῖς σοι — φθεγγώμεθα τι.] ut ne quid in eum, qui certamen subiit, peccantes praeter numerum modumque faciamus. Αγωνιστὴς intelligitur ὁ νοῦς, quippe qui cum voluptate de δευτεροεῖς certamen inuit. Loquutio παρὰ μέλος φθεγγέσθαι, quae etiam Legg. III. p. 696. D. Critia p. 106. B. legitur, proprie est absenssonam vocem emittere, absurde canere, deinde vero metaphoricè dicitur de iis, qui falso iudicant absurdeque

dicunt et loquuntur. Horat. Epist. 1, 18, 59. Quamvis nil extra numerum fecisse modumque curas.

C. καθάπερ εἶπε Φίληβος, σεμνύνων ἐν τ. π.] Verba haec: καθάπερ εἶπε Φίληβος, ad unum istud σεμνύνων referenda sunt. Nam pertinent haec ad superiorem illam Philebi responionem: Σεμνύνεις γάρ, ὦ Σ. τὸν σεαυτοῦ θεόν. Sed quae deinceps adiciuntur, αὐτὸν σε ἡμῖν, ea spectant ad verba Protarchi: νῦν μέντοι σχεδὸν ἀπορῶ κ. τ. λ. Ita igitur in his nihil inesse apparet, quod vitiosum aut ineptum videri queat.

πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοί] Mentem et sapientiam demonstrare instituit non tantum finito generi esse accensendam, sed ad causae genus referri oportere. Quod quidem ita facit, ut sententiae suae argumenta a tota rerum universitate repetat, ad cuius similitudinem natura humana comparata sit. Univer-sum enim hoc regi atque ga-

σιν οἱ σοφοί, ἑαυτοὺς ὄντως σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῶν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. καὶ ἴσως εὖ λέγουσι. διὰ μακροτέρων δ', εἰ βούλει, τὴν σκέψιν αὐτοῦ τοῦ γένους ποιησώμεθα.

D ΠΡΩ. Λέγ' ὅπως βούλει, μηδὲν μῆκος ἡμῶν ὑπολογιζόμενος, ὃ Σώκρατες, ὡς οὐκ ἀπεχθισόμενος. Cap. XVI. ΣΩ. Καλῶς εἶπες. ἀρξώμεθα δὲ πῶς ὧδε ἐπανερωτῶντες.

[ἑαυτοὺς ὄντως σεμνύνοντες] V. οὕτως, quod correctum ex Bodl. Vat. Ven. AΠΣ. Coisl. Par. BCH. Angel. Flor. a. b. c. i. Euseb. Praep. Ev. p. 628. Theodoret. Adv. Gentil. T. IV. p. 858. ed. Schulz.

οὐρανοῦ τε καὶ γῆς] τε additum e Bodl. Vat. Ven. II. et Theodoret.

D. Πότερον, ὃ Πρώταρχε,] πρότερον Bodl.

bernari a mente longe praestantissima sive ab absoluta perfecta ratione, id quum virorum sapientissimorum iudiciis confirmari ait, tum etiam ex naturae ordine et pulchritudine intelligi arbitrat, Quemadmodum vero corpus nostrum compositum sit ex elementis universi et per ea sustentetur, ita etiam mentem nostram arbitrat ex illa mente, quae omnem rerum universitatem regat ac moderetur, tanquam decerptam ac delibatam esse. Ex quo consequi vult, ut mens humana item ad causae genus pertineat. Quemadmodum enim mens divina in rerum universitate omnia sapienter ordinavit ac disposuit, ita etiam penes mentem humanam aliquid imperium est, quandoquidem ea potest libidinum vim et voluptatum intemperantiam coercere atque sapientiae legibus constringere.

ὡς νοῦς ἐστὶ βασιλεὺς ἡμῶν] Mentem omnia disponere ac regere primum docuit Anaxagoras. conf. Phaedr. p. 270. A. Cratyl. p. 400. A. 413. C. A cuius ratione profectus Plato etiam Philolai doctrina usus est,

qui rerum universitati praefecit τὸ αἴτιον; de qua re copiose exposuimus in Prolegomenis. Itaque facile intelligitur; Platonis sententiam ab Anaxagorae ratione, quam ipse in Phaedone p. 98. B. seq. exposuit atque taxavit, aliquantum differre. Iovem pro summae rationis imagine philosophus, ludendo quasi nominis eius originationem investigans, in Cratylō p. 396. A. ob oculos ponit, ubi haec sunt: οὐ γὰρ ἔστιν ἡμῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πάντων ὅστις αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν ἢ ὁ ἀρχῶν τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. Philebi locum respexerunt plurimi, Porphyr. in Vit. Plot. c. 14. ap. Euseb. Praep. Ev. III. 9. Plotin. Ennead. III. 5. V. 3. 3. IV. 4. 1. 8. ubi v. Creuzer. p. 67. T. III. et ad Porphyr. De Vita Plotini c. 3. Proclus in Tim. p. 77 et 124. in Polit. p. 425. in Alcibiad. I. p. 77. ed. Creuzer. in Cratyl. p. 98. ed. Boisson. Iamblich. De Myster. p. 12. alii, qui partim philosophi sententiam aliorum detorserunt. Exscripserunt locum inde a verbis πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν Eusebius Praep.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πότερον, ὃ Πρώταρχε, τὰ ξύμπαντα καὶ τόδε τὸ καλούμενον ὄλον ἐπιτροπεύειν φῶμεν τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ εἰκῆ δύναμιν καὶ τὸ ὅπῃ ἔτυχεν, ἢ τὰναντία, καθάπερ οἱ πρόσθεν ἡμῶν ἔλεγον, νοῦν καὶ φρόνησιν τινα θαυμαστὴν συντάττονσαν διακυβερνᾶν;

ΠΡΩ. Οὐδὲν τῶν αὐτῶν, ὃ θαυμάσιε Σώκρα-

τόδε τὸ καλούμενον] τὸ om. Coisl. Ven. A. Par. BCE FH. Ang.

καὶ τὸ ὅπῃ ἔτυχεν] Recte sic Bodl. Ven. Z. Par. C. Angel. Flor. a. c. i. Euseb. et edit. Bas. 2. Idem firmat Vat., si qua fides Bastio est. Vulgo scribebatur καὶ τὰ ὅπῃ ἔτ. conf. Matthiae ad Eurip. Hippol. V, 926.

Evang. p. 628. ed. Colon. et Theodoret. adv. Gentil. Tom. IV. p. 858. ed. Schulz. — Ceterum non sine cavillatione quadam atque lepida irrisione philosophus addidit; ἑαυτοὺς ὄντως σεμνύνοντες, semet ipsas revera efferentes, dum mentem extollunt laudibus; nam quum σοφοί sint, etiam mente et intelligentia aliis videntur antecellere.

D. μηδὲν μῆκος — ὑπολογιζόμενος] nulla ratione subducta longitudinis, quam disputatio harum rerum habitura sit. Usum verbi ὑπολογίζεσθαι docte illustravit Hermannus ad Lucian. De conser. histor. p. 253. τὴν τοῦ ἀλόγου καὶ εἰκῆ δύναμιν] Tim. p. 34. C. μετέροτες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῆ. Dein pro vulg. τὰ ὅπῃ ἔτυχεν ex Bodl. aliisque bonae notae libris et Euseb. Praep. Ev. p. 628. recepi τὸ ὅπῃ ἔτυχε. Locum imitatur Plutarchus De ser. num. vind. T. II. p. 550. D. ὅπως — ἢ ψυχῆ φεύγη τὸ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν, h. e. καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν. Ad τὸ καλούμενον ὄλον confe-

ras Lysid. p. 214. B. οἱ περὶ φύσεώς τε καὶ τοῦ ὄλου διαλεγόμενοι καὶ γραφόντες.

καθάπερ οἱ πρόσθεν ἡμῶν] Intelligit Anaxagoram Clazomenium, quem primum constat docuisse, rerum universitatem vi et ratione mentis infinitae (τοῦ νοῦ) regi et administrari. v. Phaedon. p. 97. B. Cratyl. p. 413. C. Xenoph. Mem. IV, 7. v. Schaubach. De Anaxagor. p. 150 sqq. et quae diximus ad Lysid. p. 214. B. Qua in re ille usus est verbis διακοσμεῖν et κοσμεῖν, quae Cicero interpretatur in ordinem adducere. conf. Valckenar. Diatrib. in Fragm. Eurip. p. 40. B. Inde apparet, cur statim post intererat, τὸ δὲ νοῦν πάντα διακοσμεῖν αὐτὰ φάναί.

E. Οὐδὲν τῶν αὐτῶν] Pertinent haec ad verba superiora: πότερον, ὃ Πρώταρχε, τὰ ξύμπαντα — καὶ τὸ ὅπῃ ἔτυχεν, non item ad ultima haec, ἢ τὸναντία — διακυβερνᾶν; quae ratio non est infrequens.

τες. ὁ μὲν γὰρ σὺ νῦν δὴ λέγεις, οὐδ' ὅσιον εἶναι μοι φαίνεται· τὸ δὲ νοῦν πάντα διακοσμεῖν αὐτὰ γράναι καὶ τῆς ὄψεως τοῦ κόσμου καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων καὶ πάσης τῆς περιφορᾶς ἄξιον, καὶ οὐκ ἄλλως ἐργῶν' ἂν ποτε περὶ αὐτῶν εἴποιμι οὐδ' ἂν δοξάσαιμι.

ΣΩ. Βούλει δῆτά τι καὶ ἡμεῖς τοῖς ἐμπροσθεν ὁμολογοῦμενον ξυμφήσωμεν, ὡς ταῦθ' οὕτως ἔχει, 29 καὶ μὴ μόνον οἰώμεθα δεῖν τἀλλότρια ἄνευ κινδύνου λέγειν, ἀλλὰ καὶ συγκινδυνεύωμεν καὶ μετέχωμεν τοῦ φόγου, ὅταν ἀνὴρ δεινὸς φῆ ταῦτα μὴ οὕτως ἀλλ' ἀτάκτως ἔχειν;

E. σὺ νῦν δὴ λέγεις] V. λέγεις νῦν. Coisl. Flor. a. b. c. i. Ven. ΛΣ Par. BCH. Ang. νῦν λέγεις. Bodl. Vat. Ven. II. σὺ νῦν δὴ λέγεις.

καὶ ἀστέρων] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg. ἀστρων. Βούλει δῆτά τι — ὁμολογοῦμενον ξυμφήσωμεν]

καὶ τῆς ὄψεως τοῦ κόσμου —] mundi et solis et lunae ceterorumque siderum spectaculum. Nam recte Fragm. Lexic. ms. apud Cruzerum ad Plotin. De pulcritud. p. 377. ὄψις καὶ ἡ πρόσοψις καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις καὶ ὄψις τὸ θεαθέν. Postremae significationis exempla sunt De Rep. II, p. 376. B. V. p. 452. B. Legg. X. p. 887. D. 910. A. Phaedr. p. 250. B. De re ipsa conferas Legg. X. p. 886. A. sqq. et XII. p. 966. D. sqq. ubi inter alia: ἀρα οὐκ ἔοικεν, εἴτι δὴ ἐστὸν τὸ περὶ θεῶν ἄγοντε εἰς πλοῖον ὅσα διήλθομεν ἐν τοῖς πρόσθεν; ἐν μὲν, δ' περὶ τὴν ἀρχὴν ψυχῆν ἐλέγομεν, ὡς πρεσβυτάτον τε καὶ θεϊοτάτον ἐστὶ πάντων, ὧν κίνησις γένοιν παρκαλοῦσα ἀέμιον οὐσίαν ἐπόρσειεν, ἐν δὲ τὸ περὶ τὴν φορὰν, ὡς ἔχει τάδεως, ἀστρων τε καὶ ὄσων ἄλλων ἐγκρατῆς νοῦς ἐστὶ τὸ πᾶν διακοσμητικῶς. Socratis de hoc loco sententiam prodit

dit Xenophon. Mem. I, 4, 13 sqq.

Βούλει δῆτά τι καὶ ἡμεῖς —] Vett. editt. omisso τι pronomine ὁμολογοῦμένοις. Theodoretus l. I. ὁμολογημένοις. Unde Schleiermacherus olim ὁμολογοῦμενα coniecit. Nos nunc τι ex optimis libris restituto praeunte Bekkero ὁμολογοῦμενον scripsimus, quae est codicum plurimorum lectio. Ficinus quoque: Visne igitur, quod a priscis assertum est, nos item confiteamur, haec videlicet ita se habere? Sententia haec est: Visne, nos quoque aliquid dicamus, quod sit superioribus consentaneum, videlicet haec sic se habere etc.

P. 29. ὅταν ἀνὴρ δεινὸς φῆ —] Intelligentur Sophistae, qui deorum numen et vim atque una pietatem et virtutem tollebant. Insignis de iis locus est Legg. X. p. 885. B. sqq. 888. E. XII. p. 966. D. E. conf.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν βουλοίμην;

ΣΩ. Ἴθι δὴ, τὸν ἐπιόντα περὶ τούτων νῦν ἡμῖν λόγον ἄθροι.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Τὰ περὶ τῶν σωμάτων φύσιν ἀπάντων τῶν ζώων, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα καθορῶμένον καὶ γῆν, καθάπερ οἱ χεημαζόμενοι, φασίν, ἐνόντα ἐν τῇ συστάσει.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα· χεημαζόμεθα γὰρ ὄντως ὑπ' ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις.

ΣΩ. Φέρε δὴ, περὶ ἐκάστου τῶν παρ' ἡμῖν λαβὲ τὸ τοιόνδε,

Vett. editt. τι omittunt, quod redhibuerunt Bodl. Vat. Ven. II. Praeterea vulgo scribebatur ὁμολογοῦμένοις. Par. EF. Flor. i. ὁμολογούμενοι. Theodoret. ὁμολογημένοις. Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΛΠΣ. Par. BCH. Angel. Flor. a. b. c. ὁμολογοῦμενον, quod unice verum.

etiam Sophist. p. 265. C. Eos autem constat eximie δεινούς a Platone appellari, veluti Theaet. p. 154. D. 173. B. al. Sydenhamus de uno Critia cogitari voluit, de quo laudat Sextum Empir. p. 562.

Τὰ περὶ τῶν σωμάτων —] Cernimus, opinor, quattuor illa, quae corporum omnium animantium naturam efficiunt, ignem et aquam et aërem, et, sicuti nautae tempestatibus iactati, quemadmodum in proverbio est, terram, etiam in rerum universo inesse. Ita haec intelligenda. Proverbium videtur fuisse οἱ χεημαζόμενοι γῆν καθορῶσιν (Land sehen); cuius nunc facete mentionem facit, dum reliquis verbis subiungit καὶ γῆν. Quo facto elegantissime Protarchus, ad disputationis susceptae difficultatem respiciens, χεημαζόμεθα γὰρ ὄντως, inquit, ὑπ' ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις. Eumvero

vocabula nautica non raro ad disputationem transferuntur. Lachet. p. 104. B. ἀνδράσι χεημαζόμενοις ἐν λόγῳ καὶ ἀπορούσαι βοήθησον. Euthydem. p. 292. E. σῶσαι ἡμᾶς — ἐκ τῆς τρικυμίας τοῦ λόγου. De Republ. V. p. 472. A. ubi v. ann. Conf. etiam Valcken. et Monk. ad Eurip. Hippol. v. 315. Illud φασίν autem, quod Astio tantam creavit molestiam, ut id eici voluerit, commate post χεημαζόμενοι illato, per parenthesis accipiendum pro ὡς φασίν, ut aiunt, qui usus nihil habet offensionis. Aristotel. Art. Poët. 7, 11. εἰ γὰρ ἴδει ἐκατὸν τραγωδίας ἀγωνίζεσθαι, πρὸς κλειψύδραν ἂν ἠγωνίζοντο, ὡς περὶ ποτὲ καὶ ἄλλοτε, φασίν.

Φέρε δὴ, περὶ ἐκάστου —] Τὰ παρ' ἡμῖν sunt elementa, quae in hominum ceterorumque animantium corporibus cernuntur. Horum vero vim naturamque vilem atque debilem ait videri oportere, si comparetur

ΠΡΩ. Ποῖον;

ΣΩ. Ὅτι σμικρόν τε τούτων ἕκαστον παρ' ἡμῶν ἐνεστι καὶ φᾶλλον καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς εἰλικρινές ὄν καὶ τὴν δύναμιν οὐκ ἀξίαν τῆς φύσεως ἔχον. ἐν ἐνὶ δὲ λαβῶν περὶ πάντων νόει ταῦτόν. οἷον πῦρ ἔστι μὲν που παρ' ἡμῶν, ἔστι δ' ἐν τῷ παντί.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

C ΣΩ. Οὐκοῦν σμικρόν μὲν τι τὸ παρ' ἡμῶν καὶ ἀσθενές καὶ φᾶλλον, τὸ δ' ἐν τῷ παντί πλήθει τε θαυμαστόν καὶ κάλλει καὶ πάσῃ δυνάμει τῇ περὶ τὸ πῦρ οὐση.

P. 29. B. Ὅτι σμικρόν τε τούτων] Bodl. μικρόν. Euseb. σμικρόν τι. Dein Par. F. om. παρ' ἡμῶν. Par. CH. Ang. Flor. a. ἐν ἔστι. Voc. καὶ ante φᾶλλον om. Ven. S. Angel.

πῦρ ἔστι μὲν που π.] μὲν ἔστι Bodl. Vat. Ven. II. male. v. interpretat.

C. Τί δέ; τρέφεται καὶ γ.] δαλ; Bodl. et Bastio teste Vat.

cum totius universi viribus atque elementis. Ex quo consequi arbitratur, ut corpus nostrum omnia ab universo mutuaretur, indeque tanquam vitam ducat suam, neque vicissim. Inde autem consentaneum esse colligit, similem esse vel potius eandem mentis rationem. Nam sicuti mens nostra corpori tanquam regina quaedam praefecta est, ut hoc illius imperio subiectum sit, ita etiam mentem in universo mundo regnare atque omnia gubernare. Quocirca non dubitari licere ait, quin ea ad causae genus referenda sit.

Ὅτι σμικρόν τε τούτων ἕκαστον παρ' ἡμῶν ἐνεστι] H. e. ὅτι ἕκαστον τούτων ὡς σμικρόν τε καὶ φᾶλλον ἐνεστι. Quocirca non opus est, ut ex Eusebio σμικρόν τι restituatur. Nec vero offendere quemquam debet istud παρ' ἡμῶν ἐνεστι. Nam ad ἐνεστι ex supe-

rioribus intelligendum τοῖς σώμασι τῶν ζώων. Similiter Xenoph. Mem. I, 4, 17. κατὰ μαθε, ὅτι καὶ ὁ σὸς τοῦς ἐνῶν τὸ σὸν σῶμα ὅπως βούλειται μεταχειρίζεται. ubi ad ἐνῶν intellig. τῷ σώματι. Ceterum quae hic docentur, ea consentiant egregie cum loco Timaei p. 41. A. sqq. 69. A. sqq.

ἐν ἐνὶ δὲ λαβῶν περὶ π.] H. e. unius rei exemplo ubi perceperis et intellexeris. Usum loquendi ad p. 17. A. affatim illustravimus. Dein tres codd. primarii οἷον πῦρ μὲν ἔστιν που παρ' ἡμῶν, quod ortum ex male sedula verbae lectionis mutatione. Collocationem verborum vulgarem satis defendent haec, Infra p. 47. A. παντοῖα μὲν χρώματα, παντοῖα δὲ σχήματα, παντοῖα δὲ πνεύματα ἀπεργάζομενον. Phaedr. p. 241. C. βλαβερόν μὲν πρὸς οὐρανόν, βλαβερόν δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἔξιν, πολλὸν δὲ

ΠΡΩ. Καὶ μάλα ἀληθές ὃ λέγεις.

ΣΩ. Τί δέ; τρέφεται καὶ γίγνεται ἐκ τούτου καὶ ἀρχεται τὸ τοῦ παντός πῦρ ὑπὸ τοῦ παρ' ἡμῶν πυρός, ἢ τοῦναντίον ὑπ' ἐκείνου τὸ τ' ἐμὸν καὶ τὸ σὸν καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζώων ἅπαντ' ἴσχει ταῦτα;

ΠΡΩ. Τοῦτο μὲν οὐδ' ἀποκρίσεως ἀξίον ἐρωτᾷς.

ΣΩ. Ὅρθως ταῦτα γὰρ ἐρεῖς, οἶμαι, περὶ τε D τῆς ἐν τοῖς ζώοις γῆς τῆς ἐνθάδε καὶ τῆς ἐν τῷ παντί, καὶ τῶν ἄλλων δὴ πάντων ὅσων ἠρώτησα ὀλίγον ἐμπροσθεν, οὕτως ἀποκρινεῖ.

ΠΡΩ. Τίς γὰρ ἀποκρινόμενος ἄλλως ὑγιαίνων ἂν ποτε φανείη;

D. Ὅρθως ταῦτα γὰρ ἐρεῖς] Sic Bodl. Vat. Ven. II. et Euseb. pro vulg. ταῦτα γ' ἂν ἐρεῖς.

τῶν ἄλλων δὴ πάντων] πάντων, quod olim deerat, restitutum est e Bodl. Vat. Ven. II. Pro ἀποκρινῇ hic quoque Bodl. et Vat. ἀποκρινεῖ.

βλαβερωτάτω πρὸς τὴν παιδείαν. Ibid. p. 246. D. ἔχον μὲν ψυχὴν, ἔχον δὲ σῶμα. Xenoph. Mem. III, 8, 10. ἡδὲ μὲν γὰρ ἰδόντας προσεύξασθαι, ἡδὲ δὲ ἀγνώως ἔχοντας προσεῖναι. Ibid. IV, 2, 35. πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ κάλλος — διαφθείρονται, πολλοὶ δὲ διὰ τὴν ἰσχύν. Anab. II, 5, 9. οἶον γὰρ σοὶ πάσα μὲν ἰδὸς εὐπαρῶς, πᾶς δὲ ποταμὸς διαβρωτός. Ibid. III, 1, 40. ὡς ἀθύρωσι μὲν ἦλθον ἐπὶ τὰ ὄπλα, ἀθύρωσι δὲ πρὸς τὰς φυλακὰς. Ibid. III, 2, 4. ὄρατε μὲν τὴν βασιλέως ἐπιτοκήσαν, ὄρατε δὲ τὴν Τισσαφέρνηος ἀπιστίαν. Ibid. III, 4, 45. ἐν ταῦθα πολλὴ μὲν κραυγὴ ἦν — πολλὴ δὲ κ. τ. λ. Ibid. V, 6, 15. V, 8, 20. al. conf. Reiz. ad Viger. p. 841. not. 534.

τρέφεται καὶ γίγνεται ἐκ τούτου] H. e. ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν. Itaque verba ὑπὸ τοῦ παρ' ἡμῶν πυρός continent repetitionem eiusdem notionis. —

ἅπαντ' ἴσχει ταῦτα, intellig. τὸ τρέφεται καὶ γίγνεται καὶ ἀρχεται. Pro ὑπ' ἐκείνου malim ἀπ' ἐκείνου.

D. ταῦτα γὰρ ἐρεῖς, οἶμαι.] Sic tres optimi libri cum Eusebio. Ceteri ταῦτα γ' ἂν ἐρεῖς. Quod quamquam usui loquendi non omnino adversatur, siquidem futuri cum ἂν iuncti non pauca reperiri exempla praeter alios docuit Matthiae Gr. p. 1411. ed. 3., tamen ab hoc quidem loco alienum videtur. Elegans est Astii coniectura ταῦτα γ' αὐτῷ ἐρεῖς. Etiam Ficinus: Recte eadem quoque de animalium ac mundi terra, opinor, diceres. — τῆς ἐνθάδε, h. e. τῆς παρ' ἡμῶν. — καὶ τῶν ἄλλων δὴ πάντων, et de reliquis etiam elementis, de quibus paullo ante interrogavi. Verba οὕτως ἀποκρινεῖ, quae omitti poterant post ταῦτα ἐρεῖς, ex ab-

ΣΩ. Σχεδόν οὐδ' ὄστισοῦν. ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο ἐξῆς ἔπου. πάντα γὰρ ἡμεῖς ταῦτα τὰ νῦν δὴ λεχθέντα ἄρ' οὐκ εἰς ἓν συγκείμενα ἰδόντες ἐπινομάσαμεν σῶμα;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

Ε ΣΩ. Ταῦτόν δὴ λαβὲ καὶ περὶ τοῦδε, ὃν κόσμον λέγομεν. διὰ τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἂν εἴη τοῦ σῶμα, σύνθετον ὃν ἐκ τῶν αὐτῶν.

ΠΡΩ. Ὁρθότατα λέγεις.

ΣΩ. Πότερον οὖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ὄλω;

Ε. Ταῦτόν δὴ λαβὲ] Sic Vatic. Vett. edit. λάβε.

Ὁρθότατα λέγεις] Steph. Ὁρθότατον λ. adversantibus libris omnibus.

undanti adiciuntur. Cuius iterationis exempla non pauca suppetunt. Simile quid iam supra ad p. 13. B. Quocirca non est, cur cum Astio interpungamus: ἔμπροσθεν οὕτως ἀποκρινεῖ; ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο ἐξῆς [ἔπου.] Astius coniecit τῷ μετὰ τοῦτο. Vereor, ut recte. Nam τὸ μετὰ τοῦτο accusativus est absolute positus. Latine dixeris: sed quod deinde sequitur, de eo me deinceps sequere disputantem.

Ε. καὶ περὶ τοῦδε, ὃν κόσμον λέγομεν] Attractionem pronominis ὃν infra p. 40. A. habes eandem: λόγοι μὴν εἰσιν ἐν ἐκάστοις ἡμῶν, ἕς ἐλπίδας ὁνομάζομεν. Phaedr. p. 255. C. ἢ τοῦ φέροντος ἐκείνου πηγῆ, ὃν ἕμερον — ἄνομασε. ubi v. ann. Copiose de hoc usu loquendi exposuit Krügerus De Attractione Linguae Lat. p. 122 sqq. §. 53. qui quae habet rei exempla, ea augeri etiam possunt iis, quae collegit Buenemannus ad Lactantium p. 258. et 889. Usum nominis κόσμος attigimus ad Tim. p. 27. A.

ἐλλήφε τε καὶ ἴσχει;] Sic paullo ante: ἢ τοῦναντίον ὃν ἐκείνου τό τ' ἐμὸν, καὶ τὸ οὐκ καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζῶων ἅπαν ἴσχει ταῦτα; ubi codd. omnes ἴσχει.

P. 30. Τὸ παρ' ἡμῶν σῶμα ἄρ' οὐ ψ. f.] Argumentatur hunc in modum: Ab universi tanquam corpore omnia mutuatur nostrum corpus. Hoc autem animum habet. At unde nam illum accepisse censendum est? Nimirum corpus universi nisi animatum esset, ne homo quidem esset animum habiturus. Sunt enim animi hominum tanquam particulae quaedam decerptae ex universa mente divina. Quae est sententia plane Pythagorica. Cicero Tusc. V. 13. Humanus autem animus, decerptus ex mente divina, cum nullo alio nisi cum ipso deo — comparari potest. ubi v. Davidsius. De Divin. I. 49. a qua (natura deorum) ut doctissimi sapientissimisque placuit, haustos et libatos animos habemus. De Socratico. c. 21. Audiebam PY-

τὸ παρ' ἡμῶν σῶμα ἢ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῶν τοῦτο τρέφεται τε καὶ ὅσα νῦν δὴ περὶ αὐτῶν εἶπομεν, ἐλλήφε τε καὶ ἴσχει;

ΠΡΩ. Καὶ τοῦθ' ἕτερον, ὃ Σώκρατες, οὐκ ἄξιον ἐρωτήσεως.

ΣΩ. Τί δέ; τόδε ἄρα ἄξιον; ἢ πῶς ἐρεῖς;

ΠΡΩ. Λέγε τὸ ποῖον.

ΣΩ. Τὸ παρ' ἡμῶν σῶμα ἄρ' οὐ ψυχὴν γήσομεν ἔχειν;

ΠΡΩ. Δῆλον, ὅτι φήσομεν.

καὶ ἴσχει] V. ἔχει, quod e Bodl. Vat. Ven. II. mutatum. v. interpretat. Mox Vat. rursus *Ti dat*;

thagoram Pythagoreosque — nunquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. V. Iust. Lipsium Phys. Stoic. libr. III. diss. 8. Sed eodem prorsus modo Socrates apud Xenophontem Mem. I. 4, 8. οὐδὲ σεαυτὸν φρόνιμον τι δοκεῖς ἔχειν, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ οὐδὲν οἷε φρόνιμον εἶναι; καὶ ταῦτα εἰδώς, ὅτι γῆς τε μικρὸν μέρος ἐν τῷ σώματι πολλῆς οὐσῆς ἔχεις, καὶ ὑψηλὸ βραχὺ πολλοῦ ὄντος, καὶ τῶν ἄλλων δήπου μεγάλων ὄντων ἐκάστον μικρὸν, μέρος λαβόντι τὸ σῶμα συγκροτούσθαι σοι. τοῦν δ' ἄρα μόνον οὐδαμοῦ ὄντα σε εἶδεν, πῶς δοκεῖς συναρπάσαι, καὶ τὰδε τὰ ὑπερμεγέθη καὶ πλήθος ἄπειρα δι' ἀφροσύνην τινα οὕτως οἷε εὐτάκτως ἔχειν; lbjd. IV. 3, 14. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀφρώπου γε ψυχῆ, ἢ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο τῶν ἀνθρώπων, τοῦ θεοῦ μετέχει, οὐ μὲν βασιλεύει ἐν ἡμῶν, φανερόν, ὁράται δὲ οὐδ' αὐτῆ. Cicero De N. D. III. 11. At quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in

mundo. Ibid. II. 6. §. 6. Et tamen ex ipsa hominum sollertia esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. Unde enim hanc homo arripuit? ut ait apud Xenophontem Socrates. Quin et humorem et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique illum spirabilem, si quis quaerat, unde habeamus apparet; quod aliud a terra sumimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem spiritu ducimus; illud autem, quod vincit haec omnia, rationem dico, et si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus? unde sustulimus? an cetera mundus habebit, hoc unum, quod plurimi est, non habebit? Conf. Sexti. Empir. adv. Matth. IX, 61. ibique Fabricium.

ΣΩ. Πόθεν, ὦ φίλε Πρώταρχε, λαβόν, εἶπερ μὴ τό γε τοῦ παντός σώμα ζυμνυχον ὄν ἐτύγχανε, ταῦτά γε ἔχον τούτῳ καὶ ἐτι πάντῃ καλλίονα;

ΠΡΩ. Δῆλον ὡς οὐδαμῶθεν ἄλλοθεν, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε, ὦ Πρώταρχε, τὰ τέταρα ἐκείνα, πέρασ καὶ ἄπειρον καὶ κοινόν
B καὶ τὸ τῆς αἰτίας γένος, ἐν ἅπασι τέταρτον ἐνόν,

P. 30. ζυμνυχον ὄν ἐτ.] ἐὼν Bodl. Vat. Ven. Π. πάντῃ καλλίονα;] πάντῃ, quod vet. editt. cum plurimis codd. mss. ignorant, obtulerunt Bodl. Vat. Ven. Π. Coisl. cum Eusebio.

πέρασ καὶ ἄπειρον καὶ κοινόν] πέρασ om. Bodl. Ven. Π. in marg. habet Vat.

Πόθεν, ὦ φ. Πρ., λαβόν,] Int. αὐτὸ φήσομεν ψυχὴν ἔχειν. Phaedon. p. 74. B. ἢ καὶ ἐπιστάμεθα αὐτὸ ὅ ἐστιν; Πάνυ γε, ἢ δ' ὄς. Πόθεν λαβόντες αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην; Ibid. 76. C. Alcibiad. I. p. 110. C. Ἐργασ. καὶ ἠπιότημην γε. Soer. Ἐν ὁποῖω χρόνῳ ἐξενῶν; Οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε —] Anacoluthia huius loci prorsus singularis est, nec tamen eiusmodi, ut explicari nequeat. Nam illud quidem nunc nullo pacto concedimus, locum nisi quatenus ex codicibus mutandus fuit, indigere emendatione. Sententia verborum haec est: Nunquam enim dabimus ex quattuor illis generibus, infinito, finito, mixto atque τῷ αἰτῶ, quartum hoc, quatenus in nobis inest atque mentem et animum pariter atque corporis vires nobis largitur, omnem generis sapientiam dici; quum vero eadem et multo meliora in universo et magnis partibus insint, in his illud causae genus pulcherrimorum ac praestantissimorum non effecisse naturam. Ex qua interpretatio-

ne liquet de uno maxime causae genere agi, ita tamen, ut reliquorum trium generum mentio item fieri debuerit. Hinc igitur sermonis initium eiusmodi est, ut de quattuor generibus dictum iri expectemus; deinde vero, repentina facta orationis conversione, de quarto tantum genere agitur. Res nihil aut parum molestiae habitura esset, si hunc in modum scriptum legeretur: οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε — τῶν τετάρων ἐκείνων, πέρατος καὶ ἀπέριου καὶ κοινού καὶ τοῦ τῆς αἰτίας γένους, τοῦτο μὲν ἐν ἅπασι τέταρτον ἐνόν, καὶ ἐν μὲν τοῖς παρ' ἡμῶν — σοφῶν ἐπικαλεῖσθαι, κ. τ. λ. Nunc vero praemisissis istis: τὰ τέταρ' ἐκείνα — τέταρτον ἐνόν, inchoata verborum constructio protenus deseritur atque de quarto tantum genere perinde dicitur, ac si reliquorum generum non iniecta mentio esset. Dicitur vero quartum illud causae genus primum quidem τοῖς παρ' ἡμῶν ψυχὴν παράγειν. Recte vero. Nam ipsa anima ex finito et infinito temperata est; id temperamentum autem indiget

τοῦτο ἐν μὲν τοῖς παρ' ἡμῶν ψυχὴν τε παρέχον καὶ σωμαστικὴν ἐμποιοῦν καὶ πταίσαντος σώματος ἰατρικὴν καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλα ζυμνιθὲν καὶ ἀκούμενον πᾶσαν καὶ παντοίαν σοφίαν ἐπικαλεῖσθαι, τῶν δ' αὐτῶν τούτων ὄντων ἐν ὄλῳ τε οὐρανῷ καὶ κατὰ μεγάλα μέρη, καὶ προσέτι καλῶν καὶ εἰλικρινῶν, ἐν τούτοις δ' οἷα ἄρα μεμηχανῆσθαι τὴν τῶν καλλίστων καὶ τιμιωτάτων φύσιν.

ΠΡΩ. Ἄλλ' οὐδαμῶς τοῦτό γ' ἂν λόγον ἔχοι. C

B. καὶ σωμαστικὴν] V. καὶ σῶμα στικῶν. Flor. b. καὶ σῶμα καὶ σικῶν.

τὴν τῶν καλλίστων] Pro τὴν Bodl. Vat. et pr. Ven. Π. habent διὰ, quod unde natum sit, docet lectio Ven. Π. rec. διὰ τὴν τ.

certo quodam moderamine, quod non potest nisi a sapienti aliqua caussa et principio proficisci. Hinc igitur in Timaeo deus narratur ipsam mundi animam ad geometricas proportiones composuisse, p. 34. C. sqq. ubi v. quae copiosius de hac re exposuimus. Porro quarto illi causae generi etiam accepta referri dicitur σωμαστικὴ καὶ ἰατρικὴ, h. e. corporis valetudo. Nam σωμαστικὴ pertinet ad sani corporis exercitationem, ἰατρικὴ autem ad affectae valetudinis restitutionem et conservationem. Ex quo apparet, perquam inepte vulgo scribi σῶμα στικῶν. Legg. I. p. 646. D. ubi σωμαστικὴ item legitur. Enimvero solent Graeci γυμναστικὴν et ἰατρικὴν, ubi de corporis valetudine mentionem indiciunt, creberrime coniungere. Plat. Sophist. p. 228. E. περὶ μὲν αἰσχος γυμναστικῆς, περὶ δὲ νόσον ἰατρικῆς. Politic. p. 267. E. γυμναστικὴ καὶ τὸ τῶν ἰατρῶν γένος. Legg. III. p. 684. C. Gorg. p. 464. A. Protag. p. 313. D. Criton. p. 47. B. al. Quod autem prosperae valetudinis beneficium ad quar-

tum illud causae genus revocatur, id neminem morabitur. Nam quum ex mixto genere praeclara quaevis originem suam habeant, hoc ipsum autem sine caussa effectrice omnino nullum sit, facile intelligitur, quatenus ista omnia τῷ αἰτῶ tribui poterint. Quocirca illud etiam in aliis alia dicitur ἀντιθέσθαι καὶ ἀπέσθαι, h. e. resarcire, restituere, reparare; de quo usu verbi v. Hemsterhus. ad Thom. M. p. 26. Wesseling. ad Herodot. V. 94. Ast. ad Plat. Legg. p. 537. Krabinger. ad Synes. De Regno p. 144. Iam vero in altera periodi parte sermo orditur a genitivis absolutis, τῶν δὲ αὐτῶν τούτων ὄντων (quattuor intelligit rerum genera); ac deinde ad infinitivum μεμηχανῆσθαι subiecti loco intelligendum relinquitur τὸ τῆς αἰτίας γένος. Istud ἐκ τούτων autem cave ad τῶν αὐτῶν τούτοις retuleris; spectat enim manifesto ad ἐν ὄλῳ τε οὐρανῷ καὶ κατὰ μεγάλα μέρη (τοῦ οὐρανοῦ). Quae omnia ita comparata sunt, ut nihil habeant molestiae vel of-

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ' ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν ἐπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν, ὡς ἔστιν, ἃ πολυτάκτως εἰρήκαμεν, ἄπειρόν τε ἐν τῷ παντὶ πολὺ καὶ πέραις ἱκανόν, καὶ τις ἐπ' αὐτοῖς αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ συντάττουσα ἐμειντούς τε καὶ ὄρας καὶ μῆνας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατ' ἂν.

ΠΡΩ. Δικαιότατα δῆτα.

ΣΩ. Σοφία μὴν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἂν ποτε γενοίσθην.

ΠΡΩ. Οὐ γὰρ οὖν.

D. καθότι φίλον] καθὸ Bodl. Vat. et pr. Ven. H.

fensionis. Repetitur vero praegressum δὲ post ἐν τοῦτοις iam cum vi per δὲ ἄρα, quod in eiusmodi conclusionibus tanquam propriam sedem habere ad Apolog. Socr. p. 34. C. ostendimus. Denique τὴν τῶν καλλίστων καὶ τ. φύσιν nota periphrasi dictum, pro τὰ φύσει καλλίστα καὶ τιμιώτατα, de quo loquendi genere v. ad Sympos. p. 191. A.

C. μετ' ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν ἐπόμενοι] alteram sequentes ac tenentes rationem. De constructione v. Matthiae Gr. §. 403.

καὶ πέραις ἱκανόν, καὶ τις ἐπ' αὐτοῖς —] Winckelmannus Praefat. ad edit. min. p. XI. miratur neminem interpretum vidisse, non esse integram sententiam; excidisse enim post ἱκανόν haud dubie καὶ κοινόν. Nos vero vicissim miramur, non pervidisse Winckelmannum, vel omissis istis verbis sententiae integritatem optime sibi constare. Nam mixti genus quia ex finito et infinito constat, certe nulla caussa fuit, cur nunc diserte commemoraretur, quandoquidem

causae principium illis duobus praeesse dicitur: quod ipsum iis recte demum temperatis et in unum coniunctis locum habere potest. Quanquam si quid desideres, pro ἱκανόν reposuerim καὶ κοινόν, illo vocabulo in id, quod desideratur, mutato. Mox ὄρας sunt anni temperatae; de qua vocabuli significatione v. Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 292.

σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατ' ἂν.] H. e. ἡ σοφία καὶ τοῦς δικαιότατ' ἂν λέγοιτο. De Rep. VIII. p. 562. A. δημοκρατικός ὁρθῶς ἀνπροσ-αγορευόμενος. Ibid. V. p. 478. E. καὶ οὐδέτερον — ὁρθῶς ἂν προσαγορευόμενον. Sophist. p. 224. A. τὸν ἄγοντι καὶ παλοῦντα ἔμπορον ὁρθῶς ἂν λεγόμενον παρέχειν. Infra p. 52. C. τὰς σχεδὸν ἀκαθάρατους ὁρθῶς ἂν λεγόμενους.

Σοφία μὴν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς] Tim. p. 30. B. νοῦν δ' αὐτὸν χωρὶς ψυχῆς ἀδύνατον παραγεῖσθαι τῷ. διὰ δὲ τὸν λογισμὸν τόνδε νοῦν μὴ ἐν ψυχῇ, ψυχῆν δ' ἐν σώματι συνιστᾶς τὸ πᾶν ζυγατεκταίνετο.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Λιδὸς ἐρεῖς φύσει D
βασιλικὴν μὲν ψυχὴν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίγνεσθαι
διὰ τὴν τῆς αἰτίας δύναμιν, ἐν δὲ ἄλλοις ἄλλα κα-
λά, καθότι φίλον ἐκάστοις λέγεσθαι.

ΠΡΩ. Μάλα γε.

ΣΩ. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ἡμᾶς μὴ τι μάτην
δόξης, ὃ Πρώταρχε, εἰρηκέναι, ἀλλ' ἔστι τοῖς μὲν
πάλαι ἀποφηναιμένοις ὡς αἰὲ τοῦ παντὸς νοῦς ἄρ-
χει ζύμμαχος ἐκείνοις.

ΠΡΩ. Ἔστι γὰρ οὖν.

ΣΩ. Τῇ δὲ γε ἐμῇ ζητήσῃ πεπορικῶς ἀπόκρι-

D. ἐν μὲν τῇ τοῦ Λιδὸς
ἐρεῖς φύσει] Nam Iupiter
summae rationis imago est.
Praeivit iam Homerus Iliad.
XIII. v. 355. ἀλλὰ Ζεὺς πρότε-
ρας γέγονε καὶ πλείονα ἤδη.
Phaedr. p. 247. A. 252. C ubi
v. ann. conf. Plotin. Enn.
III. 5. p. 298. C. IV, 4. p.
403. A. Plutarch. De Is. et
Osir. T. II. p. 351. D.

ἐν δὲ ἄλλοις ἄλλα καλά.]
Ad ἄλλοις ex praecedenti τοῦ
Λιδὸς intelligendum θεοῖς, sicuti
docet formula φίλον ἐκάστοις
ἐπὶ, de diis non infrequens.
Criton. p. 43. E. εἰ ταύτη τοῖς
θεοῖς φίλον. ταύτη ἔστω. Phae-
dr. p. 246. D. ὅση τῷ θεῷ φί-
λον. Apol. p. 19. A. ὁμοῦ δὲ
τοῦτο μὲν ἔγω, ὅση τῷ θεῷ φί-
λον. Legg. X. p. 886. D. ὅση
θεοῖσι φίλον. Supra p. 12. C.
ὅση ἐκείνη (τῇ Ἀφροδίτῃ) φί-
λον. Formulam illustrarunt
etiam Muretus Varr. Lect. II,
12. Gataker. ad Antonin. IV,
31. Synesin ne mireris, auda-
ciora etiam sunt illa Legg. I. p.
627. C. πολλοὶ ἀδελφοὶ πον γέ-
νοιτ' ἂν ἐνὸς ἀνδρός τε καὶ
μίας νέεως, ubi int. μητρός.
Ceterum conf. Sophocl. Oed.

Col. v. 43. Οἱ τῶν τὸ σεμνόν
ὄνομα ἂν ἐξέταμην κλύων; ΑΘ.
τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας
δ' ἢ ἐνθάδ' ἂν εἶποι λέως νιν·
ἄλλα δ' ἄλλα γοῦ καλά, ubi
v. Reisig. Nimirum fuit haec
formula verecundae in deos re-
verentiae.

ἔστι τοῖς μὲν πάλαι ἀπο-
φηναιμένοις —] opitulatur
iis, qui dudum mentem
regere omnem rerum uni-
versitatem docuerunt. In-
telligi Anaxagoram eiusque as-
sectatores, satis apparet. Abun-
danter vero ἐκείνοις post sub-
iectum τοῖς ἀποφηναιμένοις in-
fertur: quod ne quis moleste
ferat, similem usum pronomi-
nis αὐτὸς attigimus ad Phae-
don. p. 111. C. Sympos. p.
195. A. Xenoph. Cyrop. I, 3,
15. περὶ ἄσσομαι τῷ πάπῳ, ἀγα-
θῶν ἐπὶ πᾶσι κράτιστος ἂν ἰπ-
πέως, συμμαχῆν αὐτῷ. ubi v.
intpp. conf. Matthiae Gr. §.
467. 2. Bernhardy Syntax.
p. 290.

πεπορικῶς ἀπόκρισιν]
Repetendum ex superioribus
ἐστίν. Quaestionem dicit p. 28.
A. motam.

Εσιν, ὅτι νοῦς ἐστὶ γενούσσης τοῦ πάντων αἰτίου λεχθέντος τῶν τετάρων, ὧν ἦν ἡμῖν ἐν τούτῳ. ἔχεις γὰρ δήπου νῦν ἡμῶν ἤδη τὴν ἀπόκρισιν.

Ε. νοῦς ἐστὶ γενούσσης τοῦ π.] γένους τῆς Bodl. Vat. Inde Bekkerus correxit νοῦς ἐστὶ γένους τοῦ πάντων κ. τ. λ. sed nulla opus esse correctione docebunt, quae infra in interpret. ex-

Ε. *ὅτι νοῦς ἐστὶ γενούσσης τοῦ π. αἰτίου*] Frustra sunt qui locum mutandum putarunt propterea, quod γενούσσης vocabulum sit plane inauditum. I. Bekkerus scripsit ἐστὶ γένους τοῦ πάντων κ. τ. λ., nisi fallor, mera de coniectura. Nostri quidem libri vulgatam lectionem teneunt unanimi consensione; et suspicamur nec codd. Bekkeri aliud quid suppeditasse, nisi quod Bodl. et Vat. γένους τῆς habent, id quod etiam a Bastio et Gaisfordo didicimus. Accedit auctoritas grammaticorum, qui hoc vocabulum tanquam Platonicum certatim memorarunt. Hesychius T. I. p. 817. γενούσσης· ἐπὶ τοῦ θεοῦ ἐνοίας, ὁ γεννητικός. Suidas T. I. p. 471. γεννούσσης (sic enim apud eum scribitur) οἷον γεννήτης ἢ συγγενής ἢ ἕγγονος. τὸ τελευταῖον ἐκδέχασθαι ἄμεινον. Etymol. M. γενούσσης· παρὰ Πλάτωνι ἐν Φιλιππῶ ἐπὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνοίας, οἷον ὁ γεννητικός. Gramm. in Bekkeri Anecd. I. p. 231. qui habet eadem. Sch. ad h. l. γενούσσης· ὁ οἷον γεννήτης, ἢ συγγενής ἢ ἕγγονος, ὧν τὸ τελευταῖον ἐκδέχασθαι ἄμεινον· ἢ οἷον ὁ γεννητικός. Etiam Olympiodorus γενούσσης legit, qui in eo agnoscit λέξιν καινοτέραν. Quid igitur tanta quum sit testium multitudo, qui vulgatae lectionis veritatem confirmant, num eam nihilominus deserendam vel potius abiciendam censebimus?

Enimvero critici hoc foret sane audacioris, ne dicam prope temerarii, praesertim si qua suppetat inusitati vocabuli defensio. Eam vero in promptu habemus. Putamus enim Socratem Platonicum, quum proprie dicendum esset γεννήτης vel γενήτης, quo nomine appellatos esse constat, qui eiusdem generis et familiae essent, faceto lusu novum finxisse vocabulum γενούσσης, quippe quod ipso sono suo prope ad τὸν νοῦν accederet. Tales originationum lusus complures alibi notavimus, imprimis in Cratylo et Politico. Ac simile quiddam habemus infra p. 64. A. ubi νοῦς dicitur ἐμφρόνως καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα. Addimus praeterea p. 17. D. E. Quod si ita est, etiam in posterum, opinor, hic γενούσσης, per ludibrium fictus, locum suum tenebitur. Similiter Germanice ludere liceat sic: Dass der Verstand ein Standesgenosse des Ursächlichen ist.

αἰτίου λεχθέντος τῶν τετάρων ὧν ἦν ἡμῖν] Locus manifesto corruptus ac depravatus, quem etiam nunc sic refingendum censemus: λεχθέντος τῶν τετάρων ὅ ἦν ἡμῖν ἐν τούτῳ. h. e. erat autem hoc nobis unum de quatuor illis, quae saepe diximus, generibus. Coniecturam firmarunt tres codices primarii, qui ὧν omittunt. In aliis libris ἦν omissum est, quod

HPΩ. Ἐχω καὶ μάλα ἱκανῶς· καίτοι με ἀποκρινάμενος ἔλαθες.

posuimus.

τῶν τετάρων, ὧν ἦν ἡμῖν] ὧν om. Bodl. Vat. et pr. Ven. II. In Ven. AZ. Aug. Flor. a. i. deest ἦν. Locus corruptus. v. infra interpret.

ipsum quoque verae lectionis vestigium ostendit.

ἔχεις γὰρ δήπου — ἀποκρίσιν] tenes enim iam tandem, opinor, nostram responsionem. conf. Phaedon. p. 71. A. ἱκανῶς οὖν, ἔφη, ἔχομεν τούτο, ὅτι πάντα οὕτω γίνονται, ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα; Πάν γε. Ibid. p. 100. D. τούτο ἔχω — παρ' ἐμάντι. Legg. IV. in. ἔχετε γὰρ ὁ λέγω πού. De Rep. V. p. 477. A. ἱκανῶς οὖν τούτο ἔχομεν ὅτι κ. τ. λ. Alia id genus dabit Wunderu s. ad Sophocl. Antigon. v. 9.

καίτοι με ἀποκρινάμενος ἔλαθες] H. e. λαθές με ὅτι ἀπεκρίθην, latuit mihi te iam respondisse (h. e. fugit me, quod iam respondisses s. responderas) sed ἀποκρινόμενος foret ὅτι ἀπεκρίθην, fugit me responsum abs te dari, sive, ut licentius dicam perspicuitatis gratia: latuit me, quod respondebas s. responderes. Ex quo apparet, quo discrimine utrumque dicatur et utrum huic loco conveniat; apparet item falsum esse, quod olim Fr. Aug. Wolffii auctoritatem secutus scripsi, aoristum talium verborum, quale est λαθάνειν, φθάνειν, τυγχάνειν, fere etiam participia aoristi adsciscere; quam sententiam ipsi paullo post repudiandam esse intelleximus. Quanquam quod tunc iudicavimus, Graecos in usu participiorum hanc sibi legem sanxisse, ut ea ponerent illorum tem-

pora, quibus re per verbum finitum expressa opus futurum videretur, id etiam nunc teneamus, si modo recte intelligatur neque malis calumniis in alienum sensum detorqueatur. Nam ubi durans aliqua res verbo finito significatur, participium durantis actionis usurpari solet; pariterque, ubi quid tanquam absolutum iam aut peractum cogitandum est, ibi id tempus adhibetur, quod rem absolutam esse significat. In quo tamen diligenter tenendum, quod profecto nulla indiget admonitione, participia quatenus ad verbum finitum referuntur, sic semper declaranda esse, uti horum notationi vel rei ipsi consentaneum sit. Quod ipsum significavimus dicentes, ea tempora, i. e. eiusmodi tempora, participiorum poni solere, quibus re per verbum finitum expressa opus videatur. Itaque hoc loco, ubi agitur de re praeterita, inepte feceris, si quod scriptum legitur in codicibus nonnullis, λαθές με ἀποκρινόμενος, velis sic interpretari: ἀποκρίθην καὶ ἔλαθές με; neque enim de re praesenti agitur; imo imperfecto res explicanda est, quippe quo tempore durans actio temporis praeteriti designari soleat, ut sententia sit haec: λαθές με, ὅτι ἀπεκρίθην. Neque minus insaniat, si quis verba, ἀπέθανε μαχόμενος, sic explicanda statuatur: μάχεσθαι καὶ ἀπέθανε, id quod ne furioso quidem in mentem venire poterit.

ΣΩ. Ἀνάπαντα γὰρ, ὡς Πρώταρχε, τῆς σπουδῆς γίγνεται ἐνίοτε ἢ παιδιά.

ΠΡΩ. Καλῶς εἶπες.

31 ΣΩ. Νοῦς δῆπου, ὡς εἶπες, οὐ μὲν γένους ἐστὶ καὶ τίνα ποτὲ δύναμιν κέκτηται, σχεδὸν ἐπιεικῶς ἢ μὴν τὰ νῦν δεδήλωται.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἡδονῆς γε ὡσαύτως πάλαι τὸ γένος ἐφάνη.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα.

ὡς Πρώταρχε, τῆς σπουδῆς] Sic Bodl. Vat. Ven. APS. Coisl. Par. BCH. Flor. a. b. c. i. Vett. edit. τῆς σπουδῆς, ὡς Πρ. καλῶς εἶπες] καὶ καλῶς εἶπες Bodl. Vat. Ven. P.

P. 31. Νοῦς δῆπου, ὡς εἶπες,] Vett. edit. Νῦν δῆπου, ὡς εἶ. Sed pro νῦν Coisl. habet νοῦν, unde Bekkerus νοῦς fecit. In Bodl. Vat. et fortasse etiam pr. Ven. P. scriptum νῦν δῆ νοῦς, ὡς εἶ., quod minus placet.

καὶ τοῦτου σχεδὸν τοῦ γένους] τοῦ om. Ven. A. Par. CH. Angel. Flor. a. b. c. i. Dein pro αὐτῆ Bodl. αὐτῆ.

Patet enim re per verbum finitum expressa opus esse tempore durantis actionis temporis praeteriti, h. e. imperfecto, ideoque sententiam esse hanc: ἀπέθανε, ὅτε ἐμάχετο. Sed haec paucis significasse satis erit; intelliguntur enim ab omnibus facillime, qui eam, quam hac quidem in causa unice probamus, temporum distributionem iam a veteribus grammaticis traditam illam, cognitam exploratamque habeant. Nunc addere quaedam aoristi cum praesenti tempore iuncti exempla liceat; nam alterius rationis documentis nullis sane opus erit. Plat. Criton. p. 49. B. ἐλάθον ἡμᾶς αὐτοῦ παιδῶν οὐδὲν διαφέρουσιν. Theaet. p. 169. C. μή ποῦ παιδικὸν τι λάθωμεν εἶδος τῶν λόγων ποιούμενοι. De Rep. V. p. 457. E. ἀλλ' οὐκ ἐλαθεσ ἀποδοράσκων. Ibid. VI. p. 486. A. μή σε λάθῃ μετέχουσα ἀνελευθερίας. Phaedon. p. 77. E. Legg. VII. p. 801. A. Verum

haec ad praesentem disputationem sufficient. Quamquam animi causa plura etiam addere licuerit, siquidem ἀνάπαντα, ut ait Socrates, τῆς σπουδῆς γίγνεται ἐνίοτε ἢ παιδιά. Quo dicto usus est etiam Aristaeetus Epist. XXVI. p. 117. ed. Boiss. ubi v. intpp.

P. 31. Νοῦς δῆπου — τὰ νῦν δεδήλωται] Scribatur vulgo: Νῦν δῆπου, ὡς εἶπες, κ. τ. λ. Quod in Bodl. ceterisque eiusdem familiae codicibus mutatum est sic: Νῦν δῆ νοῦς, ὡς εἶπες, κ. τ. λ. Ea vero lectio, etsi nuperis editoribus unice probata est, tamen nobis quidem displicet vehementissime. Nam quod post Νῦν δῆ deinde τὰ νῦν infertur, id adeo accidit molestum, ut prope intolerabile videatur. Praeterea illud ipsum Νῦν δῆ nunc parum commode initio commatis ponitur, sicuti utrum ea in corpore, an in animo, an in utroque simul insit, rationem diligentius excusserint, imprimisque sequentium verbo-

ΣΩ. Μενώμεθα δὴ καὶ ταῦτα περὶ ἀμφοῖν, ὅτι τοῦς μὲν αἰτίας ἢν ξυγγενῆς καὶ τοῦτου σχεδὸν τοῦ γένους; ἡδονὴ δὲ ἀπειρός τε αὐτῆ καὶ τοῦ μήτε ἀρχὴν μήτε μέσα μήτε τέλος ἐν αὐτῷ ἀφ' αὐτοῦ ἔχοντος μηδὲ ἔξοντός ποτε γένους.

ΠΡΩ. Μενησόμεθα· πῶς γὰρ οὐ;

Cap. XVII. Αἰὶ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο, ἐν ᾧ τέ ἐστιν ἐκότερον αὐτοῖν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεσθον, ὁπόταν γίγνησθον, ἰδεῖν ἡμᾶς· πρῶτον τὴν ἡδονὴν· ὡς περ τὸ γένος αὐτῆς πρότερον ἐβασανίσαιμεν, οὕτω καὶ

ἐν αὐτῷ ἀφ' αὐτοῦ] V. ἀφ' αὐτοῦ ἐν αὐτῷ. Plerique cum Bodl. et Coisl. ἐν αὐτῷ ἀφ' αὐτοῦ. Sed ἐν αὐτῷ ἀφ' αὐτοῦ Vat. Ven. P. Angel.

B. διὰ τί πάθος γ.] Vitiose Bodl. Vat. Ven. P. πλήθος. Sed Vat. marg. πάθος. Idem Vat. ὁπότ' ἐν γίγνησθον.

ἰδεῖν ἡμᾶς· πρῶτον τὴν ἡδονὴν· ὡς περ τὸ γ.] Sic haec distinguere placuit. Vulgo ἰδεῖν ἡμᾶς τὴν ἡδονὴν, ὡς περ κ. τ. λ. v. interpretat.

rum, καὶ μὴ ἡδονῆς γε ὡσαύτως κ. τ. λ. non negligentes fuerint. Itaque hanc scripturam rursus habemus pro correctione parum felici eorum, quibus codicum illorum recensionem acceptam referimus. Verum autem prodit sine dubio, quod in reliquis libris omnibus scriptum legitur Νῦν δῆπου, quam lectionem Bekkerus prudentissimo consilio emendavit.

Μενώμεθα δὴ καὶ ταῦτα] itaque iam praeter ea, quae antea de iis exposita sunt, etiam haec recorderetur etc. Neque enim καὶ ante ταῦτα temere est inculcatum. — καὶ τοῦ μήτε ἀρχὴν, h. e. generis natura sua perpetuo fluctuantis, nec ullum habentis terminum atque finem.

B. Αἰὶ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο —] Quererere iam instituit de sede quasi ac domicilio voluptatis et sapientiae, siquidem utrum ea in corpore, an in animo, an in utroque simul insit, capiosius disputatur; disquirat

item de affectione et animi et corporis, qua ita fiat, ut eius participes reddamur. Ex quo apparet, quid nunc πάθος intelligatur. Est enim id, quo quis afficitur; status et conditio vel animi vel corporis, qua quis aliquo modo affectus utitur. Quod non eram moniturus, nisi olim Hülsemannum, interpretem libri mira perversitate insignem, hic quoque delirasse atque alios quosdam in eiusdem erroris traxisse communionem vidissem. De ὁπόταν γίγνηται v. ad Phaedon. p. 68. D. Euthyphron. p. 7. D. Gorg. p. 468. B. Cratyl. p. 423. B.

πρῶτον τὴν ἡδονὴν· ὡς περ τὸ γένος αὐτῆς — πρῶτα] Ita hunc locum dudum interpungendum censuimus; qua interpunctione restituta nemo iam de eius integritate dubitabit. Nam ad πρῶτον τὴν ἡδονὴν ex superioribus iterandum δεῖ ἡμᾶς ἰδεῖν. Deinde vero per ἐπεξεῖσιν accedunt haec: ὡς περ τὸ

ταῦτα πρότερα. λύπης δ' αὖ χωρὶς τὴν ἡδονὴν οὐκ ἂν ποτε δυναίμεθα ἰκανῶς θασανίσαι.

ΠΡΩ. Ἄλλ' εἰ ταύτη χρὴ πορευέσθαι, ταύτη πορευώμεθα.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν σοὶ καθάπερ ἐμοὶ φαίνεται τῆς γενέσεως αὐτῶν περί;

C ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἐν τῷ κοινῷ μοι γένει ἅμα φαίνεσθον λύπη τε καὶ ἡδονὴ γίνεσθαι κατὰ φύσιν.

ΠΡΩ. Κοινὸν δέ γε, ὧ φίλε Σώκρατες, ὑπομίμησθε ἡμᾶς τί ποτε τῶν προειρημένων βούλει δηλοῦν.

ΣΩ. Ἔσται ταῦτ' εἰς δύναμιν, ὧ θαυμάσιε.

ΠΡΩ. Καλῶς εἶπες.

ΣΩ. Κοινὸν τοίνυν ὑπακούωμεν ὃ δὴ τῶν τετάρων τρίτον ἐλέγομεν.

[Ἄλλ' εἰ ταύτη χρὴ π.] Aldin. et Steph. hic nomen Protarchi et ante Ἄρ' οὖν nomen Socratis omittunt, quod factum item in codd. mss. non paucis.

C. ἅμα φαίνεσθον] Vett. editt. cum Par. E. φαίνεσθον ἅμα. Ὁ μετὰ τὸ ἄπειρον —] Ald. et Steph. hic rursus omittunt nomen Protarchi, quod praefixum habent verbis: Κάλλιστ' εἶπες. tum vero proxima τὸν νοῦν δέ — πρόσεχε Socrati tribuunt. Veram

γένος — ταῦτα πρότερα, ad quae item repetenda sunt verba ad primarii membri pleniorē intelligentiam necessaria. Itaque verba sic interpretamur: primum voluptatem considerare nos oportet; nam sicuti antea genus ipsius prius exploravimus, ita etiam haec prius considerare oportet, quibus ostendendum est, ἐν ᾧ τί ἐστιν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεται. Post ὅσπερ ne quis γάρ addendum putet, satis cavebunt, quae de hoc genere structurae exposuimus ad Phaedon. p. 61. D. Gorg. p. 448. E. Theaet. p. 172. D. Sophist. p. 258. C. Quae quum ita sint,

bona cum venia Stephani, Cornarii, Fischeri, aliorum, coniecturas silentio transire licebit.

C. Ἐν τῷ κοινῷ μοι γένει ἅμα φ.] Sedem voluptatis atque doloris in mixto genere quaerendam esse censet. Id quod fortasse alicui primo certe aspectu mirum videatur. Nam voluptas antea ad τὸ ἄπειρον referebatur. Enimvero probe discernenda est quaestio antea instituta, de genere voluptatis in se spectatae, ab ea quae nunc suscipitur de sede et origine doloris ac voluptatis. Dicitur igitur nunc voluptas ac dolor in τῷ κοινῷ sive ἐμμεμυγμένῳ inesse,

ΠΡΩ. Ὁ μετὰ τὸ ἄπειρον καὶ πέρας ἔλεγες; ἐν ᾧ καὶ ὑγίαιαν, οἶμαι δὲ καὶ ἀρμονίαν, ἐτίθεσο;

ΣΩ. Κάλλιστ' εἶπες. τὸν νοῦν δὲ ὃ τι μάλιστ' ἤδη πρόσεχε. D

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Λέγω τοίνυν τῆς ἀρμονίας μὲν λυομένης ἡμῶν ἐν τοῖς ζώοις ἅμα λύσιν τῆς φύσεως καὶ γένεσιν ἀληθόνων ἐν τῷ τότε γίνεσθαι χρόνῳ.

ΠΡΩ. Πάνυ λέγεις εἰκός.

ΣΩ. Πάλιν δὲ ἀρμοττομένης τε καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης ἡδονὴν γίνεσθαι λεκτέον, εἰ δεῖ δι' ὀλίγων περὶ μεγίστων ὃ τι τάχιστα ῥηθῆναι.

ΠΡΩ. Οἶμαι μὲν σε ὀρθῶς λέγειν, ὧ Σώκρατες, ἐμφανέστερον δὲ ἐτι ταῦτα ταῦτα πιερώμεθα λέγειν. E

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ δημόσια που καὶ περιφανῆ ῥᾶστον συννοεῖν;

personarum notationem ex edit. Bas. 1. et 2. primus restituit Fischerus, consentientibus aliquot codicibus, inter quos est Coislin. In Vat. et Bodl. sic scriptum: ἐτίθει. ὃ κάλλιστ' εἶπες: τὸν νοῦν δὲ δέ. —

ὃ τι μάλιστ' ἤδη] κάλλιστα Vat.

E. ἐτι ταῦτα ταῦτα] V. τὰ αὐτά, quod mutatum est e Bodl. et Vat.

propterea, nisi fallor, quod omnia animalia ipsique homines, in quos voluptatis ac doloris sensus cadit, ad τὴν γεγενημένην οὐσίαν referri debent; quidquid vero aut infinitum tantum est aut finitum, id voluptatis aut doloris capax esse non potest; neque enim in eo harmoniae vel dissolutio vel restitutio locum habet, in qua una voluptatis et doloris causam atque originem positam esse docetur.

κοινὸν τοίνυν ὑπακούωμεν] H. e. commune id intelligamus. Sophist. p. 261. D. τὸ ποῖον οὖν δὴ περὶ τῶν ὀνομάτων ὑπακουστέον; Mox de οἶμαι δὲ καὶ accusativo ἀρμονίας

absolute praemisso conf. Reip. V. p. 465. A. οἶμαι δὲ, οἷός τ' ἄλλως ἀτιμάσει. Gorg. p. 218. E. οἶμαι δὲ, καὶ ἐγὼ μᾶλλον εἴσομαι. v. praeterea ad Lachet. p. 184. B. Gorg. p. 460. A. De Rep. X. p. 608. D.

D. Λέγω τοίνυν τῆς ἀρμονίας μὲν λυομένης.] Retulit hunc locum in Eclogas Phys. suas Stobaeus p. 90. = 772. ed. Heeren. in compendium redegit totam disputationem Nemesius De Nat. Hom. p. 220 sqq. ed. Matthaei. De re ipsa conf. Tim. p. 64. B. sqq. ubi de voluptatis origine similiter explicatur.

HPΩ. Ποῖα.

ΣΩ. Πείνη μὲν που λύσις καὶ λύπη.

HPΩ. Ναί.

ΣΩ. Ἐδωδὴ δέ, πλήρωσις γιγνομένη πάλιν, ἡδονή.

HPΩ. Ναί.

ΣΩ. Αἰψος δ' αὖ φθορὰ καὶ λύπη [καὶ λύσις],
32 ἢ δὲ τοῦ ὑγροῦ πάλιν τὸ ξηρανθῆναι πληροῦσα δύνα-
μις ἡδονή. διάκρισις δὲ γ' αὖ καὶ διάλυσις ἢ παρὰ

[Ἐδωδὴ δέ, πλήρωσις γ.] Ven. A. Par. BC. Angel. Ἐδωδῆ,
quod dedit Bekkerus.

E. Πείνη μὲν που λύσις
καὶ λύπη.] In his καὶ λύπη
indicat id, quod ex λύσει conse-
quitur atque explicari potest,
ideoque tristitia; που au-
tem est assensionem alterius ex-
pectantis. Monui, ne quis hic
haereret. Dein Schleierma-
cherus correxit: Ἐδωδῆ δὲ πλή-
ρωσις κ. τ. λ. expletio per
cibum. Quod non debebat
Bekkerus recipere. Nam pri-
mum quidem ἔδωδῆ non tantum
est cibum qui comeditur,
sed etiam esus, quo fames
expletur. De Rep. I. p. 350.
A. ἐν τῇ ἔδωδῇ ἢ πύσει ἐθέλειν
ἂν τε ἰατρικοῦ πλεονεκειῖν ἢ
ἀνδρὸς ἢ πράγματος; quod recte
interpretatur in cibo aut
potu sumendo. Ita vero ap-
paret, ἔδωδῆ rectissime oppo-
niti τῇ πείνῃ. Deinde oppositionis
ratio impedit, quominus ἔδωδῆ
debeant praemittatur; debuit enim sic
esse hic ordo verborum: πλήρω-
σις δὲ ἔδωδῆ γιγνομένη. Itaque
librorum scripturam servandam
censemus, interpretamurque lo-
cum sic: Esus autem, quum
rursus fit expletio, vo-
luptas.

Αἰψος δ' αὖ φθορὰ καὶ
λύπη (καὶ λύσις)] Mani-

festum est, καὶ λύσις ortum esse
ex glossemate fortasse ad φθορὰ
adscripto, sed deinde alieno loco
verbis Platonis inserto. Nam
quemadmodum scribitur: Πείνη
μὲν που λύσις καὶ λύπη, h. e.
Fames, opinor, dissolutio
est ἰδεοῦque dolor; sic etiam
hic dicendum fuit: Sitis au-
tem corruptio est eoῦque
dolor, nec potuit iam subiungi
καὶ λύσις, in cuius locum φθορὰ
successit antea. Quod igitur
Cousinus Interpr. Gallic. p.
495. vulgatae lectionis patroci-
nium suscepit, non possum equi-
dem viro eximio hac in re as-
sentiri. Errorem etiam Schlei-
ermacherus notavit.

P. 32. διάκρισις δὲ γ' αὖ
— ἢ παρὰ φύσιν, τοῦ πνί-
γους πάθη, λύπη.] Sic haec
nunc distinximus cum I. G.
Schneidero, Saxone, Indic.
ad Theophrast. in v. Πνίγος.
Vulgo enim post διάλυσις inter-
pungebatur verbis, ἢ παρὰ φύσιν
τοῦ πνίγους πάθη, in unum con-
iunctis. Sententia verborum haec
est: Discretio autem ac
dissolutio (humidorum) na-
turae contraria, qui sunt
caloris effectus, sive af-
fectiones a calore pro-

φύσιν, τοῦ πνίγους πάθη, λύπη· κατὰ φύσιν δ' ἢ
πάλιν ἀπόδοσις τε καὶ ψύξις ἡδονή.

HPΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ ὄϊγους ἢ μὲν παρὰ φύσιν τοῦ ζῆου
τῆς ὑγρότητος πῆξις λύπη· πάλιν δ' εἰς ταῦτον
ἀπιόντων καὶ διακρινομένων ἢ κατὰ φύσιν ὁδὸς ἡδονή.
καὶ ἐνὶ λόγῳ σκοπεῖ, εἰ σοι μέτριος ὁ λόγος, ὅς ἂν
φῆ τὸ ἐκ τοῦ ἀπείρου καὶ πέρατος κατὰ φύσιν
ἐμψυχον γεγονὸς εἶδος, ὅπερ ἔλεγον ἐν τῷ πρόσθεν, B
ὅταν μὲν τοῦτο φθείρηται, τὴν μὲν φθορὰν λύπη

P. 32. κατὰ φύσιν δ' ἢ πάλιν] Vett. editt. κατὰ φύσιν
δὴ πάλιν. Emendavit Heusdius. Ven. Σ. corr. δὲ pro δῆ.
τὸ ἐκ τοῦ ἀπείρου] Libri ἐκ τῆς ἀπείρου. v. interpretat.

fectae, dolorem affert.
Nam ad διάκρισις καὶ διάλυσις
ex antecedentibus repetendum
est τοῦ ὑγροῦ; sicuti docent
proxima, quibus de frigore ex-
ponitur. De caloris et frigoris
origine atque causis Plato ex-
posuit Tim. p. 61. E. sqq. unde
haec lucem suam accipiunt.
Deinde κατὰ φύσιν primo loco
collocatum est oppositionis gra-
tia per quoddam genus chiasmi;
de quo verbo monuisse satis erit.

Καὶ ὄϊγους ἢ μὲν παρὰ
φύσιν — πῆξις] Duplex ge-
nitivus uni nomini adiunctus, ita
ut alter active, alter passive
significet. Multa id genus exem-
pla larga manu suppeditabit
Matthiae Gr. §. 380. Eodem
modo Latini. Cicero. De Nat.
Deor. II. 63, 158. canum tam
fida custodia tamque
amans dominorum adula-
tio. Sed de his consulas Wop-
kens. Leett. Tull. p. 89. Goe-
renz. ad Academ. Fin. III. 15,
51. Beier. ad Offic. I. 14, 43.
p. 107 sq. Intelligitur ergo ri-
gor humidorum a frigore
profectus, s. frigore ef-
fectus. Dein ἀπιόντων καὶ δια-
κρινομένων per synesin positum,
siquidem ex τῆς ὑγρότητος re-

petendum est τῶν ὑγρῶν, quod
etiam Bernhardio Syntax. p.
430. placuit. — εἰς ταῦτον
est: in eundem statum, in
quo fuerant antea. Quo-
circa non est, cur cum Schlei-
ermacherō corrigamus εἰς τὴν
ἐκ τῶν φύσιν, quod ille eruit e
lectione Stobaei εἰς τὴν ἀπείρου
φύσιν, quae fluxit ex interpreta-
tione.

εἰ σοι μέτριος ὁ λόγος] H. e. καλός, ὁρθός, num tibi
satisfaciat; v. ad Criton. p. 46.
C. Phaedon. p. 87. D. p. 96.
D. al.

B. ἐμψυχον γεγονὸς εἶ-
δος] Schleiermacherus ἐμ-
ψυχον scribendum putabat. At-
qui ita τῶν ἐμψυχον requiritur.
Quocirca in altera Operum Pla-
tonicorum editione, mente mu-
tata, ἐμψυχον retineri maluit.
In praegressis autem iam olim
correximus τὸ ἐκ τοῦ ἀπείρου,
pro eo, quod codd. magno er-
rore tumentur, τὸ ἐκ τῆς ἀπείρου.
Bas. 2. auctoritatem sequuti. Nisi
forte praestat scribere τὸ ἐξ
ἀπείρου καὶ πέρατος.

B. ὅταν μὲν τοῦτο φθεί-
ρηται, τὴν μὲν φθ. Con-
structio rursus ἀνακόλουθος est.
Nam accusativus τὸ ἐκ τοῦ ἀπ.

εἶναι, τὴν δ' εἰς τὴν αὐτῶν οὐσίαν ὁδόν, ταύτην δ' αὖ πάλιν τὴν ἀναχώρησιν πάντων ἡδονῆν.

ΠΡΩ. "Ἐστὼ δοκεῖ γάρ μοι τύπον γέ τινα ἔχειν.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν τοίνυν ἐν εἶδος τιθώμεθα λύπης τε καὶ ἡδονῆς ἐν τούτοις τοῖς πάθεισιν ἑκατέροις;

ΠΡΩ. Κεῖσθω.

Cap. XVIII. ΣΩ. Τιθεὶ τοίνυν αὐτῆς τῆς ψυχῆς κατὰ τὸ τούτων τῶν παθημάτων προσδόκημα τὸ μὲν πρὸ τῶν ἡδέων ἐπιζόμενον ἡδὺ καὶ θαρσάλιον, τὸ δὲ πρὸ τῶν λυπηρῶν φοβερόν καὶ ἀλγεινόν.

ΠΡΩ. "Ἔστι γὰρ οὖν τοῦθ' ἡδονῆς καὶ λύπης

*C. καὶ θαρσάλιον] θαρσάλιον Ven. A. et pr. E. Par. FH. Dein pro λυπηρῶν Bodl. Vat. Ven. II. Aug. λυπῶν. διὰ προσδοκίας γιγνόμενον] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. II Σ. Par. BCH. Angel. Flor. a. b. c. i. Vett. edit. προσδοκίαν.

— γεγονός εἶδος dehinc negligitur, ita quidem, ut iam pro eo accusativi τὴν μὲν φθορὰν, et ταύτην δ' αὖ τὴν ἀναχώρησιν inferantur, v. ad p. 30. A. B. Dein αὐτῶν per synesin ad ἑμψυχον εἶδος referendum.

τύπον γέ τινα ἔχειν] H. e. verisimilitudinis speciem referre. Loquutionem illustrabimus infra ad p. 61. A.

ἐν τούτοις τοῖς πάθεισιν ἑκατέροις] Post πάθεισιν vide an excederit ἐνόν.

Τιθεὶ τοίνυν αὐτῆς τῆς ψυχῆς] In his τοίνυν est iam vero, porro, neque habet vim οὐλλογιστικῆν, sed potius μεταβατικῆν: de quo voculae usu v. ad. Apol. Socr. p. 33. E. Remp. VIII. p. 565. X. p. 603. B. Protag. p. 319. B. conf. Schaefer, ad Demosth. Apparat. Vol. I. p. 223. 637, 795. 841. al. Enimvero consideratur dehinc alterum genus voluptatum soli animo proprium, quod ex eo habere originem dicitur, quod ex bonarum rerum expectatione voluptas, ex malarum metu do-

lor nascatur. Sed de argumento loci satis dictum est in Prolegomenis. — αὐτῆς τῆς ψυχῆς, solus animi et a corpore separati ac seiuncti, ut mox χωρὶς τοῦ σώματος αὐτῆς τῆς ψυχῆς, v. ad Phaedon. p. 63. C. Consecutio verborum haec est: τίθει τοίνυν κατὰ τὸ τούτων τῶν παθημάτων αὐτῆς τῆς ψυχῆς προσδόκημα τὸ μὲν πρὸ τῶν ἡδέων ἐπιζόμενον ἡδὺ κ. τ. λ. iam vero ipsius animi de harum affectionum expectatione statue ac pone, eam qua ante iucundas res tenetur, esse iucundam ac fiduciae plenam, illam vero, qua ante acerba repletur, esse cum metu coniunctum atque tristem. Lachel. p. 193. B. ἡγοῦμεθα δ' ἡμεῖς δεῖν μὲν εἶναι ἃ καὶ δεῖος παρέχει, θαρσάλια δὲ ἃ μὴ δεῖος παρέχει. δεῖος δὲ παρέχει αὐτὰ γεγονότα οὐδὲ τὰ παρόντα τῶν κακῶν, ἀλλὰ τὰ προσδοκώμενα· δεῖος γὰρ εἶναι προσδοκίαν μέλλοντας κακοῦ.

ξετερον εἶδος, τὸ χωρὶς τοῦ σώματος αὐτῆς τῆς ψυχῆς διὰ προσδοκίας γιγνόμενον.

ΣΩ. Ὅρθως ὑπέλαβες. ἐν γὰρ τούτοις οἶμαι, κατὰ γέ τιν ἐμὴν δόξαν, εἰλικρινέσι τε ἑκατέροις γιγνόμενοις, ὡς δοκεῖ, καὶ ἀμίκτοις λύπης τε καὶ ἡδονῆς, ἐμφανῆς ἔσεσθαι τὸ περὶ τὴν ἡδονῆν, πότερον ὅλον ἐστὶ τὸ γένος ἀσπαστόν, ἢ τοῦτο μὲν D ἐτέρω τινὶ τῶν προειρημένων δοτέον ἡμῖν γενῶν, ἡδονῆ δὲ καὶ λύπῃ, καθάπερ θερμῷ καὶ ψυχρῷ καὶ πᾶσι τοῖς τοιοῦτοις, τοτὲ μὲν ἀσπαστέον αὐτὰ, τοτὲ δὲ οὐκ ἀσπαστέον, ὡς ἀγαθὰ μὲν οὐκ ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐνια δεχόμενα τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔστιν ὅτε φύσιν.

D. Ἐτέρω τινὶ τῶν προειρημ. τινὶ om. Bodl. et pr. Ven. II. in marg. habet Vat. Sed tenendum τινὶ sine dubio est. ἡδονῆ δὲ καὶ λύπῃ] Prave vulgo ἡδονῆς τε καὶ λύπῃ, quod e Bodl. Vat. Ven. EII Σ. emendatum.

ἐν γὰρ τούτοις οἶμαι κατὰ γέ τιν ἐμ. δ.] Locus paullo difficilior sic intelligendus videtur: In his enim, hoc est, ἐν τῷ πρὸ τῶν ἡδέων καὶ ἐν τῷ πρὸ τῶν λυπηρῶν ἐπιζόμενῳ προσδοκίματι, quum utraque sint sincera nec tristitiam pariter atque dolorem admixtum habeant, puto perspicuum fore, utrum universon voluptatis genus expetendum sit necne. Etenim et metum rerum iniucundarum a voluptate, et iucundarum rerum expectationem a dolore, omnino vult seiunctum ac separatum esse. Quod quo iure ita statuatur, exponere conatus est Schleiermacherus p. 491. ed. sec. Itaque ἀμίκτοις λύπης τε καὶ ἡδονῆς i. q. ἀνευ συμμείξεως οὐσι λύπης τε καὶ ἡδονῆς, atque inseruiunt haec verba illustrandis praecedentibus illis εἰλικρινέσι ἑκατέροις γιγνόμενοις. De ἀμίκτοις cum genitivo iuncto v. Matthiae Gr. §. 317. Iam vero haec si recte explicavimus, sponte apparet supervacaneam

esse Astii coniecturam, qui sic scribendum censuit: εἰλικρινόες τε ἑκατέρου γιγνόμενου, ὡς δοκεῖ, καὶ ἀμίκτου, λύπης τε καὶ ἡδονῆς. Ceterum quod οἶμαι κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν — ὡς δοκεῖ per abundantiam quandam coniuncta leguntur, de eo v. annot. ad Phaedon. p. 60. C. Hipp. min. p. 369. E.

D. ἡδονῆ δὲ καὶ λύπῃ] Int. δοτέον s. συγχωρητέον. Pronomen αὐτὰ refer ad ἡδονῆν καὶ λύπην.

ἐνίοτε δὲ καὶ ἐνια δεχόμενα — ἔστιν ὅτε φύσιν] H. e. interdum tandem modo, sed rarius. Hinc iteratur ἐνίοτε ἔστιν ὅτε cum ἐνια iunctum, quae prima specie insignis videtur esse sermonis negligentia, revera autem elegantia est. Similiter Xenoph. Cyrop. I. 6, 9. ἀλλὰ τοι, ἔφη, ὦ παῖ, ἐνια ἔστιν ἃ οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον. Plat. Phaedon. p. 74. B. ἀφ' οὗ λέθοι μὲν ἴσοι καὶ εἴλα ἐνίοτε, τὰ αὐτὰ ὄντα, τοτὲ μὲν ἴσα γίνεσθαι, τοτὲ δ' οὐ; ubi ἐνίοτε per τοτὲ μὲν,

ΠΡΩ. Ὁρθότατα λέγεις ὅτι ταύτη πη δεῖ διαπορευθῆναι τὸ νῦν μεταδιωκόμενον.

ΣΩ. Πρῶτον μὲν τοίνυν τόδε ξυνίδωμεν· ὡς εἴπερ ὄντως ἔστι τὸ λεγόμενον, διαφθειρομένων μὲν αὐτῶν ἀληθῶν, ἀνασωζομένων δὲ ἡδονῆ, τῶν μῆτε διαφθειρομένων μῆτε ἀνασωζομένων ἐννοήσωμεν περὶ, τίνα ποτὲ ἔξιν δεῖ τότε ἐν ἐκάστοις εἶναι τοῖς ζώοις, ὅταν οὕτως ἴσχη. σφόδρα δὲ προσέχων τὸν νοῦν εἶπέ· ἄρ' οὐ πᾶσα ἀνάγκη πᾶν ἐν τῷ τότε χρόνῳ ζῶον μῆτε τι λυπεῖσθαι μὴδ' ἡδεσθαι, μῆτε μέγα μῆτε σμικρόν;

ΠΡΩ. Ἀνάγκη μὲν οὖν.

δεῖ διαπορευθῆναι] Steph. cum Ald. et Bas. I. διαφθειροθῆναι, in vitis codd. mss. — v. interpretat.

E. ἀνασωζομένων δὲ ἡδονῆ,] ἂν διασωζομένων Bodl. Vat. Ven. H. quod natum ex διττογραφία. Dein περὶ, retracto accentu, pro vulg. περὶ ex Coisl. et Ven. E. restitutum est.

τοτὲ δὲ accuratius declaratur. Legg. X. p. 893. DE. τὰ δὲ γε κινούμενα ἐν πολλοῖς φαίνει μοι λέγειν, ὅσα φασὶ κινεῖται μεταβαρῶντα εἰς ἕτερον αἰὲ τόπον, καὶ τοτὲ μὲν ἔστιν ὅτε βάσις ἐνός κειτημένα τινός κέντρον, τοτὲ δὲ πλεῖστα τῷ περικυλινδρῆσθαι, προστηγνάνοντι δὲ ἐκάστοτε ἐκάστοις. ubi item post τοτὲ μὲν additum habes ἔστιν ὅτε. Quae etsi non nihil ab huius loci ratione discrepant, tamen id certe valebunt, ut nihil in eo temere mutandum statuamus.

ὅτι ταύτη πη δεῖ διαπορευθῆναι] Rectissime censes, hac fere via transire id oportere, quod nunc quaerimus et persequimur. Sic codd. cum Bas. 2. Sed Stephanus cum Ald. διαφθειροθῆναι, quod per se quidem admodum elegans est, nec tamen librorum auctoritate satis commendatur. Ceterum imago a venatione repetita est,

usu loquendi Platoni perquam familiari. v. ad Remp. IV. p. 434. B. Phaedon. p. 66. A. Tim. p. 64. B. Lachet. p. 194. B. Parmenid. p. 128. C. Politic. p. 258. E. p. 284. B. p. 301. E. al. Plura qui cupiunt, ii adeant Wytttenbach. Epistol. Crit. p. 41. et Creuzer. ad Proclum et Olympiodor. T. I. p. 177.

τόδε ξυνίδωμεν· ὡς εἴπερ ὄντως ἔστι —] Male vulgo post ξυνίδωμεν commate distinguitur, atque ὡς pro ἵνα dictum putatur. Quod cur improbandum sit, nolumus nunc docere. Satis erit loci sententiam statim breviter declaravisse, quae quidem haec est: Primum igitur hoc sit quod consideremus; etenim si verum est quod dicimus et statuimus, illis corruptis dolore gigni, restitutis autem nasci voluptatis, iam de iis, quae nec corrumpuntur nec restituuntur,

ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστι τις τρίτη ἡμῶν ἢ τοιαύτη διάθεσις παρά τε τὴν τοῦ χαίροντος καὶ παρά τὴν τοῦ λυπομένου;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Ἄγε δὴ τοίνυν, ταύτης προθυμοῦ μνησθῆναι. πρὸς γὰρ τὴν τῆς ἡδονῆς κρίσιν οὐ σμικρόν μνησθῆναι ταύτης ἔσθ' ἡμῖν ἢ μὴ. βραχὺ δὲ τι περὶ αὐτῆς, εἰ βούλει, διαπεράνωμεν.

ΠΡΩ. Λέγε ποῖον.

ΣΩ. Τῷ τὸν τοῦ φρονεῖν ἐλομένου βίον οἷσθ' ὡς τοῦτον τὸν τρόπον οὐδὲν ἀποκωλύει ζῆν.

ΠΡΩ. Τὸν τοῦ μὴ χαίρειν μὴδὲ λυπεῖσθαι λέγεις;

τρίτη ἡμῶν ἢ τ.] Coisl. ἡμῖν, quod in Vat. supra versum adscriptum.

P. 33. ταύτης ἔσθ' ἡμῖν] Sic corr. Bekkerus ex corr. Coisl. pro vulg. ταύτην, quod unde ortum sit, facile apparet.

tur, videamus, quomodo quaeque animalia, quum in eo statu et condicione versentur, sese habere debeant. Diligenter autem attende animum atque dic, annon prorsus necesse sit, quodque animal tum nullo modo nec gaudio nec dolore affici? Vides sic omnia decurrere lemissime atque eam efficere sententiam, in qua nihil quidquam desideres. Restant tamen pauca, de quibus aliquid commonendum sit. Nam primum quidem illud animadversione dignum, quod αὐτῶν refertur ad illa omnia, quorum exemplo res in superioribus illustrata erat, ut idem fere sit quod ἐκείνων. conf. Matthiae Gr. §. 469. Sic etiam Parmenid. p. 130. C. ὅν ἄλλο αὐτῶν, ὃν ἡμεῖς μεταχειρίζομεθα. Dein ὅταν οὕτως ἴσχη est: quando in eo versatur statu, ut nihil nec corrumpatur

nec restituatur. Refertur enim οὕτως ad τῶν μῆτε διαφθειρομένων μῆτε ἀνασωζομένων, ratione utique insolentiore paulo atque difficiliore. Denique verbo attigisse iuvabit formulam μῆτε μέγα μῆτε σμικρόν, quam illustravimus iam ad Apol. Socr. p. 19. C.

τρίτη ἡμῶν ἢ τοιαύτη διάθεσις] De Rep. X. p. 583. C. Ibid. p. 583. E. ubi de vacuitate doloris et voluptatis eadem leguntur. In proximis ad ἢ μὴ repetas μνησθῆναι, h. e. utrum meminimus necne. v. p. 28. A.

P. 33. Τῷ τὸν τοῦ φρ. — ἀποκωλύει ζῆν.] Dativum ne quis sollicitet, οὐδὲν ἀποκωλύει absolute dictum est, ut idem sit quod οὐδὲν ἀποκωλύμα ἔστιν. Similia collegit Matthiae Gr. §. 387. p. 875. ed. 3. ubi vir egregius nec huius loci immemor fuit.

ΣΩ. Ἐρρήθη γάρ που τότε ἐν τῇ παραβολῇ τῶν βίων μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε μικρὸν χαιρῆν τῷ τὸν τοῦ νοεῖν καὶ φρονεῖν βίον ἐλομένῳ.

ΠΡΩ. Καὶ μάλ' οὕτως ἐρρήθη.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτως ἂν ἐκείνῳ γε ὑπάρχοι· καὶ ἴσως οὐδὲν ἄτοπον εἰ πάντων τῶν βίων ἐστὶ θεϊότητος.

ΠΡΩ. Οὐκοῦν εἰκός γε οὔτε χαιρῆν θεοὺς οὔτε τὸ ἐναντίον.

ΣΩ. Πάνν μὲν οὖν οὐκ εἰκός· ἀσχημον γοῦν αὐτῶν ἐκάτερον γιγνόμενόν ἐστιν. ἀλλὰ δὴ τοῦτο μὲν C ἔτι καὶ εἰσαυθις ἐπισκεψώμεθα, ἐὰν πρὸς λόγον τι ἦ, καὶ τῷ νῶ πρὸς τὰ δευτερεῖα, ἐὰν μὴ πρὸς τὰ πρωτεῖα δυνώμεθα προσθεῖναι, προσθήσομεν.

B. Οὐκοῦν οὕτως ἂν ἐκ.] Ven. Σ. corr. οὔτως, quod Bastius Specim. in Symp. crit. p. 51. etiam ex Vindd. enotavit. Sed οὕτως satis tuebuntur, quae diximus in interpret.

οὔτε χαιρῆν θεοὺς] Bodl. Vat. Ven. II. τοὺς θεοὺς. Non probō; v. Schaefer. Melet p. 4.

B. τότε ἐν τῇ παραβολῇ] Supra inde a p. 21. A. conf. in primis p. 22. B. De τότε v. ad Gorg. p. 488. B. Protag. p. 325. E.

Οὐκοῦν οὕτως ἂν ἐκείνῳ] Itaque id illi quidem sic obtingat, intellig. ὥστε μηδὲν μήτε μέγα μήτε μικρὸν χαιρῆν. Pro οὕτως Bastius Specim. crit. in Sympos. p. 51. ex codd. Vindobb. οὔτως reponi iubebat, quod desideraverat etiam Stephanus. Sed οὔτως propter sententiae rationem non potest ad τὸν τοῦ νοεῖν καὶ φρονεῖν βίον commode referri. Quocirca οὕτως utique retinendum.

οὔτε χαιρῆν θεοὺς οὔτε τὸ ἐναντίον.] H. e. neque contra; nam τὸ ἐναντίον hic quoque adverbii instar est. De sententia v. De Republ. VI. p. 505 sq. Phaedr. p. 217. A. Epinom. p. 983. A. Θεὸν μὲν γὰρ

δὴ τὸν τέλος ἔχοντα ἔξω τούτων εἶναι, λύπης τε καὶ ἡδονῆς.

εἰσαυθις ἐπισκεψώμεθα] Quod I. Bekkerus restituendum coniecit ἐπισκεψώμεθα, id magnopere vellem codicum auctoritate confirmatum esset, quandoquidem futuro hic nihil aptius est. Ferri tamen potest, quod reliquimus. Voc. εἰσαυθις, posthac, postea, Platoni frequens. v. Phaedon. p. 115. A. Apolog. p. 24. B. Protagor. p. 357. B. Gorg. p. 447. B. C. 449. C. D. al. Sed hoc pervulgatum; quamquam interdum etiam trita et vulgaria admonuisse iuvat: id quod hic ipse locus docet, quo fuit qui εἰσαυθις redderet rursus. Loquutionem πρὸς λόγον ἐστὶν habes etiam infra p. 42. E. οὐδὲν πρὸς λόγον, ᾧ Πρώταρχε, ὃ σὺ νῦν ἔρου το ἐρώτημα. Supra p. 18. D. εἰ πρὸς ἔπος αὐ ταῦτ' ἐστι; Sed v. ann. ad Protagor. p. 343. D.

ΠΡΩ. Ὁρθότατα λέγεις.

Cap. XIX. ΣΩ. Καὶ μὴν τό γε ἕτερον εἶδος τῶν ἡδονῶν, ὃ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἔφαμεν εἶναι, διὰ μνήμης πᾶν ἐστὶ γεγονός.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Μνήμην, ὡς ἔοικεν, ὃ τί ποτ' ἐστὶ, πρότερον ἀναληπτέον. καὶ κινδυνεύει πάλιν ἔτι πρότερον αἰσθησθῆναι μνήμης, εἰ μέλλει τὰ περὶ ταῦθ' ἡμῖν κατὰ τρόπον φανερά πη γενήσεσθαι.

ΠΡΩ. Πῶς γῆς;

ΣΩ. Θεὸς τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἐκάστοτε παθημάτων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι κατασβεγνύμενα πρὶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν διεξελθεῖν, ἀπαθῆ ἔκείνην ἐάσαντα,

εἰσαυθις ἐπισκεψώμεθα] Bekkerus coni. ἐπισκεψώμεθα.

C. εἰ μέλλει τὰ περὶ ταῦθ' ἡμῖν] τὰ additum ex Bodl. Vat. Ven. II. olim desiderabatur.

D. τῶν περὶ τὸ σῶμα] τὸν Bodl. Vat. Ven. II.

C. Μνήμην, ὡς ἔοικεν, ὃ τί ποτ' ἐστὶ, προ. ἀναληπτέον.] Revertitur nunc ad alterum genus voluptatum, cuius antea mentio facta est: quod quoniam recordatione contineri arbitrat, ante omnia τῆς μνήμης atque etiam τῆς αἰσθησεως naturam exquirendam esse statuit. In his ἀναληπτέον criticis offensioni fuit, qui ληπτέον vel παραληπτέον scribendum censuerunt. Sed nihil mutandum. Nam ἀναλαμβάνεσθαι non tantum de iis usurpatur, quae quum iam antea explorata sint, rursus in disceptationem vocantur, sed omnino etiam dicuntur ea, quae quaerenda suscipiuntur. Politic. p. 261. C. τὸ μὲν τοίνυν αὐτῶν παραληπτέον, τὸ δὲ ἀναλαμβάνεσθαι. Apolog. Soer. p. 22. B. ἀναλαμβάνειν — αὐτῶν τὰ ποιήματα. ubi v. ann. Men. p. 87. E. σκεψώμεθα δὴ καθ' ἑκάστον ἀναλαμβάνοντες ποῖά ἐστιν, ᾧ ἡμᾶς

Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

ᾧ φελεῖ. Infra p. 34. D. al. Aliter Tim. p. 26. A. ubi ἀναλαμβάνειν τι πρὸς ἑαυτὸν est secum aliquid denuo reputare, memoria repetere. Accedit hic facetus verborum lusus; nam ἀναλαμβάνειν etiam repetere memoria significat. Ad καὶ κινδυνεύει — αἰσθησθῆναι μνήμης int. ἀναληπτέον εἶναι. — κατὰ τρόπον, rite, uti oportet, rei convenienter, recte, ut Cratyl. p. 425. B. Politic. p. 310. C. Tim. p. 42. E. De Rep. IX. p. 581. B. Legg. VI. 766. D. XI. 931. A. XII. 942. A. Epist. p. 330. D.

D. Θεὸς τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν ἐκ.] Definit iam τὴν αἰσθησθῆναι. Quam quidem esse vult affectionem corporis cum animi sensu atque conscientia coniunctam. P. 34. A. τὸ δὲ ἐν ἐπὶ πάθει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα κοινῇ γιγνόμενον κοινῇ καὶ κινεῖσθαι, ταύτην δ' αὐ τὴν μνήμην

τὰ δὲ δι' ἀμφοῖν ἰόντα καὶ τινα ὥσπερ σεισμὸν ἐν-
τιθέμεντα ἰδίον τε καὶ κοινὸν ἑκατέρω.

ΠΡΩ. Κεῖσθω.

ΣΩ. Τὰ μὲν δὲ μὴ δι' ἀμφοῖν ἰόντα ἐὰν τὴν
ψυχὴν ἡμῶν φῶμεν λανθάνειν, τὰ δὲ δι' ἀμφοῖν μὴ
λανθάνειν, ἄρ' ὀρθότατα ἐροῦμεν;

E ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΣΩ. Τὸ τοίνυν λεληθῆναι μηδαμῶς ὑπολάβης,
ὡς λέγω λήθης ἐνταῦθά που γένησιν. ἔστι γὰρ λήθη
μνήμης ἕξοδος. ἢ δ' ἐν τῷ λεγομένῳ νῦν οὐπω γέ-
γονε τοῦ δὲ μήτε ὄντος μήτε γεγονότος πῶς γίνεσθαι
φάναι τινα ἀποβολὴν ἀτοπον. ἢ γὰρ;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Τὰ τοίνυν ὀνόματα μετέβαλε μόνον.

ΠΡΩ. Πῶς;

δι' ἀμφοῖν ἰόντα] δι' perperam om. Bodl. Ven. II. Flor. a. c.
E. τοῦ δὲ μήτε ὄντος —] δὴ Bodl. Vat. δου Ven. II.
Verum est δέ. Dein legebatur γεγονότος πῶς γ. quod de con-
iectura nostra correximus.

ὀνομάζων αἰσθησὶν οὐκ ἀπο τρό-
που φθέγγοι' ἄν. Itaque ad eam
requirit hoc, ut τὰ παθήματα,
corporis affectiones s. sensa, non
unum corpus, sed etiam animum
moveant, in eoque rerum per-
ceptarum scientiam quandam effi-
ciant. Unde si αἰσθησὶν effici-
ciunt, σεισμὸν τινα ἰδίον τε καὶ
κοινὸν ἑκατέρω ἐντιθέμεντα dicuntur,
hoc est, motum quandam
utriusque et peculiarem et com-
munem. Ex quo apparet, αἰσθη-
σιν Platoni non esse meram
sensuum perceptionem, sed po-
tius eam illorum affectionem,
quae cum animi affectione atque
conscientia coniuncta sit. Pro-
rus eodem modo Tim. p. 43. C.
καὶ ὑπὸ πάντων τούτων διὰ τοῦ
σώματος αἰ κινήσεις ἐπὶ τὴν
ψυχὴν φερόμεναι προσά-
πτουεν' αἱ δὲ καὶ ἐπειτα διὰ
ταῦτα ἐκλήθησαν τε καὶ νῦν ἐτι

αἰσθήσεις ξυνάπασαι κέκληνται.
conf. ibid. p. 42. A. 43. D. E.
64. A sqq.

E. ὡς λέγω λήθης ἐν-
ταῦθά που γένησιν.] Illud
λανθάνειν, quo usus est, non
vult ea vi et significatione di-
ctum putari, ut indicet obli-
vionem; sed de corporis affectio-
nibus, quae animum praetereant
nec ullo modo moveant: nam
λήθην esse μνήμης ἕξοδον. Phae-
don. p. 75. D. τὸ γὰρ εἰδέναι
τοῦτ' ἐστὶ, λαθόντα του ἐπιστή-
μην ἔχειν, καὶ μὴ ἀπολωλέναι
ἢ οὐ τοῦτο λήθην λέγομεν, ἐπι-
στήμης ἀποβολήν; Symp. p. 208.
A. λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἕξοδος.
Nemesius De natura hom. p.
202. ed. Matth. λήθη δ' ἐστὶ
μνήμης ἀποβολή.

ἢ νῦν λήθην καλεῖς.]
Nondum usus est Protarchus no-

ΣΩ. Ἀντὶ μὲν τοῦ λεληθῆναι τὴν ψυχὴν, ὅταν
ἀπαθῆς αὐτὴ γίγνηται τῶν σεισμῶν τῶν τοῦ σώματος,
ἢν νῦν λήθην καλεῖς, ἀναισθησίαν ἐπονόμεσον.

ΠΡΩ. Ἐμαθον.

ΣΩ. Τὸ δὲ ἐν ἐνὶ πάθει τὴν ψυχὴν καὶ τὸ 34
σῶμα κοινῇ γιγνόμενον κοινῇ καὶ κινεῖσθαι, ταύτην
δ' αὖ τὴν κίνησιν ὀνομάζων αἰσθησὶν οὐκ ἀπο τρό-
που φθέγγοι' ἄν.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἤδη μανθάνομεν, ὃ βουλόμεθα κα-
λεῖν τὴν αἰσθησὶν;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Σωτηρίαν τοίνυν αἰσθήσεως τὴν μνήμην B
λέγων ὀρθῶς ἄν τις λέγοι κατὰ γε τὴν ἐμὴν δόξαν.

ΠΡΩ. Ὄρθῶς γὰρ οὖν.

P. 34. Τὸ δὲ ἐν ἐνὶ πάθει] V. τῷ δὲ ἐν ἐν. Veram lectio-
nem plerique omnes cum Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. tumentur. Con-
iectura verum assecutus erat Stephanus.

miae λήθης. Quocirca Schlei-
ermacherus olim cum Hein-
dorffio, ut videtur, ἵνα μὴ λή-
θην καλῆς refingi volebat. Nec
tamen ea mutatione opus esse
evincunt praegressa illa: τὰ ὀνό-
ματα μετέβαλε μόνον. Quam-
obrem Socrates hic sumit atque
ponit, Protarchum λήθην ea
significatione intelligere, qua ipse
dixerat vocabulum accipi posse.

P. 34. A. Τὸ δὲ ἐν ἐνὶ π.
— ταύτην δ' αὖ] De ταύτην
δ' v. ad Charmid. p. 163. C.
Mox retracto accentu ἀπο τρό-
που scripsimus pro vulg. ἀπο τῷ.
veterum grammaticorum prae-
cepto obsecuti, de quo v. Schae-
fer. Melett. critt. p. 51 sq. Bast.
ad Gregor. Corinth. p. 211. Nam
etsi hic in codd. Platonis nullum
extat eius orthographiae vesti-
gium, tamen aliis locis in iisdem

satis aperta illius indicia repe-
riuntur; ut Reip. v. p. 470. B.
Theaet. p. 143. C. 179. C. Phaedr.
p. 278. D. Tim. p. 25. E. ubi
v. varr. lectt. Et video nunc
Bastium hoc ipso loco ex cod.
Vatic. A. ἀπο τρόπου enotavisse.
Contrarium est πρὸς τρόπου.

Σωτηρίαν τοίνυν αἰσθή-
σεως —] Nemesius De Nat.
Hom. p. 202. ed. Matth. ὡς δὲ
Πλάτων (φησὶ) σωτηρία αἰσθή-
σεως καὶ νοήσεως (ἐστὶ μνήμη).
Recte. Nam memoriam in eo
cerni arbitratur philosophus, ut
et sensa sive visa conservet, et
animi per illa affectionem tan-
quam perpetuo eiusque con-
scientiam tueatur. Itaque ἡ μνήμη
Platoni hic nihil est aliud, nisi
quod nos dicimus das Be-
wusstsein von Empfindungen
und Wahrnehmungen.

ΣΩ. Μνήμης δὲ ἀνάμνησιν ἄρ' οὐ διαφέρουσαν λέγομεν;

ΠΡΩ. ἴσως.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ τόδε;

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὅταν ἂ μετὰ τοῦ σώματος ἔπασχέ ποθ' ἢ ψυχῇ, ταῦτ' ἀνευ τοῦ σώματος αὐτῇ ἐν ἑαυτῇ ὅτι μάλιστα ἀναλαμβάνη, τότε ἀναμνησθεσθαι πον λέγομεν. ἢ γάρ;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

B. διαφέρουσαν λέγομεν;] λέγωμεν Bodl. Vat. λέγομεν Ven. Z. et corr. Π. Unice vera est lectio vulgata.

ἔπασχέ ποθ' ἢ ψυχῇ] πάθη ψυχῇ Bodl. Vat. Ven. Π. unde Turicenses effinxerunt πάθη ἢ ψυχῇ. Nobis ποθ' per sensum videtur necessario requiri, ut unice veram ducamus scripturam vul-

B. ἀνάμνησιν ἄρ' οὐ διαφέρουσαν] Ab eo, quod μνήμης appellat vocabulo, τὴν ἀνάμνησιν diversam esse statuit. Nam ad illam necessario requiritur αἰσθησις aliqua corporis; sed ἀνάμνησις fit solo animo. Huius enim est, vel quidquid animus corpore partecipe senserit, id iam sine ulla corporis communiōe tanquam repraesentare atque considerare, vel amissam rerum memoriā et scientiam renovare atque solius intelligentiae ope restituere. Ex quo apparet, secundum Platonem aliquanto latius patere vim τῆς ἀναμνήσεως, quam fert recentioris aetatis consuetudo, quae eam recordationem, vel, ut vulgo loquuntur, reminiscētiā interpretantur, quo vocabulo, non indignantibus Ciceronianis nostris, in tali certe causa uti licebit.

ταύτην ἀναπόληση π.] Frequens est ἀναπολεῖν eo sensu, ut sit in mentem revocare, memoria repetere, secum reputare. Suidas: ἀναπολεῖ ἀναμνησθεσθαι. Sed. v. Wyttenbach. ad Plut. De Ser. Num. Vind. p. 69. Dein Syden-

hamus pro καὶ μνήμας requirebat καὶ μνήμης ἀναμνήσεις. Quae coniectura sicuti iusto audacior videtur, ita nec necessaria est. Nam etsi philosophus μνήμης vocabulo antea alia vi et significatione usus est, tamen nunc idem illud numero multitudinis ponere potuit sic, ut propius ad usum vulgarem accedens significaret, quod nos dicimus Erinnerung; quod ipsum, si quid video, consulto fecit, ne communem loquendi consuetudinem omnino deseruisse videretur. Sic Legg. I. p. 645. E. μνήμας καὶ δόξας. XII. p. 964. E. παραδιδόναι τὰς αἰσθησεις ταῖς μνήμας, quae sensibus percepta sunt mandare memoriae. Ibid. X. p. 896. D. 908. C. al. Aliter Cic. Herenn. III. 16, 18. Sunt igitur duae memoriae, h. e. duo memoriae genera, sicuti verissime interpretatus est nuper vir egregius Car. Georg. Jacob, Prof. Portensis, in Commentat. De usu numeri pluralis apud Poetas Latin. p. 7 sq.

C. Ἴνα πῆ τὴν ψυχῆς ἠδονὴν χωρὶς σώματος] Sic

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ ὅταν, ἀπολέσασα μνήμην εἴτε αἰσθήσεως εἴτ' αὐ μαθήματος, αὐτῆς ταύτην ἀναπόληση πάλιν αὐτῇ ἐν ἑαυτῇ, καὶ ταῦτα ξύμπαντα ἀναμνήσεις καὶ μνήμας πον λέγομεν.

ΠΡΩ. Ὁρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Οὐ δὴ χάριν ἅπαντ' εἰρηται ταῦτα, ἔστι τόδε.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ἴνα πῆ τὴν ψυχῆς ἠδονὴν χωρὶς σώματος ὅτι μάλιστα καὶ ἐναργέστατα λάβοιμεν, καὶ ἅμα

gatam.

C. Ἴνα πῆ τὴν ψυχῆς ἠδονὴν χ.] Scripsimus πῆ pro μῆ de coniectura Schützii, Heindorfii et Heusdii. Astius mavult Ἴνα δῆ. Ante ψυχῆς Bodl. Vat. Ven. Π. inserunt τῆς. sed v. interpretat, quae certe dubitationem iniiciet.

correximus cum Heindorfio ad Theaet. p. 411. ed. l. Heusdio Specim. Crit. p. 100. et Schützio Opuscul. p. 132. quod in libris circumfertur Ἴνα μῆ τὴν τ. ψ. Quod facile apparet ipsius Socratis sententiae vehementer adversari, qui in eo occupatus est, ut ostendat, quid in voluptatis sensu proprie ad animum pertineat, seiunctis quae hunc sensum comitantur corporis affectionibus. Dubitat quidem Schleiermacher de huius emendationis veritate, quia πῆ parum conveniat cum superlativis ἢ τι μάλιστα καὶ ἐναργέστατα; quod Turicenses videtur permovisse, ut Grouium sequuti Ἴνα δῆ τὴν τ. ψ. potius quam Ἴνα πῆ scribendum putarent. Sed num secum pugnare existimandus erit, si quis sic dixerit: Disputata haec sunt antea, ut aliquo modo animi voluptatem a corporis voluptate seiunctam quam maxime et evidentissime deprehenderemus et perciperemus? Nos quidem in tali sententia nihil videmus, quod absurdum videri possit. Quam-

quam nolumus refragari, si quis Ἴνα δῆ praestabilius putet, modo discrimen utriusque lectionis accurate teneatur. Nimirum Ἴνα δῆ est ut scilicet; Ἴνα πῆ ut aliquo modo. Deinde χωρὶς σώματος per brevilloquentiam quandam dictum pro χωρὶς τῆς σώματος. Infra p. 41 C. οὐκοῦν τὸ μὲν ἐπιθυμοῦν ἢ ἢ ψυχῇ τῶν τοῦ σώματος ἐναντίων ἔξων. i. e. τῶν ἐναντίων τῶν τοῦ σώματος ἔξων. Sed copiose hanc loquendi rationem illustravimus ad Protagor. p. 358. D. ed. 2. et Gorg. p. 455. E. ed. 2. ut hic rem verbo attigisse satis sit. Quod tres codd. primarii scriptum exhibent τὴν τῆς ψυχῆς ἠδονὴν, inserto articulo, id ve-reor ut recte probari queat. Nam ita concinnitatis gratia scribi oportebit etiam χωρὶς τοῦ σώματος. Itaque ab illorum codicum auctoribus τῆς ideo insertum videtur, quia in tali iunctura verborum articulum utrique nomini addendum esse sibi persuaserant. At enim vero tantum abest, ut per linguae leges articulus semper geminandus sit, ideoque dici debeat τὴν τῆς ψυ-

ἐπιθυμίαν· διὰ γὰρ τούτων πως ταῦτα ἀμφοτέρω
 ἔοικε δηλοῦσθαι.

Cap. XX. ΠΡΩ. Λέγωμεν τοίνυν, ὦ Σώκρα-
 τες, ἤδη τὸ μετὰ ταῦτα.

ΣΩ. Πολλά γε περὶ γένεσιν ἡδονῆς καὶ πᾶσαν
 D τὴν μορφήν αὐτῆς ἀναγκαῖον, ὡς ἔοικε, λέγοντας σκο-
 πεῖν. καὶ γὰρ νῦν πρότερον ἔτι φαίνεται ληπτέον ἐπι-
 θυμίαν εἶναι, τί ποτ' ἔστι καὶ ποῦ γίγνεται.

ΠΡΩ. Σχοπῶμεν τοίνυν· οὐδὲν γὰρ ἀπολοῦμεν.

ΣΩ. Ἀπολοῦμεν μὲν οὖν, καὶ ταῦτά γε, ὦ
 Πρωταρχε, εὐρόντες ὁ νῦν ζητοῦμεν, τὴν περὶ αὐτὰ
 ταῦτα ἀπορίαν.

D. τὴν μορφήν αὐτῆς] αὐτὴν Bodl. Ven. II.
 Ἀπολοῦμεν μὲν οὖν] μὲν accessit e Bodl. Vat. Ven. ΠΣ.
 ζητοῦμεν, τὴν περὶ αὐτὰ τ.] Ante τὴν Bodl. Vat. Ven.
 Π. inserunt ἀπολοῦμεν, quod est manifestum glossema grammati-
 corum. Placuit illud nuperis editoribus.

E. ἐκ τῶν αὐτῶν πάλιν] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro
 vulg. πάλιν ἐκ τῶν αὐτῶν.

χῆς ἡδονῆν, ut non rara sint
 contrariae constructionis exem-
 pla. Etenim habent certe ea
 nomina, quae quum generatim
 dicuntur, articulo recte carere
 possunt, qualia sunt etiam ψυχῆ
 atque σώμα, hoc sibi proprium,
 quod vel in tali cum aliis nomi-
 nibus consociatione articulo haud-
 quaquam indigent. Recte igitur
 Phaedr. p. 248. B. ἢ προσήκουσα
 ψυχῆς τῷ ἀριστῷ νομῆ. De Rep.
 II. p. 376. E. ἔστι δὲ που ἢ μὲν
 ἐπὶ σώμασι (καὶ δὲ) γυμναστικῆ.
 Quamobrem hic recte sane per
 se potuit dici utrumque, et τὴν
 ψυχῆς ἡδονῆν et τὴν τῆς ψυχῆς
 ἡδονῆν. Sed quum addatur χω-
 ρὶς σώματος, nec χωρὶς τοῦ σώ-
 ματος, veterem lectionem τὴν
 ψυχῆς ἡδονῆν alteri τὴν τῆς ψυ-
 χῆς ἡδονῆν praeferimus, atque
 hanc putamus ex correctione
 ortam.

D. ληπτέον ἐπιθυμίαν

εἶναι] H. e. τὴν ἐπιθυμίαν
 δεῖν λαμβάνειν, cupiditatem
 esse sumendam atque ex-
 plorandam. v. p. 23. C. λά-
 βωμεν ἅτα τῶν οὖν δὴ λόγων.
 ibique annot.

Ἀπολοῦμεν μὲν οὖν.]
 Imo vero iacturam facie-
 mus, et quidem consilii
 inopiae. Usum particularium
 μὲν οὖν attigimus ad Sympos. p.
 201. C. Criton. p. 44. B. Gorg.
 p. 466. A. E. Reip. I. p. 331. D.
 al. Male hic μὲν vulgo omis-
 sum. Positum vero ἀπολοῦμεν abso-
 lute est sine casu obiecti, sicuti
 Germanicum verlieren usur-
 pari solet. Sic Reip. X. p. 607.
 E. κερδανοῦμεν γὰρ πον. Eun-
 dem usum habet προστιθέναι, ut
 Germ. zusetzen, zulegen;
 De Rep. I. p. 339. B. IX. p.
 591. E. Euthyphr. p. 3. D. al.
 κίσθαι Men. p. 90. A. συμβάλ-

ΠΡΩ. Ὁρθῶς ἡμῖν τὸ δ' ἐφεξῆς τούτοις
 περιώμεθα λέγειν.

ΣΩ. Οὐκοῦν νῦν δὴ πείνην τε καὶ δίψος καὶ
 πόλλ' ἕτερα τοιαῦτα ἔφαμεν εἶναι τινὰς ἐπιθυμίας; E

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Πρὸς τί ποτε ἄρα ταῦτ' ὄντων βλέψαντες οὕτω
 πολὺ διαφέροντα ταῦθ' ἐνὶ προσαγορεύομεν ὀνόματι;

ΠΡΩ. Μὰ Δί' οὐ ῥᾷδιον ἴσως εἰπεῖν, ὦ Σώ-
 κρατες· ἀλλ' ὁμῶς λεκτέον.

ΣΩ. Ἐκείθεν δὴ ἐκ τῶν αὐτῶν πάλιν ἀναλά-
 βωμεν.

ΠΡΩ. Πόθεν δὴ;

ΣΩ. Διψῆ που λέγομεν ἐκάστοτέ τι;

διψῆ που λέγομεν] V. διψῆν. Receptam lectionem tuentur
 Bodl. Vat. Ven. ΑΞΠΣ. Coisl. Par. BCEH. Ang. Flor. a. b. c. i.
 Dein γέ που Bodl. Vat. Ven. II. Fortasse igitur γε ex ultima lit-
 tera v. διψῆν ortum. Quod si est, infinitivus retinendus erit. v.
 interpretat. Verumtamen deinde κενούται pro κενόσθαι omnes hab-
 ent praeter Paris. F. Etiam Ald. Bas. I. 2. διψῆ et κενούται.
 Ceterum ne γέ που cum Turicensibus comprobet, v. interpretat.

λεσθαι. Sympos. c. 11. ἐμπλη-
 ροῦν Symp. 202. E.

τὸ δ' ἐφεξῆς τοῦ ποιοῦς
 περι. λ.] De ἐφεξῆς cum da-
 tivo coniuncto v. Gorg. p. 420.
 D. 494. E. Legg. VII. p. 796.
 E. Cratyl. p. 399. A. Tim. p.
 30. C. ubi similiter: τὰ τοῦτοις
 ἐφεξῆς ἡμῖν λεκτέον. Alibi etiam
 genitivum additum habet. Utram-
 que constructionem illustravit
 Schaeferus ad Dionys. Hal.
 De Comp. Verbor. p. 142.

E. Πρὸς τί ποτε ἄρα
 ταῦτ' ὄντων βλέψαντες] Hic ταῦ-
 τῶν est idem quod τὸ ἐν s. τὸ
 γένος, τὸ εἶδος. Nam hoc dicit
 Socrates: Quodnam igitur
 est genus illud, quo res
 adeo multiples atque di-
 versas ita complectimur,
 ut eas uno nomine in-
 signiamus? Recte igitur
 Diog. Laert. III. 63. Suidas
 et Phavorinus in v. Πλάτων:

καλεῖ καὶ τὴν ιδεάν οὔτε κινού-
 μενον οὔτε μένον, καὶ ταῦτό, καὶ
 ἐν, καὶ πολλά.

Ἐκείθεν δὴ — ἀναλάβω-
 μεν.] Repetamus rem rur-
 sus ab iisdem rei exemplis,
 quibus antea usi sumus.
 Post ἐκείθεν infertur ἐκ τῶν αὐ-
 τῶν per epexegesin. Similiter
 Euthydem. p. 271. C. ἐπιεῦθεν
 ποθέν εἶον ἐκ Χίου. Phaedr. p.
 229. B. ἐνθένδε μέντοι ποθέν
 ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ. ubi v. ann.
 Haec certe non disparia esse
 videbuntur.

Διψῆ που λέγομεν ἐκά-
 στοτέ τι:] Sic codd. plerique
 omnes, et mox κενούται, cum
 edit. Bas. 2. Quod si verum
 est, subiectum tertiae personae
 intelligendum relinquatur. Quo-
 circa in summa similitudine ta-
 men rursus dissimillima sunt illa
 Theaet. p. 164. A. B. τὸ δὲ γέ
 οὐχ ὁρᾷ οὐκ ἐπιστάται ἐστίν:

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Τοῦτο δέ γ' ἐστὶ κενούται;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Ἄρ' οὖν τὸ δίψος ἐστὶν ἐπιθυμία;

ΠΡΩ. Ναί, πάματος γε.

35 ΣΩ. Πάματος, ἢ πληρώσεως πάματος;

ΠΡΩ. Οἶμαι μὲν πληρώσεως.

ΣΩ. Ὁ κενούμενος ἡμῶν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἐπιθυμεῖ τῶν ἐναντιῶν ἢ πάσχει, κενούμενος γὰρ ἐρεῖ πληροῦσθαι.

ΠΡΩ. Σαφέστατά γε.

ΣΩ. Τί οὖν; ὁ τὸ πρῶτον κενούμενος ἔστιν ὁπόθεν εἶτ' αἰσθήσει πληρώσεως ἐράπτοι' ἂν εἶτε

[*Nai, páματος γε.*] Sic partes colloquentium distribuimus cum Bekkero, auctoritate codicum quorundam. Nam vulgo haec scribuntur sic: *Nai, ΣΩ. Πάματος γε. ΠΡΩ. Πάματος. ΣΩ. Ἡ πληρώσεως πάματος; ΠΡΩ. Οἶμαι μὲν πληρώσεως. Pro vulgus páματος* hic et mox e Bodl. Ven. II. et pr. Vat. Coisl. dedimus

nam ibi antea ὁ ὀρῶν memoratur. Accedit quod *τι* cum *διψῆ* insolentius coniungitur, quod alibi in his formulis aut ad nomen aliquod aut ad infinitivum refertur. Menon. p. 76. A. ἐπιπεδον καλεῖς *τι*, καὶ ἕτερον αὐ στερεόν; Ibid. p. 88. A. σφραοσύνην *τι* καλεῖς καὶ δικαιοσύνην; Ibid. p. 75. E. ἀλλὰ οὐ γέ που καλεῖς πεπεράνθαι *τι* καὶ τελευτηκέναι: Alia id genus adscripsimus ad Protagor. p. 358. D. Itaque ambigere profecto licebit, num infinitivus *πειρῆν* et *κενοῦσθαι* retinendus sit, quamquam ille a codicibus parum aut nihil firmamenti ac praesidii habet. Sed pariter Germanice dixeris: er dürstet, nennen wir doch etwas. Ceterum *που* non ad *διψῆ* sed ad *λέγομαι* pertinet, cuius collocationis exempla alia sunt Phaedr. p. 258. A. ἰδοῦξέ ποῦ φησι. Politic. p. 306. E. ubi v. ann.

P. 35. Οἶμαι μὲν πλη-

ρώσεως.] Ita μὲν non subsequente δέ in his formulis usurpatur saepissime. Sophist. p. 221. A. δοκῶ μὲν, ὅπερ ἄρτι προῦθεμεθα δεῖν ἐξευρεῖν, τοῦτ' αὐτὸ νῦν ἀποτετελέσθαι. Ibid. p. 231. D. δοκῶ μὲν γάρ, τὸ πρῶτον εἰρήθη. Euthyphr. p. 7. B. Legg. III. in. οἶμαι μὲν ἀπὸ χρόνον μῆκους. De Rep. IV. p. 423. B. οἶμαι μὲν, ἦν δ' ἰγώ, κ. τ. λ. Adde quae exposuit Hartung. De Particul. linguae Graecae Vol. II. p. 412. cui tamen non assentimur μὲν in talibus pro attenuato μὴν habenti, atque interpretanti freilich, wohl. Verum pervidit nostra sententia Hermannus ad Viger. p. 841. qui ubi *αὐν* dicitur, non sequente δέ, aut intelligi posse censet δέ, aut omitti illam partem orationis arbitratur, in qua δέ sequi debuerat.

ἐπιθυμεῖ τῶν ἐναντιῶν ἢ πάσχει.] Desiderabam olim ἢ ἂ πάσχει. Sic enim Gorg.

μνήμη τούτου, ὃ μὴτ' ἐν τῷ νῦν χρόνῳ πάσχει μὴτ' ἐν τῷ πρόσθεν πάποτ' ἔπαθε;

ΠΡΩ. Καὶ πῶς;

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὃ γ' ἐπιθυμῶν τινὸς ἐπιθυμεῖ, B
φαμέν;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ;

ΣΩ. Οὐκ ἄρ' ὃ γε πάσχει, τούτου ἐπιθυμεῖ. διψῆ γὰρ, τοῦτο δὲ κένωσις: ὃ δὲ ἐπιθυμεῖ πληρώσεως.

ΠΡΩ. Ναί.

ΣΩ. Πληρώσεως γ' ἄρα πῆ τι τῶν τοῦ διψῶντος ἂν ἐράπτοιτο.

πάματος, Porsono obtemperantes ad Eurip. Hecub. v. 396. et Adversar. p. 191. ed. Lips.

B. Πληρώσεως γ' ἄρα πῆ τι τ. γ' ἄρα Bodl. Ven. II. γὰρ pr. Vat. Vulgo γ' deerat.

p. 481. C. καὶ πάντα τὰ ἐναντία πράττομεν — ἢ ἂ δεῖ. Phaed. p. 115. D. ἐγγήσασθε οὖν με — τὴν ἐναντίαν ἐγγῆν, ἢ ἦν οὗτος — ἠγγῆτο. De Rep. I. p. 339. E. ποιεῖν τοῦναντίον ἢ ὃ οὐ λέγεις. Sed omisso pronomine Phaedr. p. 275. A. δεῖ εὐνοίαν τοῦναντίον εἶπες ἢ δύναται. Euthyphr. p. 12. A. λέγω γὰρ δὴ τὸ ἐναντίον ἢ ὃ ποιητὴς ἐποίησεν. Reip. I. p. 334. E. καὶ οὕτως ἐροῦμεν αὐτὸ τοῦναντίον ἢ τὸν Σιμωνίδην ἐραμεν λέγειν. Itaque nihil mutandum invitis codicibus.

ὃ τὸ πρῶτον κενούμενος ἔστιν ὁπόθεν.—] Iunge verba hunc in modum: ὃ τὸ πρ. κενούμενος ἔστιν ὁπόθεν ἐράπτοι' ἂν εἶτε αἰσθήσει εἶτε μνήμη πληρώσεως τούτου, ὃ μὴτ' ἐν τῷ νῦν χρ. κ. τ. λ. qui primum vacuus est, num fieri potest, ut is alicunde sive perceptione sive memoria assequatur expletionem per illud, quo neque in

Ε. τὸ δὲ τῶν ἀφρόνων — περιβοήτους ἀπεργάζεται] Τὸ τῶν ἀφρόνων nota periphrasi dictum pro τοὺς ἀφρονάς. Quamobrem liberiore constructionis ratione subiunctum est περιβοήτους ἀπεργάζεται. Exempla rei congressit A. Matthiae Gr. Gr. §. 285. p. 736. ed. 3. — περιβοήτος hic est, infamis, malis rumoribus celebratus; dicitur enim plerumque in

malam partem, ut nostrum vereschrien. v. Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 179. ed. Reitz. Dorvill. ad Chariton. p. 273. Activo sensu propter illa p. 47. A. vocabulum intelligi nunc nolum.

Οὐκοῦν τούτων τινὰς προελόμενον δεῖ —] Ex his igitur quasdam eligere et videre oportet, quomodo sese habeant, ut eas dicamus esse maximas, i. e. quanam caussa nostri de iis iudicii in ipsarum vi et natura posita videatur. Docetur vero deinceps, eas omnes non esse puras, sed mixtas, h. e. ex molestiae et laetitia sensu conflatas.

P. 46. Τὰς τῶν ἀσχημόνων —] Quinam sint οἱ ἀσχημονες, facile ex iis, quae subiciuntur, perspicias. Sunt enim

ΣΩ. Οἷον τὰς τῆς ψώρας ἰάσεις τῷ τριβειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ἄλλης δεόμενα φαρμάξεως. τοῦτο γὰρ δὴ τὸ πάθος ἡμῖν, ὃ πρὸς θεῶν, τί ποτε φῶμεν ἐγγίγνεσθαι; πότερον ἡδονὴν ἢ λύπην;

ΠΡΩ. Σύμμικτον τοῦτό γ' ἄρ', ὃ Σώκρατες, εἴποιε γίγνεσθαι τι κακόν.

B ΣΩ. Οὐ μὲν δὴ Φιλίβου γε ἔνεκα παρεθέμην τὸν λόγον· ἀλλ' ἄνευ τούτων, ὃ Πρώταρχε, τῶν ἡδονῶν καὶ τῶν ταύταις ἐπομένων, ἂν μὴ κατοφθῶσι, σχεδὸν οὐκ ἂν ποτε δυναίμεθα διακρίνασθαι τὸ νῦν ζητούμενον.

Σύμμικτον τοῦτό γ' ἄρ' —] V. Ἐμμικτον, quod mutatum e Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΞΣΠ. Par. B.C. Angel. Flor. a. et edit. Bas. 2. In Par. EF. σύμμικτον super versu adscriptum. Praeterea ἄρ', quod vulgo deerat, e Bodl. et Ven. II. restitutum. In Vat. est γὰρ, quod eodem perducit.

B. τῶν ταύταις ἐπομένων] ταύτης Bodl. Vat.

indecori ac turpes. Quocirca eorum voluptates imprimis iis odio esse dicuntur, qui antea vocati sunt οἱ δυσχερεῖς, hoc est, severis illis morosisque omnis voluptatis adversariis, qui eius vim naturamque penitus tollere conantur. Mox τῷ τριβειν cum nomine ἰάσεις iungendum, de qua syntaxi v. ad Cratyl. p. 423. A. 433. B. Sophist. p. 262. B. Lysid. p. 205. C. -- σύμμικτον κακόν, argute Protarchus vocat, quod Socrates scire vult, sitne voluptas an molestia.

A. ἀλλ' ἄνευ τούτων, ὃ Πρ., τῶν ἡδονῶν —] Non quidem Philebi caussa scilicet, inquit, hanc quaestionem movi, quasi eum putem talium voluptatum defensorem ac patronum esse; sed sine harum ac similiarum voluptatum consideratione fieri nunquam poterit, ut id, quod quaerimus, recte diiudicemus. In his quod dicitur, ἄνευ τούτων τῶν ἡδονῶν, sine his voluptatibus, h. e. si ab his voluptatibus discesseri-

mus, id clarius illustratur deinde additis hisce, ἂν μὴ κατοφθῶσι; de quo satis erit verbo monuisse. Eadem ratio est p. 60. D. Gorg. 513. E. — τῶν ταύταις ἐπομένων, quae iis similes atque cognatae sunt, i. q. ἐγγενῶν. Infra p. 54. E. πάντα τὰ ἐπόμενα τοῖς τοιούτοις παθήμασι. Ibid. p. 56. C. τὰς μὲν μουσικῇ ἐνεπομένους, τὰς δὲ τεκτονικῇ. Ibid. p. 57. E. καὶ ταύταις ἄλλαι τοιαῦται ἐνεπομέναι σιχαί. De Rep. III. p. 406. D. τὰ τοῦτοις ἐπόμενα. Legg. VII. p. 815. C. καὶ τῶν ταύταις ἐπομένων. Ibid. VIII. p. 828. C. τῶν τοῦτοις ἐπομένων. Ibid. p. 834. E. τῶν ἡρωιδῶν καὶ τῶν τοῦτοις ἐπομένων. Ibid. IX. p. 853. A. X. p. 887. D. 897. A. al.

αἱ δ' ἀπὸ τῆς τῆς ψυχῆς ἐν τῇ ψυχῇ.] solius animi et a corporis communione seiuncti. Nihil est quod Bodl. habet ἀπὸ τῆς ψυχῆς, quamquam id placuit Winckelmanno. Antea pronomine alteri membro adiecto dixit καὶ

ΠΡΩ. Οὐκοῦν ἰτέον ἐπὶ τὰς τούτων ξυγγενεῖς.

ΣΩ. Τὰς ἐν τῇ μίξει κοινωνούσας λέγεις;

ΠΡΩ. Πάνν μὲν οὖν.

ΣΩ. Εἰσὶ τοίνυν μίξεις αἱ μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν, αἱ δ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐν τῇ ψυχῇ. τὰς δ' αὖ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀνευρησόμεν λύπας ἡδοναῖς μιχθείσας τοτὲ μὲν ἡδονὰς τὰ ξυναμφότερα, τοτὲ δὲ λύπας ἐπικαλουμένας.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Ὅποταν ἐν τῇ καταστάσει τις ἢ τῇ διαφθορᾷ τάναντια ἅμα πάθη πάσχη, ὀγῶν ποτὲ θε-

ἀπὸ τῆς τῆς ψυχῆς] αὐ τῆς ψυχῆς Bodl. In Vat. τῆς om.

C. τὰς δ' αὐ τῆς ψυχῆς] Sic Coisl. pro ἀπὸ τῆς, et Bastio teste Vatic.

ὀγῶν ποτὲ θ.] ποτὲ ὀγῶν ποτὲ Bodl. Vat. Ven. II. ποτὲ ὀγῶν Coisl.

τὸ σῶμα ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν, in solis corporibus. Tria igitur hic ponit mixtarum voluptatum genera: unum, quod solius corporis sit; alterum, quod in solo animo cernatur; tertium, quod sit corpori et animo commune. De singulis ordine deinceps agitur. Nam primum statim inde a proximis verbis Ὅποταν ἐν τῇ καταστάσει κ. τ. λ. aut potius inde a verbis λέγει δὴ τὰς μὲν κ. τ. λ. illustrantur solius corporis voluptates, etsi id ab initio non indicatur; nam p. 47. C. in demum eius rei indicium fit. Deinde paucis ostenditur, de voluptatibus corpori et animo communibus iam in superioribus satis explicatum esse p. 47. C. quamquam nunc illi disputationi tanquam supplementum quoddam adiicitur; p. 47. D. Denique inde a p. 47. D. transitur ad explorandas mixtas voluptates, quae solius animi propriae esse iudicantur. Haec quantum referat accurate tennisse, loci qui sequitur difficillimi interpretatio

unumquemque satis edocere poterit.

ἐν τῇ καταστάσει τις ἢ τῇ διαφθορᾷ] in (naturae suae) restitutione aut corruptione. Recordandum est enim eorum, quae supra p. 31. C. sqq. de origine voluptatis et doloris explicata sunt. Verba: ποτὲ ὀγῶν — ψύχηται, praegressis, τάναντια πάθη πάσχη, per exegesis adduntur, ut neutriquam καὶ post πάσχη inserendum videatur. Dein ζητῶν est cupiens, ut p. 57. A. Apol. Soer. p. 37. C. Menon. p. 90. E. Euthydem. p. 306. C. Charm. p. 172. C. De Rep. II. p. 375. E. VI. p. 486. D. IX. p. 571. C. al. v. Heusdii Specim. Crit. p. 104. Videntur autem contrariae illae corporis affectiones vulgo designatae esse verbis: πικρῶ γλυκῶ μεμιγμένον, h. e. acerbo mixtum iucundum, quod cave cum γλυκυπικρῶ confundas. Etenim hoc quidem loco agitur non de saporibus, sed de iucundis et iniucundis sensibus et affectionibus inter se com-

ρηται καὶ θορυμνόμενος ἐνίοτε ψύχεται, ζητῶν, οἶμαι, τὸ μὲν ἔχειν, τοῦ δ' ἀπαλλάττεσθαι, τὸ δὲ λέγομενον πικρῶ γλυκὺ μειμιγμένον, μετὰ δυσπαλα-
D λακτίας παρόν, ἀγανάκτησιν καὶ ὕστερον ξύστασιν ἀγρίαν ποιεῖ.

ΠΡΩ. Καὶ μάλ' ἀληθές τὸ νῦν δὲ λεγόμενον.

πικρῶ γλυκὺ μεμ.] πικρῶ γλυκῆ Par. F.

D. ξύστασιν ἀγρίαν] Bodl. Vat. et pr. Ven. II. σύντασιν. at v. interpretat. Coisl. pr. ξύντασιν.

mixtis. Atque ad hanc vulgarem rei appellationem sine dubio referenda sunt verba τὸ δὲ λεγόμενον. Quocirca non accedimus Im. Bekkeri sententiae praestare fortasse dicentis πικρογλυκὺ. Nam ita si scribatur, μειμιγμένον utique molestissime redundabit. Nec profecto credibile est, si πικρογλυκὺ fuisset communis rei appellatio, futurum fuisse, ut nemo quisquam huius nominis usquam mentionem faceret. De voc. δυσπαλακτίας v. Lobeck. ad Phrynich. p. 509. Denique dubitatur, utrum in proximis ξύστασιν an ξύντασιν scribendum sit. Rem si ex unis codicum testimoniis aestimes, caussa anceps est. Nam qui pro praestantissimis habentur libri tres, ii habent ξύντασιν; ceteri omnes ξύστασιν vel σύστασιν. Itaque facile apparet, rem ad unum mentis iudicium maxime redire; praesertim quum meliores illi codices plurima habeant eaque clarissima festinatae correctionis vestigia. Iam vero videamus ante omnia, quidnam sit, quod eo vocabulo hic designetur. Ac nos quidem si quid iudicare possumus, molestiae ac doloris cuiusdam sensus significatur. Dicitur enim dulce illud acerbo permixtum, si quis ab eo aegre possit liberari, primum ἀγανάκτησιν sive indignationem afferre, ac deinde etiam, diutius durante

molestia, efficere ἀγρίαν sive ξύστασιν sive ξύντασιν. Quid igitur? nonne de acriore dolore hic cogitandum, qui tandem ex eo oriatur, quod natura sua et dulce et acerbum sit? At enim, inquit aliquis, quid tandem impedit, quominus de contentione s. ξυντάσει eaque ἀγρία cogitemus? Certe hanc rationem commendat magnopere, quod post paullo p. 47. A. legitur συντέλει τε καὶ ἐνίοτε πηδῶν ποιεῖ. Sed primum quidem haec Platonis verba huc nihil pertinent; nam hoc quidem loco agitur de aegritudine ac dolore, illic autem de effectu maioris voluptatis, hoc est, de contrario, exponitur. Deinde quatenam tandem aut qualis est ista contentio, quam etiam Winckelmannus ad Euthydem p. 71. hic significari arbitratur? Nimirum adeo ea non est accurate definita ac significata, ut notio rei prorsus incerta et obscura maneat. Quocirca videamus de altera lectione, quam aperte fatemur nobis unice probari. Vidimus igitur, aegritudinis et doloris acrioris significationem hic per ipsam requiri sententiam. Iam vero constat veteres Graecos et Romanos in ea fuisse sententia, ut animum dolore contrahi et adstringi, laetitia diffundi existimarent. In quam sententiam sine dubio eo deducti sunt, quod vitium et

ΣΩ. Οὐκοῦν αἱ τοιαῦται μίξεις αἱ μὲν ἐξ ἴσων εἰσὶ λυπῶν τε καὶ ἡδονῶν, αἱ δ' ἐκ τῶν ἐτέρων πλειόνων;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Λέγε δὲ τὰς μὲν, ὅταν πλείους λῦπαι τῶν ἡδονῶν γίνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγομένας νῦν δὲ

τὸ νῦν δὲ λεγόμενον.] Bodl. Ven. II. et pr. Vat. om. δὲ. Sed habet Vat. corr. Eiecerunt critici, qui νῦν δὲ tantum praeteritis iungi sibi persuasissent.

Λέγε δὲ τὰς μὲν,] λέγω Ven. II.

frontem videbant in rebus ingratis vel iniucundis contrahi sive caperari, ut est apud Plautum Epid. V. 1, 3., in iucundis contra atque gratis aequabiliter diffundi. Seneca Epist. 106. Vide, an vultum nobis mutant, an frontem adstringant, an faciem diffundant. Ovid. Metam. XIV. v. 272. Hanc ubi nos vidit, dicta acceptaque salute, diffudit vultus. Id. Epist. ex Pont. IV. 4, 9. v. Burmann. ad Petron. c. 71. Hinc igitur ortum putamus vulgarem loquendi usum, nec tantum philosophorum scholis proprium, quo animus hilaris dicebatur διαχεῖσθαι, διαστέλλεσθαι, διαλύεσθαι, s. diffundi, tristis autem συστέλλεσθαι, συνίστασθαι, contrahi, nec vero unquam συντέλεισθαι. De Graecis vide locum insignem Sympos. p. 206. D. ubi διαχεῖσθαι ac διαλύεσθαι et συστειρῶσθαι s. ἀνελεῖσθαι inter se opponuntur, et quae Wyttenbachius ad Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 103. et Heusingerus in Indice ad Iuliani Caesares exposuerunt. De Latinis autem satis erit contulisse Ovid. Met. III. v. 318. IV. v. 764. munere Bacchi diffundere animos. Cicero. Lael. c. 13. Tuscul. IV. 31. ubi effusioni animi in laetitia contrariam esse ait in dolore contractionem.

Iam vero de hac animi corporisque molestia ubi σύστασις dici solere docuerimus, hunc locum a praepostera correctione σύντασιν utique videbimur liberasse ac defendisse, usque dum aliquis docuerit, συντέλεισθαι atque σύντασιν de eadem re usurpatum esse. Accipe igitur huius loquendi rationis exempla, quibus sententia nostra communiatur. Eurip. Hippolyt. v. 994. πάτερ, μένος μὲν ξύστασις τε σῶν φρενῶν δεινὴ. Alcest. v. 809. τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτο φρενῶν. Heraclid. v. 416. καὶ νῦν πικρὰς ἂν ξυστάσεις ἂν εἰσίδοις. Atque his ita expositis videmur non modo Platoni veram lectionem vindicasse, sed novo etiam exemplo demonstrasse, quod saepe diximus, tres illos codices, qui alias merito suo habentur pro praestantissimis, tamen ita esse usurpandos, ut ne temere iis ubique fidem habeamus, sed caute et circumspice singulis locis varias lectiones suis momentis ponderemus. Quod nisi ita fiat, critica sane erit res omnium facillima, siquidem una oculorum acie et solerti manuum exercitatione continebitur.

D. Λέγε δὲ τὰς μὲν, —] Illustraturus est quod postremo dixerat, mixtiones illas posse sic comparatas esse, ut aut voluptates maiores sint aut contra

ταύτας εἶναι καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν. ὁπόταν ἐντὸς
τὸ ζέον ἦ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ

καὶ τῇ κνήσει] V. κνήσει, quod cum Heusdio allisque
correximus. v. interpretat.

μὴ ἐφικνῆται τις] ἐφικνείται Bodl.

dolores. Ac primum quidem exemplo voluptatum ac dolorum unī corpori propriorum docet dolores posse maiores existere, id quod fit usque ad verba ἡδοναῖς παρατιθένας. Deinde vero inde ab Οἴκου δπόταν αὐ πλείων ἡδονῆ κ. τ. λ. ostendit vicissim etiam voluptatis plus admixtum esse posse. Sed totus hic locus multis magnisque obnoxius est difficultatibus; quamobrem copiosorem requirit interpretationem. Exploremus igitur ante omnia sententiam; quo facto de verbis dispiciemus. Dicuntur igitur, si quid video, mixtiones illae, quae plus doloris quam voluptatis habeant, cerni in affectionibus scabiei ac titillationum paullo ante memoratis. Accidere enim in his solere, ut intus sub cute lateat quod feruat et inflammatum sit, fricando autem et scabendo superficies tantum cutis exagitetur. Tum vero eos, qui ita affecti sint, prae consilii inopia cutem fricando incendere et inflammare, eoque modo in contrarium atque antea statum adducere; ita autem fieri, ut modo sibi pariant immensas voluptates fricando excitatas illas, modo etiam ex contrario orta inflammatione partibus interioribus ad dolores exteriorum partium mixtas doloribus voluptates afferant, prouti res in hanc aut alteram partem vergat et inclinet. Hanc igitur putamus universi loci sententiam esse. Videamus nunc de verbis. Et hic quidem ante omnia id agendum est, ut singula cola enuntiati recte discernantur sermoneque interpunctio emende-

tur. Dicit enim non potest, quanta in hac re editorum librorum sit discrepantia. Ita vulgo post λεγομένας commate distinguitur et τῶν δὴ refertur ad ταύτας εἶναι; tum rursus post εἶναι et γαργαλισμῶν ponitur comma; post διαχρῆ autem colo inciditur itemque post ἀμυχάνους ἡδονάς, ommissa post μεταβάλλοντες distinctione. Alii etiam aliter; nec temere videor pronuntiare, nullum esse librum, qui vel medioeriter hac in re probandus sit. Quocirca dicere licebit, quae nostrae distinctionis causa et ratio sit. Interpunctimus igitur plene post γαργαλισμῶν. Nam ita et primum membrum in se absolutum est, et quae sequuntur inde ab ὁπόταν facili negotio expediri possunt. Accedunt quippe haec superioribus explicationis gratia, ideoque recte sine coniunctione γάρ adduntur; de quo genere loquendi alibi exposuimus. Habemus autem hic enuntiatum ex protasi et apodosi compositum, quod mirum est ab omnibus editoribus et interpretibus negligi potuisse. Etenim protasis inde ab ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον κ. τ. λ. usque ad διαχρῆ pertinet; inde autem orditur apodosis, cuius initio tamen ex Ald. Bas. 1. 2. τότε pro τότε restituumus, quoniam alioquin sibi non constat verborum constructio. Praeterea post μεταβάλλοντες commate distinximus, propterea quod ἐντοτε ἀμυχάνους ἡδονάς non ex μεταβάλλοντες pendet, sed cohaeret cum sequenti παρέσχοιτο. Haec igitur de membrorum distinctione, qua una maxime nititur recta verborum

κνήσει μὴ ἐφικνῆται τις, τὰ δ' ἐπιπολῆς μόνον δια- E
χρῆ, τότε φέροντες εἰς πῦρ αὐτὰ καὶ εἰς τὸνναντίον

τὰ δ' ἐπιπολῆς] Libri τὸ δ'. Emendavit Schützsius.

E. τότε φέροντες εἰς πῦρ] V. τότε φερ. quod in τότε mutavi ex Vat. Ven. II. et edit. Ald. Bas. 1. 2.

ac sententiarum interpretatio, ad quam nunc ita progrediamur, ut examinentur singula. Primum igitur membrum hoc est: Dic igitur, h. e. statue atque pone, istas quidem, quum plures dolores quam voluptates existunt (h. e. quae plus doloris quam voluptatis habent), esse quas modo dicebamus scabiei et titillationum. In quibus recte videmur ante τῶν δὴ sustulisse ἰσοτιμίαν, quandoquidem haec vocabula cum λεγομένας connectenda sunt. Ad λεγομένας autem intelligendum ὑφ' ἡμῶν, sicuti pridem ad p. 39. B. monuimus. Respicitur enim ad ea, quae paullo ante p. 46. A. diserebantur. Subiunguntur deinde reliqua, quae rem accuratius illustrent. Dicitur autem hoc: quando intus (sub cute) est id quod fervet et inflammatum est, fricando autem atque scabendo alius quis illuc non pervenit, sed superficiem tantum (scabendo) diffundit; tum illi (qui sic affecti sunt) partes laborantes inflammantes, eoque ipso prae remedium inopia in contrarium mutant, modo sibi immensas voluptates parant, modo ex contrario partibus internis, ad externarum partium dolores, voluptates doloribus mixtas afferunt, prouti res aut huc aut illic vergit, eo quod concreta violenter disiungunt, aut discreta coniungunt atque simul dolores vo-

luptatibus apponunt. Vides iam integritatem quidem sententiae sibi constare, sed singula quaedam etiam nunc indigere luce interpretationis. Et primum quidem ὅτι ἐφικνῆσθαι dicitur, qui ad partes interiores corporis morbo laborantes fricando et scabendo non penetrat. In quibus verbis codd. mss. cum vet. editt. habent κνήσει, quod Heusdius et Wyttenbachius ad Plutarch. p. 1013. in κνήσει mutandum viderunt. Defendit tamen nuper librorum scripturam Winckelmannus ad Plutarchi Amator. p. 224. quo loco docet, κνῆσιν et κνήσεις dici de exagitatione et, quam vulgo dicunt, irritatione. Photius p. 166, 20. κνῆσιν οἶον ἐρεθίζει. Recte vero: nec tamen inde consequitur, ut hoc loco librorum scripturam pro vera probari oporteat. Nimirum scabiosi non omnino irritant corporis superficiem, sed faciunt id ipsum, unde nomen acceperunt, hoc est, scabunt eam et fricant. Itaque eo vocabulo profecto opus est, quo res significatur accuratius. Id autem fuisse κνήσεις, non dubitabunt, qui talia comparaverint: Plat. Gorg. p. 494. D. καὶ πρῶτον μὲν εἰπέ, εἰ καὶ φρωσιῶντα καὶ κνήσει ὄντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνήσεισθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βλὸν εὐδαμῶνός ἐστι ζῆν. Plutarch. De Sanit. tuenda p. 126. B. Ἐπερ τὰ φρωσιῶντα κνήσεισθαι καὶ γαργαλισμῶν. Id. De Discr. Am. et Adul. p. 61. D. p. 233. Wyt. κνῆσιν καὶ γαργαλλίζει. Quocirca hoc quidem loco κνήσει unice verum puta-

ἀπορίας μεταβάλλοντες, ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονάς, τοτὲ δὲ τοῦναντίον τοῖς ἐντὸς πρὸς τὰς τῶν ἔξω λύπας ἡδονάς ξυγκερασθείσας, εἰς ὅποτερ' ἂν ῥέψῃ, παρέσχοντο τῷ τὰ συγκεκριμένα βίᾳ διαχεῖν ἢ τὰ

πρὸς τὰς τῶν ἔξω] προστάτων Bodl. Ven. II. Dein libri omnes ἡδοναῖς, quod de coniectura Schützi in ἡδονάς mutavimus. P. 47. κατὰ τὰ τοιαῦτα πάντα] Art. τὰ unus Par. C. prae-

mus. Alia discessio a librorum auctoritate in proximis facienda fuit, ubi Schütziū sequuti τὰ δὲ ἐπιπολῆς pro τὸ δὲ ἐπιπολῆς restituumus. Nam plurali numero opus esse, arguunt quae sequuntur. Quod enim scabiosi dicuntur αὐτὰ εἰς πῦρ φέρειν, id non potest nisi de externis corporis partibus, sive de τοῖς ἐπιπολῆς, intelligi. Sin autem τὸ ἐπιπολῆς scribitur, profecto αὐτὰ non habet, quorsum commode referatur. Ita igitur hoc quoque extra dubitationem positum videtur. Pergimus ad proxima. Hic vero interpretes male habuit numerus pluralis φέροντες etc. Nos tamen illum facilem habere excusationem arbitramur. Quum enim praecedat ὅποτερ' ἀφικνῆται τις — διαχέει, non aliter sane ille subiungitur, quam post εἰ τις et εἰ τις, de quo ad p. 45. C. explicavimus. Et sic post ὅταν τις et ἐπειδὴν τις etiam alibi factum esse, ad Remp. VII. p. 536. A. et libr. I. p. 344. B. ostendimus. Dissentiunt autem viri docti de vi et significatione formulae φέρειν εἰς πῦρ. Plerique omnes tamen de ignis usu cogitant, atque deinde τοῦναντίον de aqua atque frigore intellectum volunt. Quod perquam mirum est. Quis enim vel fando audivit, scabiosos externas corporis partes igni admovere solere, aut aqua et frigidis liquoribus perfundere? Nimirum εἰς πῦρ φέ-

ρειν nihil aliud est quam ἐμπυροῦν, inflammare, quod illi faciunt nimium fricando atque scabendo. Cuius loquutionis aliud exemplum etsi non in promptu habemus, tamen φέρειν τι εἰς τι rectissime dici, πῦρ autem, sicuti pro πυρετός interdum dicitur, ita etiam de inflammatione poni potuisse, per se intelligitur. Ex his autem facile perspicitur, quomodo intelligenda sint proxima, καὶ εἰς τοῦναντίον μεταβάλλοντες. Significant enim haec effectum, quem habeat inflammatio, ideoque sic interpretanda sunt: ac proinde s. et quidem ea in contrarium mutantur, quandoquidem iam etiam hae partes corporis, quum antea τὸ φλεγμαῖνον intus tantum fuisset, inflammatione corripuntur. Sic per καὶ non ita raro superioribus annectuntur, quae eorum effectum vel eventum significant. Cuius rei exemplum attulimus ad p. 31. E. quo loco καὶ λύσις subditivum esse demonstravimus. Alia id genus a Schaefero ad Demosthenem notata esse meminimus. Facere nota id illi dicuntur ἀπορίας, h. e. prae consilii inopia et quia nesciunt quid sibi faciendum sit, quo vim pruritus ardorisque depellant. Qui quidem numerus multitudinis si quem offendat, quamquam utique suam habet excusationem, ei auctor sum ut ἀπορία reponat. Nam vetusta scriptura ἀπορία quam facile in

διακεκριμένα συχεῖν καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς παρα- 47
τιθέσθαι.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὅποτερ' αὖ πλείων ἡδονὴ κατὰ τὰ τοιαῦτα πάντα ξυμμιχθῆ, τὸ μὲν ὑπομιμνήμενον τῆς

buit. Habet eundem etiam edit. Bas. 2. unde iam revocavit Fischerus.

ἀπορίας abire potuerit, sponte intelligitur. Iam vero in proximis apparet, ex nostra ratione ἐνίοτε et τοτὲ δὲ ad se invicem referri, accusativos autem ἀμηχάνους ἡδονάς et ἡδονάς ξυγκερασθείσας suspensos esse ex παρέσχοντο, id quod perspexit etiam Schützius, qui praeterea etiam ἡδονάς pro librorum lectione ἡδοναῖς reponendum vidit. Duplici autem significatione istud παρέσχοντο positum est; nam cum ἀμηχάνους ἡδονάς iunctum significat sibi comparant; ut De Republ. IV. p. 421. D. ὄργανα μὴ ἔχων παρέχεσθαι ὑπὸ πένις, al. cum ἡδονάς ξυγκερασθείσας autem consociatum est afferunt; in quo non est cur quis temere haereat. Nimirum quod illi eutem ad inflammationem usque perficant, id duplicem eventum habere posse indicatur, prouti res huc atque illuc vergat. Nam εἰς ὅποτερ' ἂν ῥέψῃ, i. e. nachdem die Sache ausschlägt, arcte cum παρέσχοντο connectendum est pertinetque ad duplicis eventus, qui memoratur, facultatem. Ne vero mireris ῥέψῃ, tertiam personam, sine subiecti mentione positum, scrupulum eximent, opinor, quae id genus alia exempla consignavimus in commentariis ad Theaetet. p. 171. A. et p. 187. C. Significatur autem eventum illius vehementioris perfrictionis, quae adeo inflammationem ac dolorem efficiat, aut

hunc esse posse, ut ingentes sentiantur voluptates, quandoquidem insolentior quaedam titillatio supernarum partium sequi possit: aut illum, ut partes corporis exteriores dolore corripiantur, internae autem aestu leventur, unde πρὸς τῶν ἔξω λύπας ἡδονάς (αὐταῖς) ξυγκερασθείσας παρέχονται. Verum sive hoc sive illud accidit, illud tamen apparet, dolorem semper esse maiorem quam voluptatem. Nam vel maxima illa atque ingens titillatio partium supernarum neutiquam aequat dolorem, qui intus saevit, praesertim quum ipsa ex morbo proficiscatur; lenimen autem dolorum internorum, quod habet aliquid iucunditatis, certe non tantum est, ut non molestiae vim, quam partes internae pariter atque externae sentiunt, multo maiorem esse affirmare liceat. Denique indicatur etiam via et ratio, qua duplex ille effectus oriatur. Nam τῷ cum infinitivis iunctum rursus est eo quod; v. ad Phaedon. p. 60. B. Efficiunt igitur scabiosi haec aut eo, quod concreta violenter diffundunt, quod pertinet ad violentiorem cutis frictionem; aut ita, ut discreta coniungere studeant, quae verba ad levamen interiorum dolorum retulerim; atque ita illi dolores iuxta voluptates tanquam collocant, quo fit, ut quae sunt inter se opposita, eo facilius sentiantur, atque illa ipsa titillatio per

λύσης γαργαλίζει τε καὶ ἡρέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὖ τῆς ἡδονῆς πολὺ πλεον ἐγκεχυμένον συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ, καὶ παντοῖα μὲν χρώματα, παντοῖα δὲ σχήματα, παντοῖα δὲ πνεύματα ἀπεργαζόμενον πᾶσαν ἐκπληξιν καὶ βοᾶς μετ' ἀφροσύνης ἐνεργάζεται.

B ΠΡΩ. Μάλα γε.

ΣΩ. Καὶ λέγειν τε, ὦ ἑταῖρε, αὐτὸν τε περὶ ἑαυτοῦ ποιεῖ καὶ ἄλλον, ὡς ταύταις ταῖς ἡδοναῖς τερπόμενος οἷον ἀποθνήσκει· καὶ ταύτας γε δὴ παν-

τὸ δ' αὖ τῆς ἡδονῆς] V. αὐτῆς, invitis codd. omnibus. Dein pro vulg. ἐγκεχυμένον recte Bodl. Vat. Coisl. Ven. AΞΠΣ. Par. BC. Angel. Flor. a. b. c. i. cum edit. Bas. 2. verissime ἐγκεχυμένον.

ἀπεργαζόμενον πᾶσαν ἐκπλ.] Libri omnes ἀπεργαζόμενα. Correxit Buttmannus.

μετ' ἀφροσύνης ἐνεργάζεται] Bodl. Vat. Ven. Π. ἀπεργάζεται, unde Winckelm. conl. ἐναπεργάζεται. Vatic. teste Bastio in marg. μετ' ἐφροσύνης.

se molestissima, utpote doloribus contraria, incundissima esse videntur. Sed haec satis sunt; veremur enim, ne vel nunc harum rerum disceptatio iusto longior evaserit.

P. 47. γαργαλίζει τε καὶ ἡρέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ] Hesychius: γαργαλίζει· ἐρεθίζει. Etym. Magn. γαργαλίζει· κινεῖ, προτρέπει, ἐρεθίζει. Grammat. Bekkeri Anecd. I. p. 31. γάργαλος· ὁ ἐρεθισμός. καὶ γαργαλισμός. τὸ δὲ γαργαλίζεισθαι οὐκ Ἀττικόν. Dicitur hoc loco de leni doloris stimulo et tanquam tormento. Plato Phaedr. p. 251. C. κνησὶς τε καὶ ἀγανακτικὸς — ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζει φέουσα τὰ πτερά. Ibid. p. 253. E. de animae auriga: ὅταν γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ.

συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾶν ποιεῖ] Hic συντείνειν de voluptate dictum est inten-

dere, spannen, in Aufregung setzen. Legg. VII. p. 800. D. ὁἷμαί τε καὶ θυμοῖς — συντείνοντες τὰς τῶν ἀρωμένων ψυχάς. Unde apparet, non petendum hinc sententiae suae fuisse argumentum iis, qui supra σύντασιν pro vera lectione commendarunt. Mox ἀπεργαζόμενον de Buttmanni coniectura dedimus pro scriptura librorum ἀπεργαζόμενα, quam nemo quisquam defenderit vel explicaverit. Pro ἐνεργάζεται tres optimi, qui putantur, libri ἀπεργάζεται, quod placet Winckelmanno. Nimirum ἐνεργάζεται parum recte de βοᾶς μετ' ἀφροσύνης dici visum est; hinc orta criticorum correctio.

B. Καὶ λέγειν τε, ὦ ἑταῖρε, αὐτὸν τε] Quae olim ad hunc locum de usu particularum καὶ — τε disputavimus, ea retractavimus ad Protagor. p. 317. D. consentiente nobiscum Kühnero ad Xenoph. Mem. IV. 2, 28. atque aliis multis. Hoc loco τε

τάπασιν αἰεὶ μεταδιώκει τοσοῦτῳ μᾶλλον, ὅσῳ ἂν ἀκολαστότερός τε καὶ ἀφρονέστερος ὦν τυγχάνῃ. καὶ καλεῖ δὴ μεγίστας ταύτας, καὶ τὸν ἐν ταύταις ὁ τὸ μάλιστα αἰεὶ ζῶντα εὐδαιμονέστατον καταριθμεῖται.

ΠΡΩ. Πάντα, ὦ Σώκρατες, τὰ συμβαίνοντα πρὸς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων εἰς δόξαν διεπέραντας. **C**

ΣΩ. Περὶ γε τῶν ἡδονῶν, ὦ Πρώταρχε, τῶν ἐν τοῖς κοινοῖς παθήμασιν αὐτοῦ τοῦ σώματος τῶν ἐπιπολῆς τε καὶ ἐντὸς κερασθέντων· περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ, σώματι τάναντία ξυμβάλλεται, λύπην τε ἅμα

B. Καὶ λέγειν τε, ὦ ἑταῖρε —] γε Bodl. Vat. Ven. ΠΣ. Mox καὶ περὶ ἄλλον Bodl. Vat. Ven. Π. καὶ περὶ ἄλλον marg. Ven. Σ. Par. BC. Angel. Flor. a. c. καὶ περὶ ἄλλον marg. Ven. Ξ. sed v. interpretat.

ὅσῳ ἂν ἀκολαστ.] ἂν om. Bodl. Ven. Π. et pr. Vat.

τὸν ἐν ταύταις,] ταύταις Bodl. Vat. Ven. Π. pro vulg. αὐταῖς.

referendum est ad alterum illud ut verbis ταύταις γε δὴ παντάπασιν κ. τ. λ. praemissum, hoc sensu: Non modo efficit, ut et ipse de se et alius dicat, hisce voluptatibus indulgentem tanquam mori (h. e. prae voluptatis magnitudine tanquam mori), sed eas etiam omni modo semper sectatur, et quidem tanto magis, quanto quis intemperantior atque demerentior est. Correctione igitur criticorum deberi videtur, quod Bodl. cum suis offert καὶ λέγειν γε. Verba τοσοῦτῳ μᾶλλον κ. τ. λ. praecedenti παντάπασιν αἰεὶ μεταδιώκει exegesis gratia adduntur. Simile quid monuimus de loco Gorg. p. 487. B. ubi v. ann. Ceterum quod nuperi editores scripserunt αὐτὸν τε περὶ ἑαυτοῦ ποιεῖ καὶ περὶ ἄλλον, id ferendum nullo modo censemus, siquidem ita verborum ordo hic esse debuit: αὐτὸν περὶ τε ἑαυτοῦ ποιεῖ καὶ περὶ ἄλλον.

Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

Πάντα — τὰ συμβαίνοντα — εἰς δόξαν] Ficinus: omnia, quae apud magnam hominum multitudinem veniunt in existimationem. Πρὸς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων proprie est: von Seiten der grossen Menge. De οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, pro quo usitatus fuit οἱ πολλοί, conf. Phaedon. p. 65. A. καὶ δοκεῖ γέ που, ὦ Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. Euthyphr. p. 4. E. οὐδέ τῳ ἐν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων.

C. περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ, σώματι τάναντι.] Deest aliquid ad loci integritatem. Quamobrem Buttmannus coniecit: ἐν ψυχῇ καὶ σώματι, ὅταν ψυχῇ, σώματι τάναντία ξυμβάλλεται, quod certe ad sententiam est accommodatissimum. Nam ex universae disputationis tenore clarissime intelligitur, agi nunc de voluptatibus mixtis corpori et animo communibus. Fatemur tamen desiderare nos in illa ra-

πρὸς ἡδονὴν καὶ ἡδονὴν πρὸς λύπην, ὡστ' εἰς μίαν ἀμφοτέρω κατὰ τὴν ἑκάστην, ταῦτα ἐμπροσθεν μὲν διήλθομεν, ὡς ὁπόταν αὐ κενῶται πληρώσεως ἐπιθυμῆι, καὶ ἐλπίζον μὲν χαίρει, κενούμενος δὲ ἀλγεῖ, ταῦτα δὲ τότε μὲν οὐκ ἐμαρτυράμεθα, νῦν δὲ λέγομεν, ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα διαφερομένης ἐν πᾶσι τοῦτοις πληθεῖ ἀμηχάνοις οὐσι μίξις μία λύπης τε καὶ ἡδονῆς ἐνυπίπτει γενομένη.

ΠΡΩ. Κινδυνεύεις ὀρθότατα λέγειν.

Cap. XXIX. ΣΩ. Ἐτι τοίνυν ἡμῶν τῶν μίξεων λύπης τε καὶ ἡδονῆς λοιπὴ μία.

C. ταῦτα δὲ τότε μὲν] δὴ Bodl. Vat. Ven. P.
D. σύγκρασιν ἔφαμεν] V. σύγκρισιν, quod nec codd. mss. nec edit. Bas. 2. agnoscunt. Pro Πολα, φῆς; Steph. coni.

tione facilitatis commendationem. Itaque facile quis cum Astio post ψυχῆ inserendum putet ἢ, ut communes utrique hominis parti voluptates periphrasi designari existimandae sint. Nam tum hoc dicit Socrates: De voluptatibus autem, quae insunt in animo, qui corpori impertitur contraria, ita ut utraque in unam mixtionem coeant etc. Verum ita tamen sententia nimia laborat obscuritate, adeoque nunc animus dicitur efficere, ut mixtae oriuntur voluptates, quod a Platonis mente et sententia mirum quantum abhorret. Non magis ferri potest, quod coniecit Winckelmannus, *περὶ δὲ τῶν ἢ ψυχῆ σῶματι* — *ἐνυβάλλεται* vel *περὶ δὲ τῶν ἐν* — *ἐνυβάλλεται*. Nam *περὶ δὲ τῶν* propter oppositi rationem non potest pro neutro accipi, sed est sine dubio femininum, ad quod intelligendum est ἡδονῶν. Quocirca pronomini ἢ nullus omnino locus est. Vide igitur an vera lectio fuerit haec: *περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῆ καὶ σῶματι, ὅτι τὰ κενῶται* s. de volupta-

tibus autem, quae in animo pariter atque corpore insunt, quando (*utraq; haec nostri pars*) contraria confert, dolorem cum voluptate et voluptatem cum dolore etc. Verum satis erit, saltem sententiam loci demonstravisse; certam verborum medelam alii nobis feliciter reperient.

ὡς ὁπόταν αὐ κενῶται, πληρώσεως ἐπιθυμῆι.] Nec hic omnia satis sunt expedita. Etsi enim sententia scriptoris clara est et perspicua ex iis, quae inde a p. 31. B. sqq. de his rebus disputata leguntur, ad quam sermonis partem hic respicitur: tamen verba manca sunt ac depravata, sicuti partim αὐ particula arguit, partim etiam ex eo perspicitur, quod verbo κενῶται atque reliquis suum deest subiectum. Hoc enim e longinquo accessere, veluti ex *μεταδιώκει* p. 47. B., ideo vix licet, quia inde a sect. C. de novo voluptatum genere disputari coeptum est. Accedit, quod hic eorum tantummodo iniicitur mentio, quae p. 34. E sqq. disputata leguntur, reliqua

ΠΡΩ. Πολα, φῆς;

ΣΩ. Ἦν αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῆ πολλὰκις λαμβάνειν σύγκρασιν ἔφαμεν.

ΠΡΩ. Πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ λέγομεν;

ΣΩ. Ὅργην καὶ φόβον καὶ πόθον καὶ θρηῆνον ἔρωτα καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἀφ' οὐκ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τίθεσθαι ταύτας λύπας τινάς;

ΠΡΩ. Ἐγώ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὐτὰς ἡδονῶν μεστὰς εὐρήσομεν

Πολα φῆς;

Πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐτὸ λ.] δὴ accessit e Bodl. Vat. Ven. APΣ. Coisl. Par. BCF. Angel. Flor. a. b. c. i. et edit. Bas. 2.

ne verbo quidem attinguntur. Itaque locus lacunosus sic explendum arbitror: ὡς ὅταν μὲν τις πληρῶται, χαίρει, ὁπόταν δ' αὐ κενῶται, πληρώσεως ἐπιθυμῆι κ. τ. λ. Depravationi quid ansam praebuerit, nisi forte fuerit simile utriusque membri initium, nos nescire fatemur; nec scire omnia fas est.

D. ἐνυπίπτει γενομένη] H. e. ὅταν γένηται s. ὅτι ἐγένετο. Nam haec est, opinor, vis aoristi, quem olim male sollicitavi, *γεννημένη* scribendum ratus. Vera sunt ex parte, quae contra disputavit Graserus Advers. p. 73 sq. Nam quae contendi de verbi *ἐνυπίπτειν* cum participiis coniunctione, ea non minus falsa sunt, quam quae olim ad p. 30. de verbi *λαμβάνειν* constructione pronuntiavi. Verum illud neutiquam concesserim, verba sic esse explicanda: *mixtio facta una utriusque rei coalescit*, ut ille p. 74. interpretatur.

Πολα, φῆς;] Stephanus in marg. „Fortasse, inquit, *πολὴν φῆς;*“ Nempe offendit vi-

rum Graece doctissimum sine dubio φῆς istud sic in interrogatione per se positum. Et iure profecto; nam alius generis sunt, de quibus dicemus ad p. 49. A. Codices tamen omnes receptam lectionem tuentur. Mox Astius voc. *σύγκρασιν* eiecit legendum suspicatur *λαμβάνειν ἔφαμεν*. Nec tamen ea mutatione opus esse censemus. Nam post ἦν, quod ad μίξιν refertur, deinde *σύγκρασιν* interponitur, perspicuitatis, opinor, gratia. Certe talis eiusdem notionis repetitio non est insolens. Olim legebatur *σύγκρασιν*, pro quo Buttmannus malebat *συγκεράσασιν*. Nunc vir egregius ipse recepta lectione acquiesceret, opinor. Speciosius est, quod Astius deinceps legendum proposuit: *Πῶς οὖν δὴ τοῦτ' αὐ λέγομεν.*

E. Οὐκοῦν αὐτὰς ἡδονῶν μεστὰς —] Locus Homeri, ad quem respicitur, est Iliad. XVIII. v. 107 sqq., ubi Achilles ad Thetidem matrem: ὡς ἔρις ἐκ τε θεῶν ἐκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, καὶ χόλος, ὃς τ' ἐπέθηκε πολυφρονά περ χυλεπήναι. ὃς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος κα-

ἀμυγάνων; ἢ δεόμεθα ὑπομνήσασθαι τὸ ὅς τ' ἐφέηκε [τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς τὸ]

πολύφρονά περ χαλεπῆναι,

48 ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο — καὶ τὰς ἐν τοῖς θυρήνοις καὶ πόθοις ἡδονὰς ἐν λύπαις οὔσας ἀναμειγμένας;

ΠΡΩ. Οὐκ, ἀλλ' οὕτω ταῦτά γε καὶ οὐκ ἄλλως ἂν ξυμβαίνοι γιγνόμενα.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τὰς γε τραγικὰς θεωρήσεις, ὅταν ἅμα χαίροντες κλάωσι, μέμνησαι;

E. ὅς τ' ἐφέηκε] ὥστε vitiose plurimi om. Bodl. Vat. Coisl. Ven. P. Idem fere mox ὥστε πάνυ γλυκίων. De verbis τοῖς θυμοῖς — ὀργαῖς τὸ v. infra annot.

ταλειβομένοιο ἀνδρῶν ἐν στήθεσιν ἀέξεται ἢ ἵτε καπνός. Quem Socrates non integrum recitat utpote praesentibus iam satis notum, sicuti par erat. Quocirca post καταλειβομένοιο addidimus signum abruptae orationis. Sed dubitatur de universi loci integritate. Cornarius enim in Eclogis putabat rectam lectionem hanc esse: ἢ δεόμεθα ὑπομ. τὸ, Καὶ γόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλ. ὅς τε π. γλ. μ. κατ., eiectionis verbis τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς τὸ. Stephanus autem Platonem scripsisse censebat: ὑπομνήσασθαι τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς τὸ ὅς τ' ἐφέηκε κ. τ. λ. Quos sequutus Fischerus reliquis omnibus intactis τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς τὸ censuit eliminanda esse: non enim necessarium fuisse, ut Socrates verba καὶ γόλος praemitteret, quum versiculi Protarcho satis noti essent. Atque hanc rationem unice veram esse nobis plane persuasimus, laetaturque etiam Turicenses ita sensisse. Etsi enim bene novimus Socratem apud Platonem non raro versus poetarum sic afferre, ut iis sua ipsius verba interserat, tamen id nusquam

facit inepte, absurde, insulse. Quod profecto hoc loco secus est. Nam servata librorum lectione quae tandem existet verborum sententia? Nimirum haec: ira (γόλος enim intelligendum, aut, si mavis, ante ὅς τ' ἐφέηκε addendum) quae per animi impetus et iras hoc immittit (nam sic ἐφέηκε interpretandum erit), ut etiam sapiens succenseat, quaeque multo dulcior melle stillante etc. Quod quis est quin protenus sentiat dictum esse longe perversissime? Quis enim sanae mentis homo dixerit iram per iracundiam et iram immittere sapienti indignationem? Quodsi igitur aliquis in posterum haec defendenda suscipiat, ei non ad codicum auctoritatem aut ad familiaris sermonis libertatem erit provocandum, sed id potius agendum, ut verba et recta esse et perspicua accurate demonstraretur.

P. 48. Καὶ μὴν καὶ τὰς γε τραγικὰς θεωρήσεις] Conf. Ion. p. 535. E. Hinc igitur docebunt rerum antiquarum scriptores, etiam Athenienses inter tragica spectacula lacrymari

ΠΡΩ. Τί δ' οὐ;

ΣΩ. Τὴν δ' ἐν ταῖς κωμωδίαις διάθεσιν ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀρ' οἶσθ', ὡς ἔστι κἀν τούτοις μίξις λύπης τε καὶ ἡδονῆς;

ΠΡΩ. Οὐ πάνυ καταναῶ.

ΣΩ. Παντάπασι γὰρ οὐ ῥᾴδιον, ὦ Πρωτάρχῃ, B ἐν τούτῳ ξυνοεῖν τὸ τοιοῦτον ἐκάστοτε πάθος.

ΠΡΩ. Οὐκ οὐκ ὡς γ' εἰκεν ἐμοί.

ΣΩ. Λάβωμέν γε μὴν αὐτὸ τοσοῦτον μᾶλλον,

P. 48. καὶ πόθοις] Sic Steph. cum marg. Par. F. et Florentinis. Ceteri libri πότοις.

consuevisse. Tertiam personam κλίωσιν de generali subiecto οἱ ἀνθρώποι dictam ne mireris, v. ann. ad Cratyl. p. 387. C. Sophist. p. 228. D. Mox κἀν τούτοις per synesin ad τὴν ἐν ταῖς κωμωδίαις διάθεσιν refertur, ut sit: in his affectibus qui ad fabulas comicas pertinent, qui spectandis comoediis cientur.

B. Λάβωμέν γε μὴν αὐτὸ τοσοῦτον μ.] Comoediam quoque docet gignere voluptates doloribus mixtas. Quam rem, utpote obscuriorem, accuratius illustrare instituit, effecturus simul hoc, ut de aliis quoque sensibus similiter mixtis et confusis facilius fieri possit iudicium. Orditur igitur ab invidiae et malevolentiae (h. e. der Schadenfreude) natura explicanda, quam quidem vult esse quandam animi dolorem atque aegritudinem, cuius vis cernatur in eo, ut alienis malis gaudeamus. Hinc vero naturam ridiculi, quod in fabulis comicis elucescit, cognosci posse arbitratur. Etenim ex humanae naturae vitii non minimum esse ait illud, quod positum sit in sui ignorantia. Quam quidem triplicem esse statuit,

prouti ad tria illa bona referatur, quibus homines vulgo maxime gaudere soleant, hoc est, vel ad divitias, vel ad corporis pulcritudinem, vel ad animi virtutem et sapientiam. Fieri enim posse, ut quis falsa occaecatus opinione sese vel opulentiorem, vel pulcriorem, vel denique sapientiorem et meliorem esse existimet, quam revera sit. Iam vero hoc quidem, inquit, si quidquam aliud, sine dubio in summis malis ducendum est. Verum in hac ipsa re duo rursus diligenter discernenda sunt, ut ridiculam illam et cum voluptate iunctam invidiam cognoscamus. Est enim duplex genus eorum hominum, qui pravis de se suisque bonis opinionibus ducuntur. Alii enim simul vi et potentia pollent; alii in summa superbia laborant imbecillitate atque impotentia. Hinc igitur alii sunt ridiculi, alii truculenti et propter ignorantiam cum potentia copulatam turpes. Nam ridiculi sunt, qui quum de bonis suis superbiunt, tamen, si ridentur et exagitantur, propter imbecillitatem et ignaviam suam non possunt ab aliis sumere vindic-

ὅσῳ σκοτεινότερόν ἐστιν, ἵνα καὶ ἐν ἄλλοις ὄζον καταμαθεῖν τις οἴος τ' ἢ μίξιν λύπης τε καὶ ἡδονῆς.

ΠΡΩ. Λέγοις ἄν.

ΣΩ. Τό τοι νῦν δὴ ῥηθὲν ὄνομα φθόνου πότερα λύπην τινὰ ψυχῆς θήσεις, ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὁ φθονῶν γε ἐπὶ κακοῖς τοῖς τῶν πέλας ἡδόμενος ἀναφανήσεται.

B. ὄζον καταμαθεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. II. pro vulg. ὄζον.

C. Κακὸν μὴν ἄγνοια] Sic Steph. de Cornarii coniectura

tam; qui autem, quum vana de se opinione inflati sint, etiam robore ac potentia valent, ut aliis vim inferre malitioseque nocere possint, hos pro truculentis, violentis atque turpibus habemus. Atque hinc perspicietur, qui fiat, ut in comœdia iucundorum et iniucundorum sensuum fiat tanquam permixtio quaedam et confusio. Est enim invidia iniusta laetitia de malis eorum, quibus bene cupere debemus. Invidentes igitur aliis etiam ridemus hominum ignorantiam, qua in iudicandis suis bonis ac virtutibus misere saepe occoecantur, ex eaque re, siquidem imbecillitas eorum accesserit, insignem capimus voluptatem. At enim vero, quum is, qui alteri invidet, animi quadam aegritudine laboret, fieri non potest, quin eodem tempore, quo ex ridiculo capimus laetitiam, etiam dolorem percipiamus. Ita igitur fit, ut in fabularum ludicrarum spectatione simul et voluptatis et doloris sensu perfundamur. Atque haec quidem totius huius loci summa est, quam paucis exponendam putavimus, quoniam, quae hic subtilissime explicantur, ea non us-

quequaue intellecta sunt. De singulis ordine deinceps suo loco dicetur. Hic tantummodo addere licebit Socraticam invidiae definitionem cum Platonicam fere conspirantem. Xenophon enim Memor. III. 9, 8. φθόνον δὲ σκοπῶν, ὃ τι εἴη, λύπην μὲν τινὰ ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὐτε μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίας οὐτε τὴν ἐπ' ἐχθρῶν εὐτυχίας γιγνομένην, ἀλλὰ μόνους ἐφη φθονεῖν τοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων εὐπραξίαις ἀνωμένους.

Ἀλλὰ μὴν ὁ φθονῶν γε—] Laudantur haec usque ad σφόδρα γε a Stobaeo Eclogg. Ethic. c. 38. p. 226. — οἱ πέλας sunt alii quivis, quibus cum rem habemus, vel habere possumus, ut p. 49. C. βλαβερά γὰρ καὶ τοῖς πέλας, Legg. II. p. 671. B. XI. p. 936. E. Crebro οἱ πέλας et οἱ πληστοί etiam poëtis scenicis memorantur. Ita Aeschyl. Prom. v. 3135. Eumenid. v. 416. 507. Suppl. v. 388. Sophocl. Aiac. v. 1151. Electr. v. 551. Antig. v. 479. Philoct. v. 340. Eurip. Heracl. v. 2. Helen. v. 739 921. Herc. v. 192. 591. 730. Med. v. 85. ubi haec fere attulit

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Κακὸν μὴν ἄγνοια καὶ ἦν δὴ λέγομεν ἀβελτέραν ζῆν.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Ἐκ δὴ τούτων ἰδὲ τὸ γελοῖον ἦντινα φύσιν ἔχει.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Ἔστι δὴ πονηρία μὲν τις τὸ κεφάλαιον ἕξεώς τινος ἐπικλην λεγομένη· τῆς δ' αὖ πάσης πο-

pro ἀνοια, quod ceteri libri omnes habent. Bas. ed. I. tamen in marg. ἢ ἄγνοια. et Ald. ἀνοια. Ἐκ δὴ τούτων ἰδὲ τὸ γ.] V. ἴδε, quod e Vat. correctum.

Elmsleius, Aristoph. Eccles. v. 16. 561. Lys. v. 472.

C. Κακὸν μὴν ἄγνοια—] Qui se suasque res non recte aestimant, hi dicuntur εἰναιδὸς ἄγνοεῖν; ut Lat. semet ignorare, non item ἀνοεῖν. Ex quo consequens est, ut hoc loco ἄγνοια unice verum iudicari debeat. Codd. tamen omnes cum Ald. Bas. I. 2. ἀνοια, quod Fischerus frustra defendit, Winckelmannus item frustra calculo suo probat. Verum pervidit primus Cornarius, quem plerique omnes deinceps editores et interpretes ad hunc usque diem secuti sunt, sicuti par erat. Mutatio eo minus audax videri potest], quo saepius in codd. ἀνοια et ἄγνοια confundi inter se solent. v. Fischerus ad Phaedon. c. 29. extr. in tpp. ad Thucyd. VI. 89. Perizon. ad Ael. Varr. Hist. V. 17. Intelligitur ergo non dementia, insaniam, sed inscitia. Atque id ipsum etiam proximo ἀβελτέριος ζῆσι confirmatur. Nam ἀβελτέριος est Graecis, qui inscitus ineptusque est, quem nos vocamus albern, dum. Hinc Hesychius, Suidas, Grammaticus in Bekkeri Anecd.

I. p. 321. τὸν ἀβελτέρον non interpretantur ἀνοῖον, sed ἀνόητον, μωρόν, βλλθιον, τὸν τὸ βέλτιον μὴ γινώσκοντα; et ἀβελτέριον volunt esse ἀνοήσιον, quanquam Hesychius generis vocabulum ἀνοῖον substituit, nihil mirum notionem rei non satia accurate definiens. Demosthenem autem constat ἀβελτέριον saepe dixisse ignorantiam prudentiae contrariam et oppositam. Verum hoc tanquam in transitu, ne forte ἀβελτέριον videatur τὴν ἄγνοιαν diutius defendere ac tueri velle.

ἕξεώς τινος ἐπικλην λεγομένη] H. e. quae peculiare nomen accepit; ἐπονομαζομένη. Tim. p. 58. D. ἐπικλην αἰθῆρς κυλονόμενος. Ibid. p. 66. B. ζῆμονε ἐπικλην λεχθῆναι. Ibid. p. 38. C. ἦλιος καὶ αἰθῆρη καὶ πέντε ἄλλα ἀστρα ἐπικλην ἔχοντα πλανητί, ubi vulgo scribitur πλάνητες. Genitivus ἕξεώς ex πονηρία pendet; quocirca male in edit. post τὸ κεφάλαιον commate distinguitur. De τὸ κεφάλαιον, si summam rei spectamus. v. Hipp. min. p. 366. C. Euthyphr. p. 8. E. Symp. p. 205. C. al.

νηρίας ἐστὶ τούναντιον πάθος ἔχον ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων.

ΠΡΩ. Τὸ γνῶθι σαυτόν λέγεις, ὦ Σώκρατες;

D ΣΩ. Ἐγώ γε, τούναντιον μὴν ἐκείνω δῆλον ὅτι τὸ μηδαμῆ γινώσκειν αὐτὸν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γραμματος ἂν εἴη.

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Ὡς Πρώταρχε, πειρῶ δὲ αὐτὸ τοῦτο τριχῆ τέμνειν.

D. Ὡς Πρώταρχε, πειρῶ δὲ αὐτὸ] διὰ Bodl. Vat. Ven. II. Vulgo δῆ.

Λέγω, καὶ δεομαί γε] Λέγω, quod vulgo omittebatur, ser-

ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δ. γραμμάτων] omnis autem pravitatis τὸ γελόιον ea pars est, quae habet contrariam animi affectionem, atque Delphici templi inscriptione praecipitur. Itaque opus est, ut aut cum Astio corrigatur τὸ τούναντιον πάθος ἔχον, aut τὸ ἐναντιον πάθος ἔχον scribatur. Pertinet enim articulus τὸ ad ἔχον, atque constructio verborum haec esse videtur: τὸ γελόιον ἐστὶ τῆς πάσης πονηρίας τὸ ἐναντιον (s. τὸ τούναντιον) πάθος ἔχον ἢ τὸ λεγόμενον κ. τ. λ. Ceterum quod hic vocatur τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων, id Charm. p. 164. D. τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα et Erast. p. 138. A. τὸ τῆς Πυθίας γράμμα appellari meminimus. conf. ad Protagor. p. 343. B. et Valeken. ad Eurip. Hippolyt. v. 265.

D. τούναντιον μὴν ἐκείνω δῆλον] locans haec videtur dicere, rem scilicet accommodans statim ad eorum animi habitum, quos deinceps in summa sui ignorantia versari docet. Quocirca haec dicit: verumtamen apertum est contrarium illi ab inscriptio-

ne dici τὸ μηδαμῆ γινώσκειν ἐαυτόν. Germanice verba sic reddideris: Offenbar dürfte aber doch das Gegentheil davon von der Inschrift Das Sich-Nicht-Erkennen genannt werden. Itaque λεγόμενον ἂν εἴη ob praegressum λεγόμενον positum pro λέγοιτο ἂν. Hoc modo ubi verba intellexeris, neque cum Beckio istud, λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γραμματος, eiciendum censebis, neque cum Schleiermachers corriges γινώσκειν αὐτὸν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γραμματος, ut haec pronomini ἐαυτόν periphrasin quandam contineant. Nec vero quidquam habet dubitationis aut offensionis, quod nunc singulari numero ὑπὸ τοῦ γραμματος scriptum est, quum antea pluralis esset positus. Etenim nondum prolato dicto illo Socrates loquebatur indefinite; nunc ubi Protarchus assequutus est, quid esset quod significaretur, non potuit fieri quin ὑπὸ τοῦ γραμματος diceretur.

Ὡς Πρώταρχε, πειρῶ δὲ αὐτὸ τ.] Vocativus non sine affectus cuiusdam significatione sic praemissus reliquis verbis est; quem recte sequitur δὲ, quod ex optimis codd. revocavimus.

ΠΡΩ. Πῆ γῆς; οὐ γὰρ μὴ δυνατὸς ὦ.

ΣΩ. Λέγεις δὴ δεῖν ἐμὲ τοῦτο διελέσθαι τὰ νῦν;

ΠΡΩ. Λέγω, καὶ δεομαί γε πρὸς τῷ λέγειν.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ τῶν ἀγνοούντων αὐτοὺς κατὰ τρία ἀνάγκη τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν ἕκαστον;

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν κατὰ χρήματα, δευτέρως εἶναι πλουσιώτερον ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν.

varunt Bodl. Vat. Ven. II. E. S. Coisl. Par. BCH. Ang. Flor. a. b. c. i. Stobaeus Eclogg. Ethic. 21. p. 179. ed. Cant. et edit. Bas. 2. Dein πρὸς τὸ Ven. II. et Vat. pr.

Nam solet particula haec non raro in respondendo vocativis cum vi quadam adversativa subiungi. Theag. p. 127. C. Ὡς Σώκρατες, πρὸς δὲ δ' ἂν ἤδη εἴη δ' μετὰ τοῦτο λόγος. ubi v. ann. Idem visum est Winckelmanno ad Euthydem. p. 293. B.

Λέγω, καὶ δεομαί γε πρὸς τῷ λέγειν.] H. e. atque adeo rogo, praeterquam quod dico. De hoc usu praepositionis πρὸς v. ad Protagor. p. 333. A. ed. 2. Particulas καὶ — γε illustrabunt haec. Aristoph. Rann. v. 562. καὶ μὴ κατὸ γε, atque adeo muggiebat, und brüllte gar. Ibid. 568. καὶ ἔστος γ' ἐοπίστο, und zog den Dolch gar; Ibid. v. 585. καὶ εἴ γε ὑπὸ τοῖς με, und wenn du gar mich schlägest; ubi temere γε expulerunt Ibid. v. 799. καὶ πλατῆσαι πλινθεύουσαι γε; atque adeo lateres fingent. Supra p. 28. B. καὶ δεομαί γε, ὦ Σώκρατες, αὐτόν σε κ. τ. λ.

κατὰ τρία ἀνάγκη τοῦτο τὸ πάθος π.] Facile apparet vulgarem hic de bonis opinionem respici, ὡς ἀριστον μὲν ὑγιαίνειν, δευτέρως δὲ κάλλος, τρίτον δὲ λογίς, τεταρτὸν δὲ πλοῦτος, ut est De Legg. II. p. 661. A. conf.

annot. ad Gorg. p. 451. E. ex quo loco de eius origine constat. Sed memorat Socrates pro suo consilio nunc tantummodo opes ac divitias itemque pulchritudinem; nam de sanitate ac robore infra demum mentio iniicienda fuit. Addidit vero virtutem ac sapientiam, quoniam qui vanam de se suisque rebus opinionem mente conceperunt, ii maxime etiam virtutis ac sapientiae laudem vindicare sibi student.

E. ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν.] quam pro opum, quas revera possident, magnitudine. Notissimum hoc genus loquendi, de quo v., si tanti est, Matthiae Gr. §. 449. Kühner. Gr. T. II. §. 751. i. Refertur autem αὐτῶν numero plurali ad notionem vocabulo ἕκαστον subiectam, quo offensus Stephanus plouciωτέρονος scribendum censebat, quod tamen rectissime post ἕκαστον ponitur. conf. Matthiae Gr. §. 302. Legg. VI. p. 754. D. πρῶτον μὲν φύλακας ἵστασαν τῶν τόμων, ἔπειτα τῶν γραμμάτων, δι' ὧν ἂν ἕκαστος ἀπογράφῃ τοῖς ἀρχουσι τὸ πλῆθος τῆς αὐτῶν οὐσίας. Scripturam αὐτῶν, quam Baiteus, ut sexcenties, in αὐτῶν commutavit, hoc quidem

ΠΡΩ. Πολλοὶ γοῦν εἰσὶ τὸ τοιοῦτον πάθος ἔχοντες.

ΣΩ. Πλείους δὲ γε, οἱ μείζους καὶ καλλίους αὐτοὺς δοξάζουσι καὶ πάντα ὅσα κατὰ τὸ σῶμα εἶναι διαφερόντως τῆς οὐσης αὐτοῖς ἀληθείας.

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πολὺ δὲ πλείστοι γε, οἶμαι, περὶ τὸ τρίτον εἶδος τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς διημαρτήκασιν, ἀρετὴν δοξάζοντες βελτίους ἑαυτούς, οὐκ ὄντες.

ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν.

E. τῆς οὐσης αὐτοῖς ἀληθείας] V. αὐτῆς; quod e Bodl. Vat. Ven. AΞΣ. Coisl. Par. BCH. Angel. Flor. a. b. c. i. mutatum. Verum coniectura assequutus erat Stephanus.

τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς] V. ἐν ταῖς ψυχαῖς τούτων invitiss Bodl. Vat. Ven. P. Winckelmannus conii. ἐπιτῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς, coll. Reip. I. p. 334. D. Dein ἀρετὴν om. Ven. Σ. Par. BCH. Ang. Flor. a. b. c. i. Ceteri ἀρετὴν. Sed vulgo scribatur ἀρετῆς.

loco satis tuetur, quod mox subiungitur, τῆς οὐσης αὐτοῖς ἀληθείας.

οἱ μείζους καὶ καλλίους αὐτοὺς δ.] Hoc μείζους in pulchritudinis commemoratione ne quem male habeat, Xenoph. Cyrop. IV. 4, 3. δηλοῖ τοι ἐστὶ, ὡς ἀνδρες ἀγαθοὶ ἐγένεσθε, καὶ γὰρ μείζους φαίνεσθε καὶ καλλίους, καὶ χορηγότεροι ἢ πρόσθεν ἰδεῖν. Platon. Menex. p. 235. A. μείζων καὶ γενναϊότερος καὶ καλλίων γρονθῆναι. Charmid. p. 158. A. οὐδὲς τῶν ἐν τῇ ἡμετέρῳ λέγεται καλλίων καὶ μείζων ἀνὴρ δόξαι εἶναι. Alcibiad. I. p. 104. A. οὐ γὰρ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστος τε καὶ μέγιστος. Nimirum ad pulcrum corporis speciem requirebatur etiam iusta statura proceritas. Quamobrem Parmenid. p. 127. B in Eleata laudatur, quod fuerit εὐμήκης καὶ χαρῆς ἰδεῖν. Auct. ad Herenn. IV. 33. extr. id vocat forma et specie et

statura esse adposita ad dignitatem. Iam Homèr. Odys. I. v. 301. καὶ σὺ φησὶς, μάλα γὰρ σ' ὄρω καλὸν τε μέγαν τε. Ibid. VI. v. 152. Ἀργεῖμι δὲ σε ἔγωγε — εἰδός τε μέγεθός τε φηῖν τ' ἀχχιστα ἔσσω. Iliad. II. v. 58. μάλα δὲ Νέστορι δῖω εἰδός τε μέγεθός τε φηῖν τε ἀχχιστα ἔρωκε. Praeterea conf. quae hanc in rem congressit Hermann. ad Lucian. De Conscr. Histor. p. 275. Deinde διαφερόντως magis, cum genitivo iunctum, ut Phaedon. p. 65. A. Criton. p. 52. B. Protagor. p. 328. B. al. De verbis τῆς οὐσης αὐτοῖς ἀληθείας, conferas Xenoph. Mem. II. 1, 22. ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι. Etenim ἀλήθεια non modo est die Wahrheit, sed etiam die Wirklichkeit, quo sensu etiam a Latinis veritas usurpari solet. v. Gro-

ΣΩ. Τῶν ἀρετῶν δ' ἄρ' οὐ σοφίας περὶ τὸ πλῆθος πάντως ἀντεχόμενον μεστὸν ἐρίδων καὶ δοξοσοφίας ἐστὶ ψευδοῦς;

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Κακὸν μὲν δὴ πᾶν ἂν τις τὸ τοιοῦτον εἰπὼν ὀρθῶς ἂν εἴποι πάθος.

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Τοῦτο τοίνυν ἔτι διαριετέον, ὦ Πρώταρχε, δίχα, εἰ μέλλομεν τὸν παιδικὸν ἰδόντες φθόρον ἄτοπον ἡδονῆς καὶ λύπης ὄψεσθαι μίξιν.

ΠΡΩ. Πῶς οὖν τέμνομεν δίχα, λέγεις;

P. 49. καὶ δοξοσοφίας ἐστὶ ψευδοῦς;] Sic Ven. P. et qui pseudos habent. Bodl. Vat. Coisl. Ven. A. Par. CH. Ang. Flor. a. b. c. i. Vett. editt. δοξοσοφίας ἐστὶ καὶ ψευδους. Ven. Σ. δοξοσοφίας ψευδοῦς, omisso ἐστὶ.

Πῶς οὖν τέμνομεν δίχα, λέγεις;] V. τέμνομεν. Indicativum reposuimus cum Bodl. Vat. Ven. P. AΞ. Coisl. Par. B CEFH. Angel. Flor. a. b. c. i. et corr. Ven. Σ.

novii Observatt. IV. 7. Spalding. ad Quint. III. p. 593.

περὶ τὸ τρίτον εἶδος τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς δ.] Haec est lectio Stobaei et trium optimorum librorum, quam loco veteris scripturae εἶδος ἐν ταῖς ψυχαῖς τούτων δ. Bekker o praeunte substituimus. Nec tamen locum putamus sincerum atque integrum. Nam quum tertium hoc genus honorum discernatur a duobus reliquis, quae in divitarum possessione et corporis pulchritudine cernebantur, ante ἐν ταῖς ψυχαῖς desideratur articulus τὸ, quem iam olim revocandum censuimus. Winckelmannus quid sequutus sit coniectando ἐπιτῶν ἐν ψυχαῖς, equidem non assequor. Abhorret enim ea coniectura a totius loci ratione.

P. 49. Τῶν ἀρετῶν δ' ἄρ' οὐ σοφίας περὶ —] Ex virtutibus autem, nonne, quod ad sapientiam attinet, multitudo omni studio eam

expetens plena est contentionum et opinatae sapientiae, quae mera fraude continetur? Nam σοφίας περὶ absolute dicitur nulla habita verbi ratione; cuius generis exempla attulimus ad Reip. VII. p. 538. E. Phaedr. p. 231. D. et p. 250. C. Ad ἀντεχόμενον vero intelligendum relinquatur αὐτῆς, usu pervulgato. Itaque non est, cur περὶ suspectum habeatur.

Κακὸν μὲν δὴ πᾶς ἂν τις τὸ τοιοῦτον —] Nec hic quidquam loco suo movendum. Nam πᾶν non ad κακὸν pertinet, sed referendum est ad πάθος, hoc sensu: Malum igitur si quis omnem huiuscemodi affectionem dicat, recte dicat. De repetito ἂν si quis edoceri cupiat, optime rem illustravit Rostius Gr. Gr. §. 120. annot. 4.

Πῶς οὖν τέμνομεν δίχα, λέγεις;] Reposui, quod libri omnes habent, τέμνομεν; dictum enim hoc est, ut πῶς λέγομεν,

B ΣΩ. Πάντες, ὅποσοι ταύτην τὴν ψευδῆ δόξαν περὶ ἑαυτῶν ἀνοήτως δοξάζουσι, καθάπερ ἀπάντων ἀνθρώπων, καὶ τούτων ἀναγκαϊότατον ἐπεσθαι τοῖς μὲν ὁμίην αὐτῶν καὶ δύναμιν, τοῖς δέ, οἶμαι, τούναντίον.

ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Ταύτη τοίνυν διέλε, καὶ ὅσοι μὲν αὐτῶν εἰσὶ μετ' ἀσθενείας τοιοῦτοι καὶ ἀδύνατοι καταγελώμενοι τιμωρεῖσθαι, γελοίους τούτους φάσκων εἶναι τάληθῆ φθέγγει· τοὺς δὲ δυνατοὺς τιμωρεῖσθαι φοβηροὺς καὶ ἰσχυροὺς [καὶ ἐχθροὺς] προσαγορεύων ὀρθότατον τούτων σαυτῷ λόγον ἀποδώσεις. ἄγνοια γὰρ

B. Πάντες, ὅποσοι ταύτην — V. *Nai*, πάντες ὅποσοι κ. τ. λ. Sed recte *Nai* om. Bodl Ven. *ΠΣ*. et pr. Vat.

καὶ ἐχθροὺς πρ.] Recte Ven. *Σ*. Flor. c. et Angel. verba καὶ ἐχθροὺς omittunt. v. interpretat. Dein pro vulg. *τούτο* Bodl. Vat. Ven. *Π*. *τούτων*, quod etiam ceteri confirmant vitiosa, quam habent, lectione *τούτων*. Iam ed. Bas. 2. *τούτων* habet.

C. ἄγνοια γὰρ] Libri *ἄνοια*. Correxerit Cornarius.

πῶς ποιοῦμεν, et id genus alia, de quibus v. ann. ad Sympos. p. 214. A. et 176. B. Gorg. p. 479. E. Itaque hoc interrogat: Quomodo igitur bipartito distribuimus? quaeris. Legg. III. p. 687. D. *ΑΘ*. καὶ μὴν ὦν γε ὁ παῖς εὐχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ παῖς ἀπεύχεται· ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ νήπιος εὐχὰς γίγνεσθαι. *Μ*. ὅταν ἀνόητος ὦν καὶ ἐν ἥλικίᾳ εὐχεται, λέγει; *ΑΘ*. καὶ ὅταν κ. τ. λ. Verum tota haec interrogatio nescio quid absurdum habet. Quocirca Schleiermacherus ex corr. Ven. *Σ*. restituendum censet λέγοις ἄν, i. e. λέγε. Astius autem coniecit, πῶς οὖν τιμωροῦμεν; λέγω; Sed his virorum doctorum consiliis nequam acquiescere licet, quum libri alia omnia suadeant. Et enim delenda sunt ante *Πῶς οὖν* et ante *Πάντες ὅποσοι* interlocutorum nomina, ut omnia inde

a *Τούτο τοίνυν* usque ad *τοῖς δέ, οἶμαι, τούναντίον* uni Socrati attribuantur. Quod ipsum etiam Aldi auctoritate commendatur, qui ante *Πῶς οὖν* Protagorae nomen omisit. Ita Socrates ipse animandae orationis gratia ista interrogat, ac deinde statim pergit: πάντες ὅποσοι ταύτην τὴν ψ. δ. κ. τ. λ. De interrogationibus sermoni ab ipsis loquentibus isto modo interpositis diximus ad Phaedon. p. 73. C. Symp. p. 178. D. ubi v. annota. Ita igitur vides, ne litterulam quidem praeter fidem et auctoritatem codicum mutandam esse.

B. Πάντες, ὅποσοι ταύτην τὴν ψ. δ. κ. τ. λ.] Oratio est ἀνακόλουθος. Nam post πάντες verbum aliquid sequi debebat, cum quo nominativus cohaereret. Nunc vero, relicta inchoata constructione, inde ab καθάπερ ἀπάντων ἀνθρώπων structura periodi plane mutatur. Absolvi inchoata

ἢ μὲν τῶν ἰσχυρῶν ἐχθρά τε καὶ αἰσχροῖ· βλαβερά γὰρ καὶ τοῖς πέλαις αὐτῆ τε καὶ ὅσαι εἰκόνες αὐτῆς εἰσὶν· ἢ δ' ἀσθενῆς ἡμῖν τὴν τῶν γελοίων εἴληχε τάξιν τε καὶ φύσιν.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις. ἀλλὰ γὰρ ἢ τῶν ἡδονῶν καὶ λυπῶν μίξις ἐν τούτοις οὐπω μοι καταφανής.

ΣΩ. Τὴν τοίνυν τοῦ φθόνου λαβὴ δύναμιν προῶτον.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Ἀὖτις τις ἄδικός ἐστί που καὶ ἡδονή;

ΠΡΩ. Τοῦτο μὲν ἀνάγκη.

εἰκόνες αὐτῆς] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*. pro vulg. ταύτης. Praeterea correxi cum Heusdio αὐτῆ τε καὶ ὄσαι. Vulgo αὐτῆ τε καὶ ὄσαι.

εἴληχε τάξιν τε καὶ φύσιν.] Verba τάξιν τε καὶ accesserunt nuper e Bodl. Vat. Ven. *Π*. in quibus tamen pro τε scriptum extat γε.

λαβὴ δύναμιν] V. *δύναμιν λάβε*, quod solus habet Par. E. D. *ἄδικός ἐστί που*] που additum e Bodl. Vat. Ven. *Π*.

sententia sic poterat: πάντες, ὅποσοι ταύτην τὴν ψευδῆ δόξαν περὶ ἑαυτῶν ἀνοήτως δοξάζουσι, οἱ μὲν ὁμίην καὶ δύναμιν ἰσχυροῦν, οἱ δὲ τούναντίον. Sed causa variatae orationis neminem, opinor, fugiet.

φοβηροὺς καὶ ἰσχυροὺς καὶ ἐχθροὺς] In his aliquid vitiatum esse, verba proxima docent: ἄγνοια γὰρ — ἐχθρά τε καὶ αἰσχροῖ. Itaque Schützius Opusc. p. 143. pro ἰσχυροὺς legendum censuit αἰσχροὺς, adstipulante Schleiermacherso. Sed mirum tamen ita accidit, quod καὶ αἰσχροὺς inter φοβηροὺς et ἰσχυροὺς medio loco collocatur. Bonum factum igitur, quod in Ven. *Σ*. Cod. Ang. et Flor. c. καὶ ἐχθροὺς omissum est. Quamobrem scribe: φοβηροὺς καὶ αἰσχροὺς προσαγορευόντων, ut in altero membro, qui hic dicuntur φοβηροί, nomine τῶν ἰσχυρῶν insigniantur, cum αἰσχροῖ

autem rei accuratius declarandae gratia ἐχθρά consocietur. De sententia contulisse iuvabit Sophist. p. 228. E. κομιδῆ συγκλητικῶν — τὸ δύο εἶναι γένη κακίας ἐν ψυχῇ, καὶ δειλίαν μὲν καὶ ἀκολασίαν καὶ ἀδικίαν ἐμπαντα ταῦτα ἡγήτεον τόσον ἐν ἡμῖν, τὸ δὲ τῆς πολλῆς καὶ παντοδαπῆς ἀγνοίας πάθος αἰσχος θετέρον. Lachet. p. 193. D. οὐκοῦν αἰσχροῖ ἢ ἀφρων τὸμα τε καὶ καριτέροις ἐν τῷ πρόσθεν ἐφάνη ἡμῖν οὐσα καὶ βλαβερά; Unde lectioni ἄγνοια pro ἄνοια satis praesidii ac firmitati accedit.

C. καὶ ὄσαι εἰκόνες αὐτῆς εἰσὶν.] Memineris, quaeso, agi de sensibus animi fabularum scenarum spectatione excitatis, et protenus videbis, cur haec adiecta sint. Deinde ἢ ἀσθενῆς ἄγνοια i. q. ἢ τῶν ἀσθενῶν, ut docet oppositi ratio.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῖς τῶν ἐχθρῶν κακοῖς οὐτ' ἄδικον οὔτε φθονερόν ἐστι τὸ χαίρειν;

ΠΡΩ. Τί μὴν;

ΣΩ. Τὰ δέ γε τῶν φίλων ὀρώντας ἔστιν ὅτε κακὰ μὴ λυπεῖσθαι, χαίρειν δὲ ἄρ' οὐκ ἄδικόν ἐστι;

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν εἶπομεν ὅτι κακὸν πᾶσιν;

ΠΡΩ. Ὁρθῶς.

ΣΩ. Τὴν οὖν τῶν φίλων δοξοσοφίαν καὶ δοξοκαλίαν καὶ ὅσα νῦν δὴ διήλθομεν, ἐν τρισὶ λέγοντες εἶδεσι γίγνεσθαι, γελοῖα μὲν ὀπόσα ἀσθενῆ, μισητὰ

[Τὰ δέ γε τῶν φίλων] δὲ cum Stephan. ignorat Par. F.

[Οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν] Libri ἄνοιαν. Correxīt Stephanus sequutus Cornarium.

[Τὴν οὖν τῶν φίλων] V. Τί οὖν, invitis codd. omnibus. Veram lectionem habet iam ed. Bas. 2.

[E. ὅσα νῦν δὴ διήλθομεν] δὴ additum ex Bodl. Vat. Ven. II. vulgo aberat.

D. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τοῖς — τὸ χαίρειν;] Nam viri fortis esse putabatur inimicorum iniuriam ulcisci ac punire; quocirca ne iniustum quidem aut invidiae plenum videri poterat malis eorum gaudere. Solon in Brunckii Poet. Gnom. p. 73. εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρὸν τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν. Archiloch. ap. Theoph. ad Autolye. L. II. 37. ἐν δ' ἐπιτάμμαι μέγα, τὸ κακῶς τι δρώντα ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Fragm. Eurip. ap. Valcken. p. 157. ἐχθρὸν κακῶς δρᾶν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέγος. Plat. Criton. p. 49. B. ΣΩ. οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν. KP. οὐ δῆτα. ΣΩ. οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδὴ γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν; KP. οὐ φαίνεται. De Rep. I. p. 332. D. ἢ οὖν τίσι τι ἀποδοῖσα τέχνη

δικαιοσύνη ἂν καλοῖτο; Εἰ μὲν, ἔφη, δεῖ ἀκολοθεῖν, ὡ Σώκρατες, τοῖς ἐμπροσθεν εἰρημένοις, ἢ τοῖς φίλοις τε καὶ ἐχθροῖς ὀφειλέας τε καὶ βλαβὰς ἀποδοῖσα. Τὸ τοῖς φίλοις ἄρα εὖ ποιεῖν, καὶ τοῖς ἐχθροῖς κακῶς δικαιοσύνην λέγει sc. ὁ Σιμωνίδης. Hinc etiam Sophista Menon. p. 71. E. docet ἀρετὴν esse τὸ ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν καὶ πράττοντα τοῖς μὲν φίλοις εὖ ποιεῖν, τοῖς δ' ἐχθροῖς κακῶς. Et in Cyri laudibus apud Xenoph. Anab. I. 9. 17. numeratur, quod fuerit φανερός καὶ εἰ τις τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν ποιήσειεν αὐτόν, νικᾶν πειρώμενος.

[Τὰ δέ γε τῶν φίλων —] Οἱ φίλοι nunc omnino sunt, qui nobis cari sunt et quibus bene cupere debemus, quippe quum non in hostium aut inimicorum numero habendi sint.

δ' ὀπόσα ἐρῶμένα; ἢ μὴ φῶμεν ὅπερ εἶπον ἄρτι, τὴν τῶν φίλων ἕξιν ταύτην, ὅταν ἐγγίς τις τὴν ἀβλαβῆ τοῖς ἄλλοις, γελοῖαν εἶναι;

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Κακὸν δ' οὐχ ὁμολογοῦμεν αὐτὴν, ἄγνοιαν γε οὖσαν, εἶναι;

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Χαίρομεν δὲ ἢ λυπούμεθα, ὅταν ἐπ' αὐτῇ γελῶμεν;

ΠΡΩ. Διήλον, ὅτι χαίρομεν.

ΣΩ. Ἡδονὴν δὲ ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων κακοῖς, οὐ φθόνον φαρμὲν εἶναι τὸν τοῦτ' ἀπεργαζόμενον;

[ὀπόσα ἀσθενῆ] V. ὀπόσα μὴ ἐρῶμένα; sed recte μὴ om. Bodl. Vat. Coisl. Ven. II.

[ἢ μὴ φῶμεν] Ven. Σ. corr. φῶμεν ἢ μὴ φ.

[ἀγνοιαν γε οὖσαν εἶναι] Libri omnes ἄνοιαν, quod correxit Stephanus cum Cornario. Dein εἶναι accessit e Bodl. Vat. Ven. II. Coisl. Par. CF. Ang. Voculam γε ante οὖσαν om. Bodl. Ven. II. et pr. Vat. sed tuetur eam Vat. teste Bastio.

[P. 50. οὐ φθόνον φαρμὲν] Sic sponte correxi quod libri habent, ἔφαμεν.

Cave igitur de amicis, qui vulgo dicuntur, hic cogitaveris.

[τὴν οὖν τῶν φίλων δοξοσοφίαν —] Veram lectionem expressit Ficinus: Amicorum igitur praesumptionem sapientiae et pulcritudinis, et quaecunque paullo ante diximus tribus in speciebus fieri, ridicula quidem, quum imbecillia, odiosa vero, quum valida: hunc, inquam, amicorum habitum nonne fatemur, quum quis habet innoxium aliis, esse ridiculum? Quamquam ille in postremis aliquantum a Graecis discessit. Neque profecto caret locus difficultate. Nam primum quidem accusati illi unde suspensi sint, vix quisquam dixerit, quandoquidem ex antegressis aegre licet εἶπομεν assumere. Deinde nec postrema cum prio-

ribus apte satis cohaerent. Nam ante ἢ μὴ φῶμεν utique desideres verbum aliquod finitum. Haec igitur ut aliquo modo expediantur, rursus anacoluthon ad partes vocandum est. Etenim orditur Socrates sermonem ab accusativis, additurus deinde verbum aliquod, quod ei casui accommodatum sit. Sed inde ab ὅσα νῦν δὴ διήλθομεν, quod est quasi intermedium quoddam enuntiati membrum, ab inchoata constructione deflectit sic, ut denique subiungat haec: γελοῖα μὲν ὀπόσ' ἀσθενῆ, μισητὰ δ' ὀπόσα ἐρῶμένα, ad quae ἐπὶ ἰntelligendum relinqui manifestum putamus. Tum vero sermone abrupto pergit dicendo sic: ἢ μὴ φῶμεν κ. τ. λ. — ἐν τρισὶ λέγοντες εἶδεσι γίγνεσθαι, sc. αὐτὰ.

[P. 50. Ἡδονὴν δὲ ἐπὶ τοῖς τῶν φ.] Pendet ἡδονήν

ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Γελῶντας ἄρα ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων γελοίοις φησὶν ὁ λόγος κεραυνύντας ἡδονὴν φθόνῳ λύπῃ τὴν ἡδονὴν ξυγκεραυνύναι· τὸν γὰρ φθόνον ὠμολογήσθαι λύπην τῆς ψυχῆς ἡμῖν πάλαι, τὸ δὲ

ἡδονὴν φθόνῳ] ἡδονὴν αὐτῶν φθ. Bodl. Ven. Π.

λύπην τῆς ψυχῆς] τῆς additum e Bodl. Vat. Ven. Π. reliqui omittunt; et profecto omitti rectissime potuit.

ἄμα δὲ γίγνεσθαι] Bodl. Vat. Ven. Π. δὲ post γίγνεσθαι collocant. Dein τοῖς om. Ven. E. pr.

ex ἀπεργαζόμενον, ita quidem ut vocabuli notio denuo pronomine τοῦτο inculcetur. Poterat enim hunc in modum scribi: ἡδονὴν δὲ—ὅφρα μὲν τὸν φθόνον ἀπεργάζεσθαι; Hoc vero amplificans Socrates sic loquitur: Laetitiam autem de amicorum malis, nonne invidiam esse censemus, quae illam efficiat? De τοῦτο post nomen feminini generis illato v. ad Symp. p. 219. C. coll. Matthiae Gr. §. 439. Pro ἔφαμεν, quod libri omnes habent, de coniectura nostra φημὲν scripsimus, quod flagitat Protarchi responsio Ἀνάγκη.

Γελῶντας ἄρα ἡμᾶς — I Ridentes igitur nos de iis, quae sunt in amicis ridicula, argumentatio nostra evincit miscere voluptatem cum invidia, ideoque voluptatem cum aegritudine ac dolore, quandoquidem invidia nihil sit aliud, quam animi aegritudo. De φησὶν ὁ λόγος conf. infra p. 51. C. Sophist. p. 238. B. 259. C. Politic. p. 286. D. Phaedon. p. 87. A. al. Mox ἐν τοῦτοις τοῖς χρόνοις sic intellige: his temporibus, quibus vel invidiamus vel rideamus utrumque sem-

per simul fieri (in comoedia); qua interpretatione probata non opus erit, ut ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις scribamus, quod nobis olim in mentem venit.

B. ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγωδίαις — I Locum corruptum esse et olim iudicavimus, neque nunc sentimus aliter. Nam quum in superioribus tragoediae paucis tantum verbis mentio iniiciatur, p. 48. A.; deinde autem omnis oratio in illustrandis animi affectionibus per comoediam excitari solitis versata sit: ecquis est qui sibi persuadeat, hoc loco, ubi superioris disputationis conclusio fit, threnorum tantum atque tragoediae mentionem fieri potuisse, comoediae factam esse nullam? At vero, inquit Schlei-ermacherus, memoravit eam Plato in eo, quod sequitur, orationis membro, idque elegantissime ab eo factum. Verba ipsius haec sunt: „Unnütz ist es, die Stelle irdend anzufechten, als ob hier die Komödie fehle; denn sehr platonisch kommt sie ia sogleich nach.“ Quasi vero Platonicum esse possit, quod per se ineptum est. Nam ex eo ipso, quod in secundo orationis membro, in quo inest

γελᾶν ἡδονὴν, ἄμα δὲ γίγνεσθαι τοῦτο ἐν τοῦτοις τοῖς χρόνοις.

ΠΡΩ. Ἀληθῆ.

ΣΩ. Μηνύει δὴ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν θρήνοις B τε καὶ ἐν τραγωδίαις, μὴ τοῖς δράμασι μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου ξυμπάσῃ τραγωδίᾳ καὶ κωμωδίᾳ, λυ-

B. Μηνύει δὴ νῦν] Pro δὲ recte libri plerique omnes cum Bodl. Vat. Venet. Π Σ. Coisl. δὴ prae buerunt. ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου] καὶ om. Bodl. Vat. Ven. Π. Qua lege καὶ post ὁ μόνον ἀλλὰ omittatur, hodie satis notum. Inest enim tum in verbis gradatio. Ea vero magnopere vereor, ne ab hoc loco aliena sit. Itaque satius duximus καὶ servare, praesertim cum Bastius omissionem voculae e Vat. non enotaverit.

comparatio, non modo tragoedia sed etiam comoedia commemoratur, colligi certe consentaneum est, idem etiam in primario membro fieri oportuisse. Quod virum acutissimum fugisse sanequam mirari licet. Sed magis etiam miramur, quod nuper extitit, qui orationis integritatem eo defendere conaretur, quod Plato rem alio ordine, atque rei ratio ferret, enuntiaverit. Quasi vero ordo verborum aut sententiarum perversus esset, neque potius aliquid desideraretur, quod recta ratio postulat. Haec igitur evidentissimum reddunt, librorum lectionem corruptam esse ac depravatam. Sequitur ergo, ut circumspiciendum sit vulneris remedium. Et olim quidem legendum coniecimus ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν κωμωδίαις. Quam coniecturam nunc ultro repudiamus; veremur enim ut κωμωδίαις satis apte cum τοῖς θρήνοις solis consocietur. Quod ipsum etiam Orellii coniecturae officit, qui pro τραγωδίαις restitui iussit τραγωδίαις; quantum etiam istud τραγωδίαις per se improbandum censemus. Putabam aliquando vitium haerere in θρήνοις; sed genuinum esse id vocabulum ex p. 48. A. perspicuum est; ibi enim θρήνοι ac Plat. Opp. Vol. IX. Sect. II.

deinde τραγικαὶ θεωρήσεις memorantur. Itaque plane mihi persuasit vir summus Godofredus Hermannus, aliquid excidisse ac totum locum sic resingi oportere: μηνύει δὴ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐν θρήνοις τε καὶ ἐν τραγωδίαις καὶ κωμωδίαις, μὴ ἐν τραγωδίαις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου συμπάσῃ τραγωδίᾳ κ. τ. λ. Qua lectione restituta omnes protenus difficultates sublatae erunt, consentientque haec cum superioribus egregie. Nam quemadmodum supra p. 48. A. primum θρήνοι καὶ πόθοι, deinde τραγικαὶ θεωρήσεις, ac tum denique κωμωδίαι commemoratae sunt: ita hoc loco, posteaquam copiosius de mixtis in comoediae spectatione voluptatibus expositum est, primum θρήνοι denuo memorantur, deinde vero tragoediae et comoediae mentio ita subiicitur, ut in proximis huius potissimum ratio habeatur. Nec vero iam cuiquam mirum videbitur, quod post τε καὶ praepositio ἐν iterata est. Discernuntur enim threni a comoedia et tragoedia, idque rectissime, quandoquidem eo nomine omnino significantur cantica lugubria ad tibiam cantata; de quo carminum genere v. Boeckh. ad Pindar. Vol. II. P. II. p. 619.

πας ἡδοναῖς ἅμα κεράννυσθαι, καὶ ἐν ἄλλοις δὴ μυριοῖς.

ΠΡΩ. Ἀδύνατον μὴ ὁμολογεῖν ταῦτ', ὦ Σώκρατες, εἰ καὶ τις φιλονεικῶ πάνυ πρὸς τὰναντία.

Cap. XXX. ΣΩ. Ὁργὴν μὴν καὶ πόθον καὶ θρήνον καὶ φόβον καὶ ἔρωτα καὶ ζῆλον καὶ φθόρον προὔθεμεθα καὶ ὅποσα τοιαῦτα, ἐν οἷς ἔφαμεν εὐρήσειν μινγνύμενα τὰ νῦν πολλάκις λεγόμενα. ἢ γάρ;

ΠΡΩ. Ναί.

ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν, ὅτι θρήνου πέρι καὶ φθόρον καὶ ὀργῆς πάντα ἐστὶ τὰ νῦν δὴ διαπεραθέντα;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν;

φιλονεικῶ πάνυ] V. πάντη, quod soli Par. EF. tenent.
C. ἐν οἷς ἔφαμεν εὐρήσειν] φάμεν Bodl. Ven. II. et pr.
Vat. Recte Vat. rec. cum ceteris ἔφαμεν. Et ipse Bodl. φάμεν

Audias praeterea etiam Photium p. 274. F. μονωδία ἢ ἀπὸ σκηνῆς ἢ δὴ ἐν τοῖς δράμασι, καὶ μονωδεῖν τὸ θρηνεῖν ἐπιεικῶς γὰρ πάσαι αἱ ἀπὸ σκηνῆς ὁδοὶ ἐν τῇ τραγωδίᾳ θρηνοὶ εἰσίν. Aptissime autem iam deinceps additur: μὴ τοῖς δράμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ βίου ἐμπόσῃ τραγωδίᾳ καὶ κωμωδίᾳ: ubi quod singularis numerus post pluralem infertur, id profecto nihil scrupuli iniicere potest; modo meminimus, universam vitam humanam omnino cum tragoedia et comoedia componi. Ceterum de vita humana cum spectaculis scenicis comparata ubertime exposuit Io. Benedict. Carpsion De Paradoxo Stoico Aristonis Chii ὁμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν. Lips. 1742. 8. p. 266 sqq. ubi ex Latinis pariter atque Graecis scriptoribus collecta reperies, quaecunque aliqua ex parte ad hoc argumentum illustrandum pertineant; exposuerunt etiam interpretes ad Pe-

tron. c. 80. p. 400. et ad Ciceron. Caton. mai. c. II. §. 5. φιλονεικῶ πάνυ πρὸς τὰναντία.] Et φιλονεικῶν τι dicitur et φιλονεικῶν τι. De Rep. I. p. 338. C. προσποιεῖτο δὲ φιλονεικῶν πρὸς τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον. Sed Protagor. p. 360. E. φιλονεικῶν μοῖ ἐτι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, τὸ ἐμὲ εἶναι τὸν ἀποκρινόμενον. Supra p. 14. B. νῦν γὰρ οὐ δὴπὸν πρὸς γε αὐτὸ τοῦτο φιλονεικῶσμεν.

Ὁργὴν μὴν καὶ πόθον — προὔθεμεθα] Eadem refert, quae memoravit p. 47. E., sed ordine paullulum immutato.

C. ἀγ' οὐ πίστεως χάριν] nonne ideo ut probarem, etiam in timoribus et amoribus reliquisque omnibus futurum esse, ut facilius demonstrari posset permixtio; teque hoc percepto protenus me dimissurum, ita ut non ad illa rimanda accedenti sermo longius esset pro-

ΣΩ. Οὐκοῦν πολλὰ ἐτι τὰ λοιπά;

ΠΡΩ. Καὶ πάνν γε.

ΣΩ. Διὰ δὴ τί μάλιστα ὑπολαμβάνεις με δεῖξαι σοὶ τὴν ἐν τῇ κωμωδίᾳ μίξιν; ἀγ' οὐ πίστεως χάριν, ὅτι τὴν γε ἐν τοῖς φόβοις καὶ ἔρωσι καὶ τοῖς ἄλλοις D ῥάδιον κράσιν ἐπιδειξαι, λαβόντα δὲ τοῦτο παρὰ σαυτῷ ἀφείναι με μηκέτι ἐπ' ἐκείνα ἰόντα δεῖν μινκύνειν τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀπλῶς λαβεῖν τοῦτο, ὅτι καὶ σῶμα ἄνευ ψυχῆς καὶ ψυχὴ ἄνευ σώματος καὶ κοινῇ μετ' ἀλλήλων ἐν τοῖς παθήμασι μετὰ ἐστὶ συγκεκραμένης ἡδονῆς λύπαις; νῦν οὖν λέγε, πότερα ἀφίης με ἢ μέσας ποιήσεις νύκτας; εἰπὼν δὲ σμικρὰ οἶμαί σου τεύξεσθαι μεθεῖναι με· τούτων γὰρ ἀπάν-

habet, retracto accentu.

D. τοῦτο παρὰ σαυτῷ] ταυτῷ Bodl. Vat. ταυτὸ Ven.
πότερα ἀφίης] ἀφίης Bodl. Ven. II.

ducendus, sed simpliciter hoc esse accepturum atque probaturum: et corpus sine animo et animum sine corpore et utraque communiter, in illa sensuum copia et varietate plena esse voluptatis cum doloribus mixtae? Hoc loco primum quidem illud diligenter observandum est, mutari inde ab λαβόντα δὲ τοῦτο constructionis rationem. Nam ab initio post οὐ πίστεως χάριν ponitur οὐ cum verbo finito, quandoquidem ad ῥάδιον intelligendum relinquuntur εἰς τὴν; deinde autem transitur ad usum accusativi cum infinitivo. Enimvero illud οὐ πίστεως χάριν utrumque ferebat: unde ab una ratione ad alteram transiliri facillime potuit. Atque id alibi quoque ita factum esse ex hoc ipso opere probari potest. Nam p. 63. B. post ὅτι interiecta parenthesi item infertur infinitivus. Sed exempla rei bene multa suppeditabunt Matthiae Gr. Gr. §. 539. et Rost.

Grammat. §. 122. ann. 3. ut hic eorum commemoratione iure quodam nostro supersedere posse videamur. Praeterea animadvertenda est loquutio ἀφείναι τινα sequente negatione et infinitivo. Legg. I. p. 635. A. αὐτὸ δ' ἔνεκα γήρως ἀφείμεθα ὑπὸ τοῦ νομοθέτου — μηδὲν ἂν πλημελεῖν. De Rep. V. p. 451. B. ἀφείμην σε ὡς περ φόνον καθαρόν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα. Tum usus infinitivi aoristi post πίστεως χάριν notabilis est, qui quae causa et ratione nitatur, ad Phaedon. p. 67. A. aperuimus. Denique πίστις hic dictum eo sensu videtur, quo legitur Phaedon. p. 70. B. τοῦτο — ἴσως οὐκ ὀλίγη παραμυθία δέεται καὶ πίστις, ut sit fides qua creditur, h. e. qua aliquid redditur probabile, probatio.

μέσας ποιήσεις νύκτας] H. e. ad mediam usque noctem disputationem protrahes. Lucillius in Antholog. Palatin. T. II. p. 346. n. 85. νύκτα μέσῃ ἐποίησε τρέχων

Ε των αἴριον ἐπιθήσω σοι λόγον δοῦναι, τὰ νῦν δὲ ἐπὶ τὰ λοιπὰ βούλομαι στέλλεσθαι πρὸς τὴν κρίσιν, ἢν Φίληβος ἐπιτάττει.

ΠΡΩ. Καλῶς εἶπες, ὦ Σώκρατες. ἀλλ' ὅσα λοιπὰ ἡμῖν, διέξελθε ὅπῃ σοι φίλον.

Cap. XXXI. ΣΩ. Κατὰ φύσιν τοίνυν μετὰ τὰς μυχθεῖσας ἡδονὰς ὑπὸ δῆ τινος ἀνάγκης ἐπὶ τὰς ἀμικτους πορευοίμεθ' ἂν ἐν τῷ μέρει.

51 ΠΡΩ. Κάλιστ' εἶπες.

ΣΩ. Ἐγὼ δὲ πειράσομαι μεταβαλὼν σημαίνειν

Ε. βούλομαι στέλλεσθαι] V. βουλεύομαι, quod e Bodl. Vat. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. CA. Angel. Flor. a. b. c. i. corr.

P. 51. μεταβαλὼν σημαίνειν] μεταβαλὼν Par. BCFH. Ang. Flor. a. i. in quibus tamen fere altera lectio superscripta. Pro ἡμῖν solus Steph. ὅμιν, invitis libris omnibus.

ποτὲ Μάρκος ὀπλίτης. Falluntur igitur, sicuti Platonis locus docet, qui, ut Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 413. et Jacobs. Anthol. Palat. T. III. p. 710., tales loquutiones proprias putant ceterioris Graecitatis. Demosth. p. 392. 18. οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. Sic etiam Latini: Cicero ad Attic. v. 20. Aprameae quinque dies morati — Iconii diem fecimus. Disputarunt de loquutionibus ποιεῖν vel ποιεῖσθαι πάντα, ἡμέραν, χρόνον, ἐνιαυτόν etc. Wetsten. ad Act. Apostol. XV. 28. Valekenar. Schol. in N. T. T. I. p. 530 sqq. Schleusner. Lex. N. T. s. v. ποιεῖν. De numero plurali νόμους v. ad Protagor. p. 310. C.

Ε. ἐπὶ τὰ λοιπὰ βούλομαι στέλλεσθαι —] Disputationi saepe cursus, via, vel iter tribuitur; unde verba eundi ac proficiscendi vel in ipsam vel in disputantes transferuntur. Plane ut hoc loco Legg. X. p. 892. C. οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα ἐπ' αὐτὸ δὲ τοῦτο στέλλόμεθα; Ibid. p. 893. B. ἐχόμενοι δὲ ὡς-

περ τινοῦς ἀσφαλοῦς πείσματος ἐπιβαίνωμεν εἰς τὸν νῦν λόγον. De verbo στέλλεσθαι v. Wesseling. ad Herod. I. 21. Grammaticus apud Creuzer. ad Plotin. De Pulcrit. p. 356. τὸ πεζεύειν ἐπὶ ξηρᾶς λέγεται καὶ ἐπὶ θαλάττης· οἷον πεζεύοντι θαλάτταν Ποσειδῶνι· τὸ στελλεσθαι δὲ ἐπὶ πλοῖον, οἷον, ἐπιτελεῖται τόνδε τὸν πλοῦν. conf. Suidas T. III. p. 378. Hesyech. T. II. p. 1261. Etym. M. p. 728. 13.

ὑπὸ δῆ τινος ἀνάγκης] De δῆ τις v. ad Politic. p. 306. B. Phaedon. p. 107. D. Symp. p. 179. C. coll. Hermannō ad Sophocli. Antigon. v. 158. et de ἐν τῷ μέρει ad Cratyl. p. 410. D.

P. 51. μεταβαλὼν σημαίνειν] De μεταβαλὼν v. ad Phaedr. p. 241. A. ubi quae exposuimus, ea hic praegresso ὑπὸ δῆ τιμος ἀνάγκης confirmantur. Pro ἡμῖν Stephanus de suo dedit ὅμιν, quod etiam nuperis editoribus placuit. Sed urbanus est ἡμῖν: nam eo significat Socrates, se etiam sua ipsius caussa rem esse explicaturum.

ἡμῖν αὐτάς. τοῖς γὰρ φάσκουσι λυπῶν εἶναι πάνταν πάσας τὰς ἡδονὰς οὐ πᾶν πως πείθουμαι, ἀλλ' ὅπερ εἶπον, μάρτυσι καταχρῶμαι πρὸς τὸ τινὰς ἡδονὰς εἶναι δοκούσας, οὐσας δ' οὐδαμῶς, καὶ μεγάλας ἐτέρας τινὰς ἅμα καὶ πολλὰς φαντασθείσας, εἶναι δ' αὐτάς συμπεφυρούμενας ὁμοῦ λυπᾶσαι τε καὶ ἀναπαύεσθαι ὀδυνῶν τῶν μεγίστων περὶ τε σώματος καὶ ψυχῆς ἀπορίας.

ΠΡΩ. Ἀληθεῖς δ' αὖ τινὰς, ὦ Σώκρατες, ὑπο- B λαμβάνων ὀρθῶς τις διανοοῖτ' ἂν;

πρὸς τὸ τινὰς ἡδονὰς] τε pro τὸ Bodl. Vat. Ven. Π. B. ὀρθῶς τις διανοοῖτ' ἂν;] τις om. Bodl. Ven. Π. Par. F. et pr. Vat. Pessime; nam subiecti significatione hic non possumus catere. Nimirum τις per praecedentem syllabam elisum est.

μάρτυσι καταχρῶμαι] Schützius μάρτυσι reponendum censebat provocans ad illa p. 44. C. Speciosa sane conjectura, nec tamen necessaria. Nimirum illic Socrates loquitur figurate; hic in locum improprii vocabuli proprium substituit. De usu verbi καταχρῶμαι v. Phaedon. p. 110. B. Politic. p. 272. C. Gorg. p. 490. C. Phaedr. p. 273. B. Tim. p. 73. E. De Rep. VII. p. 520. A. Dicit vero Socrates hoc: illis tanquam testibus utor, quibus convincam, esse quasdam voluptates, quae videantur, quum tamen nullae sint; et alias quasdam magnas et multas videri, quum tamen commixtae sint cum doloribus et cessatione dolorum maximorum, qui ad corporis animique cruciatum pertineant.

B. Ἀληθεῖς δ' αὖ τινὰς — ὀρθῶς τις διανοοῖτ' ἂν;] Accedit ad explorandas describendasque voluptates puras. Quarum duplex genus esse vult: alterum quod referatur ad res sensuum perceptioni subiectas;

alterum, quod pertineat ad artium litterarumque studium atque sapientiam. Et illud quidem percipi iudicatur ex eo, quod pulcrum sit. Nec tamen philosophus hic ob oculos habuit illud pulcrum, quod in se absolutum et omnino ab sensibus abduetum est, h. e. ideam pulcritudinis id enim non in corporibus conspicitur, caretque penitus colorum, formarum, denique ad spectus sui, varietate, sicuti docetur Symp. p. 211. A. E. Phaedr. p. 247. C. Imo vero ob id ipsum, quod de voluptate agitur, id pulcrum exquiritur, quod, etsi sensibus est subiectum, tamen puras afferre voluptates possit. Itaque ostenditur, quatenus res et quatenus sinceræ puraeque voluptatis sensu animum mentemque nostram queant perfundere. Sunt autem sensilis voluptatis fontes in primis figurae, colores, corpora, voces, studia, ut philosophus significat, Gorg. p. 474. D. al. Ex quibus nunc figurae cum corporibus, colores, soni, additis etiam odoribus, primo loco memorantur; studia autem, ut videtur, sive τὰ ἐπι-

ΣΩ. Τὰς περὶ τε τὰ καλὰ λεγόμενα χρώματα καὶ περὶ τὰ σχήματα, καὶ τῶν ὁσμῶν τὰς πλείστας, καὶ τὰς τῶν φηόγγων, καὶ ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναίσθητους ἔχοντα καὶ ἀλύπους τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας [καθαρὰς λυπῶν] παραδίδωσι.

ΠΡΩ. Πῶς δὴ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, αὐ λέγομεν οὕτως;

C. σχημάτων τε γὰρ κάλλος] V. κάλλος. Bodl. Venet. P. καλῶς. Steph. recte coni. κάλλος, quod habet Flor. i. et Bastio teste Vat. a m. sec.

τηδεύματα eo loco respiciuntur, quo de disciplinarum voluptatibus exponitur, hoc est p. 52. A. sqq. Verum eas res omnes philosophus non omnino ac simpliciter censet purae voluptatis causas continere: sed ita tantum ad eam valere, si quae sint in iis simplicia, constantia et aequabilia, ideoque a rerum varietate ac vicissitudine libera, mente et animo concipiuntur conceptaque tacita mentis contemplatione considerentur. Nam bonum id demum est, quod in se habet aequabilitatem, constantiam atque veritatem; sicuti infra exponitur p. 64. E. Proxime autem a perfecto bono atque pulcro absunt, qui, quid in rebus singulis sit perpetuum atque constans, exquirunt, facillimeque illi deinde ad universalium rerum pulcritudinem convertuntur; quemadmodum ex praeclara illa Diotimae ad amorem institutione Sympos. p. 210. B. sqq. intelligere licet. conf. etiam Gorg. p. 474. D. Itaque purae voluptates percipi et hauriri tum iudicantur, quum primarias, simplices et constantes formas figurarum, colorum, sonorum, odorum, mente et animo complectamur, iisque considerandis atque intuentibus moxiamur iucunditatis sensu, qui nihil habeat cum vulgari illa corporis voluptate commercii. Atque haec quidem de loco universo de singulis ordine deinceps explicabitur.

ceps explicabitur.

ὅσα τὰς ἐνδείας ἀναίσθητους —] Coecus sit necesse est qui haec corrupta esse non videat. Nimirum apertum esse debet omnibus, ipsam verborum constructionem prodere vitium. Nam iungenda verba sunt hunc in modum: καὶ ὅσα ἔχοντα τὰς ἐνδείας ἀναίσθητους καὶ ἀλύπους παραδίδωσι τὰς πληρώσεις αἰσθητὰς καὶ ἡδείας. Iam vero quid reliquis facies? Nimirum tria suppetunt ulceris remedia: ut aut καὶ ante καθαρὰς inseramus, aut ἡδείας exterminemus, aut καθαρὰς λυπῶν tanquam glossemata eiciamus. Ac primum quidem, quod nobis olim in mentem venit, nunc parum placet, quoniam ea ratione admissa perit membrorum concinnitas. Alterum, quod placuit quondam Schleiermachero, ideo parum probabile est, quia nec origo insititii vocabuli patet, nec iusta efficitur notionum oppositio. Restat igitur tertium. Fluxit enim καθαρὰς λυπῶν ex interpretatione scioli alicuius, qui αἰσθητὸς καὶ ἡδείας explicare vellet, nec tamen satis reputaret, ad τὴν καθαρὰτητα τῶν λυπῶν illud quoque requiri, quod in priore sententiae parte memoratur, ut ἐνδείαι sint ἀναίσθητοι καὶ ἀλύποι.

C. οἶον ζῶων ἢ τινῶν ζωγραφημάτων] Duo de multis exempli loco afferuntur. Nam

ΣΩ. Πάνν μὲν οὖν οὐκ εὐθύς δὴλά ἐστιν ἀλέγω, πειρατέον μὴν δηλοῦν. σχημάτων τε γὰρ κάλλος οὐχ ὅπερ ἂν ὑπολάβοιεν οἱ πολλοὶ πειρωμαὶ νῦν λέγειν, οἶον ζῶων ἢ τινῶν ζωγραφημάτων, ἀλλ' εὐθύτι λέγω, φησὶν ὁ λόγος, καὶ περιφερέες καὶ ἀπὸ τούτων δὴ τὰ τε τοῖς τόνοις γιγνόμενα ἐπιπέδα τε καὶ

οἶον ζῶων ἢ τινῶν ζ.] Pro οἶον Bodl. Vat. Ven. Π. ἢ. Sed duplex ἢ a sententia hac alienum.

τὸ τῶν σχημάτων κάλλος, quale vulgo intelligitur, in plurimis rebus cerni potest. Itaque οἶον dicitur rectissime, quippe quod in exemplis afferendis solemne sit. Ingenti natum errore est, quod habent tres codd. primarii, ἢ ζῶων ἢ ζωγραφημάτων. Nimirum huius lectionis auctores iunxisse videntur verba sic: σχημάτων ἢ ζῶων ἢ ζωγραφημάτων κάλλος, non reputantes, non posse hic nisi de σχήματι exponi, quae iuxta cum coloribus aliisque id genus rebus memorantur. Nihil minus triumphari Turicenses ἢ ζῶων receperunt.

ἀλλ' εὐθύτι λέγω, φησὶν ὁ λόγος, —] Ex figuris huc refert id quod rectum est, veluti rectam lineam et εὐθύγραμμον σχῆμα, et orbiculatum, ac praeterea planum ac solidum. Haec igitur Platoni visae sunt formae tanquam primariae atque in se constantes, quarum contemplatione menti pararetur sincerae et intemeratae voluptatis fructus. Etenim τὸ εὐθύ non potuit fieri, quin iudicaretur longe esse simplicissimum ideoque natura sua tanquam principale; τὸ περιφερέες autem, sive figura rotunda et orbicularis, Pythagorae atque Platoni summae perfectionis praestantia emnere visum; conf. Diogen. Laert. Vit. Pythag. 19. 35. Plat. Tim. p. 33. B. Ex his autem quaecunque vel ope in-

strumentorum efficiantur aut ἐπιπέδα, veluti trianguli, quadrata, circuli, aut στερεά, ut cubi, sphaerae, coni, cylindri, ea omnia item huc referenda esse arbitratur. Quae quidem cur menti possint adeo multum gaudii praebere, etiam ex iis intelligitur, quae in Timaeo p. 52. D. sqq. de universo mundo a numine divino ad numerorum et figurarum rationes composito gravissime disputantur. Τόστος interpretatur Hesyechius ἐργαλειὸν τεκτονικόν, ἢ τὰ στρογγύλα σχήματα περιγράφεται; quod nos vocamus ein Rundhobel. Κανὼν est omne id, ad quod aliquid dirigitur tanquam ad normam, ideoque inprimis significat funem, regulam, perpendicularum, quibus utuntur fabri. Infra p. 56. B. ἢ τεκτονικὴ κανὼν χοῆται καὶ διαβήτη καὶ σιάθη. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 82. ed. R. ἐν τῇ τεκτονικῇ, διανεῖδειν βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, τὸν κανὼνα προσφίρομεν, ὃ διαγυμνῶσκειται. v. inpp. ad Aristoph. Avv. v. 1001 sqq. et Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 468. Γωνία nunc videntur esse regulae, ad quas anguli exiguntur. Plutarch. Vit. Marcelli c. 19. καὶ ἰσότης ἐστὶ λόγος, ὡς κομίζονται πρὸς Μιχαέλλον (Archimedi) τῶν μαθηματικῶν ὀργάνων — σφαίρας καὶ γωνίας, αἷς ἐναυμάτιαι τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν

στερεὰ καὶ τὰ τοῖς κανόσι καὶ γωνίαις, εἴ μου μαν-
θάνεις, ταῦτα γὰρ οὐκ εἶναι πρὸς τι καλὰ λέγω, κα-
θάπερ ἄλλα, ἀλλ' αἰεὶ καλὰ καθ' αὐτὰ περιζέουσι
D καὶ τινὰς ἡδονὰς οἰκείας ἔχειν, οὐδὲν ταῖς τῶν κνή-
σεων προσφερεῖς· καὶ χρώματα δὲ τοῦτον τὸν τύπον
ἔχοντα [καλὰ καὶ ἡδονὰς]. ἀλλ' ἄρα μανθάνομεν,
ἢ πῶς;

D. ταῖς τῶν κνήσεων] Libri κνήσεων. Correxerit Heusdius.
v. interpretat.

καὶ χρώματα δὲ τοῦτον] V. καὶ χρ. δὲ που τ. quod soli
tenent Par. EF. Flor. a. b. c. Praeterea v. infra ann.

ὄψιν, στρατιωτικῶν περιτυχόντων
— ἀπέκτιναν. Formulam φησὶν
ὁ λόγος, Platoni familiarem, atti-
gimus ad p. 50. A.

οὐκ εἶναι πρὸς τι καλὰ
λέγω] H. e. per se pulcra
esse, non quatenus referantur
ad alia. De natura et vi eorum,
quae ad alia referuntur nec per
se seorsum constant, egregius
locus est Charmid. p. 168. B.
sq. ubi res Socratica ratione
illustratur.

D. ταῖς τῶν κνήσεων
προσφερεῖς] Hic quoque co-
dices cum vet. editt. κνήσεων.
At enim vero quum intelligantur
iucundae sensuum titil-
lationes, nec omnino ea,
quibus aliquo modo mo-
vemur, in promptu est scribi
oportuisse κνήσεων, ut recte vi-
dit Heusdius. v. ad p. 46. D.

καὶ χρώματα δὲ τοῦτον
τὸν τύπον ἔχοντα] Intelli-
gantur colores, qui item sunt in
se pulcri, nec quatenus ad re-
rum singularum varietatem refe-
runtur. Eam ob causam dicuntur
τοῦτον τὸν τύπον ἔχειν, de
qua loquutione v. p. 32. B. et
p. 61. A. ibique ann. Quinam
colores intelligendi sint, philoso-
phus ipse non indicavit; ex iis
tamen, quae mox p. 52. E sqq.
disseruntur, facile suspiceris in-

primis de albo colore cogitan-
dum esse. Sed plenior lucem
rei obscurae affundit locus Ti-
maei p. 67. C sq. ubi Platonis
de coloribus eorumque generibus
sententiam accurate expositam
habes. Intelliguntur igitur sum-
ma colorum genera in se specta-
ta, quatenus mente atque animo
informantur, neque in singulis
semper rebus sic comparent, ut
corporis sensus per eos affician-
tur atque deliniantur. Iam ad
καλὰ καὶ ἡδονὰς manifestum est
ex antegressis repetendum esse
λέγω. Sed haeremus in isto
ἡδονὰς, ad quod sane additum
vellemus αὐτῶν οἰκείας. Fici-
nus vertit: colores item
eadem ratione pulcros at-
que gratos esse. Legit igitur
καὶ ἡδέα, quo restituito tamen
aliquid desiderabis ad sententiae
perspicuitatem. Vide igitur, an
istud καλὰ καὶ ἡδονὰς tanquam
glossema delendum sit. Apparet
enim his verbis eiectis senten-
tiam esse hanc: καὶ χρώματα δὲ
τοῦτον τὸν τύπον ἔχοντα λέγω
καθ' αὐτὰ καλὰ εἶναι καὶ ἡδονὰς
οἰκείας ἔχειν.

Πειρῶμαι μὲν, — πειρά-
θητι δὲ καὶ σὺ] Oppositionis
ratio postulare videatur ἐγὼ
μὲν πειρῶμαι, κ. τ. λ. Sed vid.
quae de pronominiibus in oppo-

ΠΡΩ. Πειρῶμαι μὲν, ὦ Σώκρατες· πειράθητι
δὲ καὶ σὺ σαφέστερον ἔτι λέγειν.

ΣΩ. Λέγω δὴ τὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας καὶ
λαμπράς, τὰς ἐν τι καθαρὸν ἰείσας μέλος, οὐ πρὸς
ἕτερον καλὰς ἀλλ' αὐτὰς καθ' αὐτὰς εἶναι, καὶ τού-
των ζυμώτους ἡδονὰς ἐπομένας.

ΠΡΩ. Ἔστι γὰρ οὖν καὶ τοῦτο.

τὰς λείας] τελείας Bodl. Dein Ven. Π. ἰούσας. Bodl. ἰούσας.
Vat. demum ex corr. ἰείσας.

οὐ πρὸς ἕτερον καλὰς] καλὰς om. Bodl. Ven. Π. et pr.
Vat. Rursus correctio Vat. unice vera, quae convenit cum cetero-
rum librorum scriptura.

sitione omissis ad Euthydem. p.
295. A. et Gorg. p. 490. C. ed.
2. exposuimus.

Λέγω δὴ τὰς τῶν φθόγ-
γων τὰς λείας —] Hic primum
tollenda est turpis menda libro-
rum omnium. Quum enim de
ipsis sonis haec accipienda sint,
neque ἡδονὰς intelligere liceat,
istud τῶν φθόγγων errore natum
esse manifestum putamus. Re-
pone igitur τῶν φωνῶν, et om-
nia recta erunt atque perspicua.
Referuntur ergo inter sonos in
se absolutos, qui menti et ani-
mo contemplantium puras et ab
omni molestiae accessione libe-
ras voluptates praebent, φωνὰ
λεία καὶ λαμπρά ἐν τι καθαρὸν
μέλος ἰείσαι, soni lenes (sanfte)
et clari (helle). Etenim con-
trarii hi sunt asperis et obscuris,
qui aliquid iniucundi admixtum
habent. Rem ipse philosophus
paucis declarat Tim. p. 67. B.
ὅπως οὖν φωνὴν θῶμεν τὴν δι'
ᾧτων ὑπ' αἴρος ἐγκεφάλου τε
καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν
διαδιδομένην ὅση δ' αὐτῆς ταχέα,
ὄξειαν, ὅση δὲ βραδυτέρα, βραυ-
τέραν τὴν δὲ ὅμοιαν (sibi si-
mitem, i. e. sibi constan-
tem et aequabilem) ὁμιλήν
τε καὶ λείαν, τὴν δ' ἐναντίαν
τραχεῖαν· μεγάλην δὲ τὴν
πολλήν, ὅση δ' ἐναντία, σμι-

κράν, ubi φωνὴ μεγάλη est, quae
hic λαμπρά appellatur. Aristo-
tel. De Aud. Vol. II. p. 800,
15. et 801, 25. ed. Bekker. τῶν
δὲ φωνῶν τιπλαὶ μὲν εἰσὶ καὶ
νεφάρεις, ὅσαι τυγχάνουσιν αὐ-
τοῦ καταπεπνιγμένα· λαμπρά
δέ, ὅσαι πόρῳ διακίνοισι καὶ
πάντα πληροῦσι τὸν συνεχῆ τό-
πον. Conf. Politic. p. 307. A.
Haec igitur sonorum genera ar-
bitratur philosophus puras vo-
luptates ita afferre, si eadem
fundant μέλος ἐν τι καθαρὸν,
cantum unum quendam
purum, h. e. eum, qui et ae-
quabilis sit, nec dissoni aut ab-
surdi quid habeat. Commentarii
instar est locus Timaei p. 80.
A sq. ὅσοι φθόγγοι ταχέως καὶ
βραδέως, ὄξεις τε καὶ βαρεῖς
φαίνονται, τότε μὲν ἀνάρμοστοι
φερόμενοι δι' ἀνομοίτητα τῆς
ἐν ἡμῖν ὑπ' αὐτῶν κινήσεως, τότε
δὲ ζυμῶνοι δι' ὁμοίτητα. τὰς
γὰρ τῶν προτέρων καὶ θαυτόνων
οἱ βραδυτέροι ἀποπαινομένης ἤδη
τε εἰς ὅμοιον ἐληλυθυίας, αἷς
ὑστερον αὐτοὶ προσφερόμενοι κι-
νοῦσιν ἐκείνας, καταλαμβάνουσι,
καταλαμβάνοντες δὲ οὐκ ἄλλην
ἐπεβάλλοντες ἀνετάραξαν κίνη-
σιν, ἀλλ' ἀρχὴν βραδυτέρας φο-
ρᾶς κατὰ τὴν τῆς θαύτονος,
ἀποληρούσης δὲ ὁμοίτητα προσ-
άφρατες μίαν εἰς ὄξειας καὶ βυ-

E ΣΩ. Τὸ δὲ περὶ τὰς ὁσμὰς ἦτιον μὲν τούτων θεῖον γένος ἡδονῶν· τὸ δὲ μὴ συμμερίζθαι ἐν αὐταῖς ἀναγκαίους λύπας, καὶ ὅπῃ τοῦτο καὶ ἐν ὅτῳ τυγχάνει γεγονός ἡμῖν, τοῦτ' ἐκείνοις τίθημι ἀντίστρο-

E. ἦτιον μὲν τούτων θ.] τούτων cum Steph. om. Par. EF.

ρεῖας συνεκράσαντο πύθην· ὁθεν ἡδονὴν μὲν τοῖς ἄφροσιν, εἴφροσύνην δὲ τοῖς ἐμφοσιν διὰ τὴν τῆς θείας ἀρμονίας μίμησιν ἐν θρηναῖς γενομένην φροσὶς παρῆσθον. Contulisse etiam iuvabit locum Politici p. 306. C sqq. ubi in omni rerum genere ad pulcritudinem docetur necessario requiri hoc, ut et lenitas et celeritas pro rerum condicione temperata sit atque aequabilis.

E. Τὸ δὲ περὶ τὰς ὁσμὰς ἦτιον — θεῖον γένος] Ordo verborum hic est: τὸ δὲ περὶ τὰς ὁσμὰς γένος ἡδονῶν ἦτιον μὲν θεῖον (ἔστι) τούτων, h. e. minus divinum, quam de quibus adhuc disputatum est. Quod cur ita statuatur, docet locus Timaei p. 66. D. ubi olfactum docetur non posse ad certa genera revocari, propterea quod omnis odor dimidiam quandam et imperfectam naturam habeat, neque definitam ac determinatam: itaque licere duo tantum discerni odorum genera, alterum suaviū et iucundorum, alterum iniucundorum. Ex quibus consequitur, nec varias formas ac species odorum animo posse informari, quarum contemplatione purae voluptates pariuntur. Verumtamen illud quidem Socrates censet odorum generi quodammodo commune esse cum reliquis, quod voluptatibus ei propriis non necessario admixti sint molestiae ac doloris sensus. Ita enim intelligenda sunt verba: τὸ δὲ μὴ συμμερίζθαι — λύπας, τοῦτ' ἐκείνοις τίθημι ἀντίστροφον ἄπαν, in quibus ἐν

αὐταῖς referendum ad τὰς περὶ τὰς ὁσμὰς ἡδονάς, sed ἐκείνοις spectat ad superiora illa, quae puras voluptates gignere iudicata sunt. De loquutione ἀντίστροφον ἔστιν, par est, simile est, ex altera parte respondet, v. ann. ad p. 40. D. Res ipsa clara fit ac perspicua ex loco Timaei p. 65. A. ὅσα δὲ κατὰ μικρὸν τὰς ἀποχωρήσεις ἐπιτῶν καὶ κενώσεις εἴληφε, τὰς δὲ πληρώσεις θροσὶς καὶ κατὰ μέγιστα, κενώσεως μὲν ἀναίσθητα, πληρώσεως δὲ αἰσθητικὰ γινόμενα, λύπας μὲν οὐ παρῆχει τῷ θρηναῖ τῆς ψυχῆς, μεγάλιας δὲ ἡδονάς· ἔστι δὲ ἐνθῆλα περὶ τὰς εὐδολίας. Hactenus igitur omnia satis expedita habemus. Supersunt verba: καὶ ὅπῃ τοῦτο καὶ ἐν ὅτῳ τυγχάνει γεγονός ἡμῖν, quae a nullo interprete recte intellecta sunt, siquidem ab omnibus redduntur: ubi quae et in quocunque id inesse contingit; quod profecto a Graecis recedit longissime. Scribendum igitur olim suspicati sumus levi transpositione verborum facta: ὅπῃ καὶ τοῦτο κ. τ. λ. Quae coniectura nostra, etsi plausum tulit egregiorum quorundam virorum, tamen nunc varias ob causas parum probabilis videtur. Etenim quo diutius locum consideravimus, eo certius in ea confirmati sumus sententia, ut nihil mutandum esse existimavimus. Nam articulus τὸ infinitivo μὴ συμμερίζθαι praemissus etiam ad ὅπῃ τοῦτο — ἡμῖν intelligendus est, quo facto optima existit totius loci sententia. Similiter

φρον ἄπαν. ἀλλ', εἰ κατανοεῖς, ταῦτα εἶδη δύο λεγομένων ἡδονῶν.

ΠΡΩ. Κατανοῶ.

ΣΩ. Ἐτι δὴ τοίνυν τούτοις προσθῶμεν τὰς 52

E. ἀναγκαίους λύπας] V. ἀναγκαῖας, invitis codd. Mox ἐκείνοις excepto Angel. omnes pro vulg. ἐκείνης.

supra p. 28. D. τὸ ὅπῃ ἐπιτεν. Interpretamur igitur verba sic: Dass aber ihnen (den Lüsten, welche die Gerüche gewähren) nicht nothwendig Schmerz beigemischt ist, und die Art und Weise wie, und dasjenige, woran uns dieses (dass sie frei von Schmerz sind) zu Theil geworden ist, alles das setze ich als etwas, was zu ienen ein Gegenstück ist und ihnen vollkommen entspricht. Nemo quisquam unquam in his fuisset offensurus, opinor, si in libris perscriptum esset: καὶ τὸ ὅπῃ τοῦτο κ. τ. λ. Ceterum haec quoque clara erunt ex Timaei loco, quem modo comparavimus. Nam ibi et ratio, qua fiat, ut odorum iucunditates a doloribus maneat immunes, prodita est, et vero etiam ea nostri pars claris verbis significata, cui illae obtingere soleant.

ἀλλ', εἰ κατανοεῖς, ταῦτα εἶδη δύο λεγομένων ἡδονῶν.] Haec quoque multipliciter sollicitata sunt a viris doctis. Nam primum quidem Astius scribendum censuit: ἀλλ' ἢ κατανοεῖς — ἡδονῶν; ut tota sententia per interrogationem acciperetur. Idem placuit Winckelmanno, praeterquam quod is ei servari voluit. Praeterea pro λεγομένων ἡδονῶν Heindorfius, assentiente Schleiermachero, restitutum iudicavit λέγομεν τῶν ἡδονῶν. Simile quiddam placuit etiam Schützio Opusc. p. 143. λέγομεν ἡδονῶν coniectanti.

Sed facile his omnibus carebimus, ubi locus recte intellectus fuerit. Putamus vero ad ταῦτα εἶδη δύο intelligendum re-inqui ἔστιν; istud λεγομένων autem sic esse accipiendum, ut ὅφ' ἡμῶν cogitatione supplatur. Sed, inquit, si iam rem perspicias, haec duo sunt genera voluptatum a nobis illustratarum. Exempla verbi λέγεσθαι sic sine personae significatione positi consignavimus ad p. 39. B. Ne vero mireris, quod responsio Protarehi, κατανοῶ, hypothetico illi, εἰ κατανοεῖς, accommodata est, eodem modo supra p. 25. A. συνεπαρόντας χροῖναι κατὰ δύναμιν μὲν ἐπισημαίνεσθαι τινα φύσιν, εἰ μὲν ἦσαι. ΠΡΩ. μέμνημαι. Pag. 26. C. οὐκοῦν τὰ μὲν δὴ τῶν ταῦτα εἶδη, εἰ συννοεῖς; ΠΡΩ. ἀλλ' οἶμαι κατανοεῖν.

P. 52. τοῦτοις προσθῶμεν τὰς περὶ τὰ μ. ἡδονάς.] Addit denique voluptates ex studio disciplinarum redundantes; quas quidem omnium maximas ac praestantissimas esse censet. Nam quae antea memoratae sunt purae voluptates, eae τὰς ἐνδελίας ἀναισθητοῦς tantum καὶ ἀλύπουσ ἔχειν indicatae sunt: sed hae voluptates, quae ex artium ac disciplinarum studiis hauriuntur, eae vero nullum plane antecedentem habent ingratum vacuitatis sensum, nisi si, amissa forte rerum quarundam notitia, eius iacturae ratiocinando, διὰ λογισμοῦ (i. e. durch Reflexion)

περὶ τὰ μαθήματα ἡδονάς, εἰ ἄρα δοκοῦσιν ἡμεῖν αὐταὶ πείνας μὲν μὴ ἔχειν τοῦ μανθάνειν μηδὲ διὰ μαθημάτων πείνην ἀληθόνας ἐξ ἀρχῆς γενομένας.

ΠΡΩ. Ἄλλ' οὕτω ξυνδοκεῖ.

ΣΩ. Τί δέ; μαθημάτων πληρωθεῖσιν ἂν ὕστερον ἀποβολαὶ διὰ τῆς λήθης γίνωνται, καθορῆς τινὰς ἐν αὐταῖς ἀληθόνας;

ΠΡΩ. Οὐ τι φύσει γε, ἀλλ' ἐν τισι λογισμοῖς **B** τοῦ παθήματος, ὅταν τις στερηθεῖς λυπηθῇ διὰ τὴν χρείαν.

ΣΩ. Καὶ μὴν, ὦ μακάριε, νῦν γε ἡμεῖς αὐτὰ τὰ τῆς φύσεως μόνον παθήματα χωρὶς τοῦ λογισμοῦ διαπεραίνομεν.

P. 52. ἐξ ἀρχῆς γενομένας] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. pro vulg. γενομένας, quod tamen per se non est spernendum. πληρωθεῖσιν ἂν ὕστερον] Libri πληρωθεισῶν. Correxerit Schützius.

λογισμοῖς τοῦ παθήματος] V. μαθήματος. Sed unice verum est, quod habent Ven. A. Par. H. Flor. a. c. et eorr. Par. BCE.

B. αὐτὰ τὰ τῆς φύσεως] V. αὐτὰ καὶ τὰ τ. φ. Recte iam Heindorfius vidit καὶ eiici oportere, quod nec Bodl. Vat. Ven. A. P. S. Coisl. Par. BCH. Ang. Flor. a. b. c. i. agnoseunt.

ἡμῖν λήθη γίνεταί] ἀληθῆ Bodl. Vat. Ven. Π.

reminiscimur. Quocirca non possumus exputare, quid Nägelsbachium, doctissimum virum, in Programmate a. 1836. Norimbergae edito, cui insertae sunt „Explicationes et Emendationes Platonicae,” impulerit, ut p. 5. μὴ post πείνας μὲν furca expellendum censeret. Nimirum respexit ille, ut opinor, unice ad antegressa; eorum, quae sequuntur, nullam duxit rationem. πείνας μὲν μὴ ἔχειν — γενομένας] Addi post hoc μὲν debebat alterum orationis membrum fere hoc: ἔν δὲ ὕστερον μαθημάτων ἀποβολαὶ γίνονται, λύπαις τινὰς καὶ ἀληθόνας; Sed Protarchi responsione interpellatus sermo deinde alio

modo continuatur. Πείνη et πείνην de vehementiore alicuius rei cupiditate, sicuti Lat. sitis et sitire, etsi Plato, quantum sciam, hoc uno loco dixit, tamen optimis Graecitatis auctoribus non fuit incognitum. Xenoph. Oeconom. 13, 9. πεινάει τοῦ ἐπιάνου — οὐχ ἥτιον ἢ ἄλλαι τῶν οἴων καὶ ποτῶν. Cyrop. VIII, 3, 16. πεινήσας χορημάτων. conf. Gattaker. De Stylo N. T. c. VIII. et in tpp ad Matth. Evang. V, 6. Nec philosophus abstinuit simili usu voc. δίψας et δίψα. Reip. VIII. p. 562. C. certe scripsit: δημοκρατιομένη πόλις ἐλευθερίας διψήουσα.

Τί δέ; μαθημάτων πληρωθεῖσιν —] Libri omnes

ΠΡΩ. Ἀληθῆ τοίνυν λέγεις, ὅτι χωρὶς λύπης ἡμῖν λήθη γίνεταί ἐκάστοτε ἐν τοῖς μαθήμασι.

ΣΩ. Ταύτας τοίνυν τὰς τῶν μαθημάτων ἡδονὰς ἀμίختους τε εἶναι λύπαις ῥητέον καὶ οὐδαμῶς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων ἀλλὰ τῶν σφόδρα ὀλίγων.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὐ ῥητέον;

Cap. XXXII. ΣΩ. Οὐκοῦν ὅτε μετρίως ἤδη **C** διακεκρίμεθα χωρὶς τὰς τε καθαρὰς ἡδονὰς καὶ τὰς σχεδὸν ἀκαθάρτους ὀρθῶς ἂν λεχθεῖσας, προσθῶμεν τῷ λόγῳ ταῖς μὲν σφοδραῖς ἡδοναῖς ἀμετρίαν, ταῖς δὲ μὴ τὸναντίον ἐμμετρίαν· καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν αὐτῶν, καὶ πολλὰς καὶ ὀλιγάς γιγνομένας τοιαύτας, (τῆς) τοῦ ἀπειροῦ γ' ἐκείνου καὶ ἥττον καὶ μάλ-

ἀμίχτους εἶναι λύπαις] Par. A. Flor. b. i. λύπης sed verum est λύπαις.

C. ὀρθῶς ἂν λεχθεῖσας] Iniuria Bodl. Ven. Π. et Vat. pr. ἂν omittunt. Hic quoque rursus Vat. corr. meliorem tuctur scripturam. v. ann. infra.

καὶ τὸ σφοδρὸν αὐτῶν] τὸ om. Ven. Σ. In Par. F. et pr. Ven. Σ. deest αὐτῶν. Pro τῆς dein Ven. Σ. τοῖς. Pro τοῦ ἀπειροῦ τέ γ' recte Bodl. Vat. Ven. A. P. Coisl. Par. H. Flor. b. i. τοῦ ἀπειροῦ γ'. In aliis solum τε sine γ' legitur. Pro αὐταῖς εἶναι Ven. Σ. corr. αὐτὰς εἶναι. Tum Bodl. ταῖς δὲ τῶν ἐμμέτρων; et μὴ omittunt etiam Ven. Π. et pr. Vat. v. annot. infra.

πληρωθεισῶν. Quod ferri non potest, quandoquidem non ad voluptates refertur. Itaque Heusdius Specim. Crit. p. 103. correxit πληρωθεῖς τις, quod per anacoluthiam esset explicandum. Alii etiam alia tentarunt. Sed verum sine dubio perspexerunt Schützius Opusc. p. 144. et Schleiermacherus, qui πληρωθεῖσιν conieciarunt. Hoc igitur Bekkerus praeviente reposuimus. De usu particularum οὐ τι — ἀλλὰ v. ad Phaedon. p. 81. D. Sympos. 199. B. — λογισμοῖς τοῦ παθήματος, i. e. τοῦ ἀποβαλεῖν μαθήματα. Ex quo apparet, perperam vulgo scriptum legi μαθήματος.

C. ὀρθῶς ἂν λεχθεῖσας] V. ann. ad p. 30. C.

καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ σφοδρὸν — τῶν ἐμμέτρων.] Locus sine dubio misere corruptus ac depravatus. Nec tamen obscurum est, quatenam sit verborum sententia. Nam postquam discrimen purarum et impurarum voluptatum constitutum est, eadem omnes etiam alia ratione dividuntur bifariam, quandoquidem, prouti vel vehementiores sint et immoderationes, vel modum aliquem teneant, aut ἀμετρίαν aut ἐμμετρίαν habere iudicantur; ex quibus rursus illae, quae ἀμετρίαι sint insignes, ad genus τοῦ ἀπειροῦ in superiore disputatione descriptum referuntur. Haec igitur loci sententia est. Quae ut inde clarius emergat, verba sic

λον διά τε σώματος καὶ ψυχῆς φερομένου [πρὸς] θω-
D μεν αὐτὰς εἶναι γένους, τὰς δὲ μὴ τῶν ἐμμέτρων.

ΠΡΩ. Ὅρθότατα λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἐτι τοίνυν πρὸς τούτοις μετὰ ταῦτα τόδε
αὐτῶν διαθεατέον.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι;

D. αὐτῶν διαθεατέον] V. διαθετέον. Correxerit Heusdius,

fere refingas: καὶ τὰς τὸ μέγα
καὶ τὸ σφοδρὸν αὐτὸ δεχομένας
καὶ πολλάκις καὶ ὀλίγακις γιγνο-
μένας τοιαύτας τοῦ ἀπέλθου γ'
ἐκείνου καὶ ἥτιον καὶ μᾶλλον
διά τε σώματος καὶ ψυχῆς φε-
ρομένου θώμεν αὐτὰς εἶναι
γένους, τὰς δὲ μὴ τῶν ἐμμέτρων,
et eas quidem rursus,
quae magnitudinem et ve-
hementiam in se susci-
piunt, atque saepe et raro
tales existunt (ut nec
temporis quandam legem ha-
beant), has ponamus ad in-
finitum illud genus re-
ferri oportere, quod nul-
la graduum mensura ob-
servata infinito modo per
corpus pariter atque per
animum agitur. In his
sunt sane, quae sine librorum
auctoritate posuimus, nec ta-
men, ut quidem speramus, sine
idonea causa et ratione. Et
primum quidem τὰς — δεχομέ-
νας inseruimus, quod in libris
desideratur. Sed reddidit ta-
men simile quiddam Ficinus,
cuius germana interpretatio haec
est: easque etiam, quae
intentius, remissius, mag-
num paruum, raro crebro
suscipiunt, ad infiniti ge-
nus, quod per animum
corpusque secundum mag-
gis minusve discurrit, re-
ferre decet. Nimirum ille
δεχομένας videtur eo loco posi-
tum reperisse, quo nunc γιγνο-

μένας scriptum legitur. Prae-
terea θώμεν in locum vulgati
πρὸςθώμεν suffecimus; nam com-
positum verbum perturbat con-
structionis rationem, ac temere
ex superioribus huc invecum
est. Porro ante τοῦ ἀπέλθου
extrusimus τῆς articulum male
hic inculcatum, qui iam Ste-
phano eiciendus videbatur.
Denique pro αὐταῖς εἶναι γένους
ex Ven. Σ. restituumus αὐτὰς
εἶναι γένους; nam ita αὐτὰς
iterat quodammodo subiecti men-
